CODEX DIPLOMATICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT., DALM. ET SLAV.

COLLEGIT ET DIGESSIT

T. SMIČIKLAS

ACADEMIAE SOCIUS ORD.

VOLUMEN VII.

DIPLOMATA ANNORUM 1290—1300. CONTINENS.

ZAGRABIAE.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

1909.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO I UREDIO

T. SMIČIKLAS

PRAVI ČLAN AKADEMIJE.

SVEZAK VII.

LISTINE GODINA 1290—1300.

ZAGREB.

TISAK DIONIČKE TISKARE.

1909.

PREDGOVOR.

I.

Štampane zbirke upotrebljene u ovom VII. svesku.

Bullettino di Archeologia e Storia Dalmata, Spalato 1878—1908.

Codex diplomaticus patrius hungaricus. (Hazai okmánytár) Studio et opera Emerici Nagy, Ivan. Nep. Paur, Caroli Ráth et Desiderii Véghely. Jaurini et Budapestini 1861—1891. T. I.—VIII.

Fabianić Don. Storia dei fratri minori dai primordi della loro istituzione in Dalmatia e Bosnia fino ai giorni nostri. Zara 1863—1864. Vol. I.—II.

Farlati Illyricum sacrum Venetiis 1751—1819. Vol. I—VIII.

Fejér Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Budae 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 vol. et 2 indices.

Fermendžin Acta Bosnae potissimum ecclesiastica (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. XXIII tom). Zagrabiae 1892.

Katona Historia critica regum Hungariae. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colocsae, Budae 1779—1817. Vol. I—XLII.

Kubinyi Codex diplomaticus Arpadianus. 1095—1301. Budapest 1867 do 1884. T. I—II.

Kukuljević Arkiv za povjestnicu jugoslavensku. I—XII. U Zagrebu.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Zagreb 1861. Tom. I—III.

Kukuljević Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae Saec. XIII. Zagrabiae 1896.

Laszowski Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoč »Zagrebačko polje« zvane. Zagreb 1904—1908. T. I—IV.

Ljubić Listine o odnošajih južnoga Slavenstva i mletačke republike. (Ovo je u »Monumenta Slavorum Meridionalium«). Zagreb 1868 i dalje. Tom. I. i dalje.

Ljubić Libellus Polichorion qui Topicus vocatur u »Starine XXIII.« Zagreb 1890.

Lucius Memorie istoriche di Tragurio ora detto Traù. Venetia 1674.

Lucius De regno Dalmatiae et Croatiae libri sex. Amstelodami 1666. ap. Schwandtner Scriptores rerum Hungaricarum. Tom. III.

Макушевъ Записки императорской академій наукъ. Петерсбургъ. T. XIX.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae, Ragusii. Viennae 1858.

Potthast Regesta pontificum Romanorum inde ab a. MCXCVIII. ad a. MCCCIV. Berolini 1874—1875. Vol. I—II.

Pray Annales veterum Hunnorum, Avarorum et Hungarorum ab a. 210—1517. Viennae 1763—1767.

Pucić knez Medo Spomenici srpski. Knj. II. U Beogradu 1862.

Rački Izvadci iz kr. osrednjega arkiva u Napulja za jugoslovjensku poviest. Arkiv za pov. jugoslav. Knjiga VII.

Rad jugoslavenske akademije 1867. I. i dalje.

Raynaldi Annales ecclesiastici ab a. 1198. Lucae 1747—1756.

Sbaralea Bullarium Franciscanum Romae 1759—1768. Vol. I—IV.

Starine jugoslavenske akademije 1869 i dalje.

Thallóczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagay. Budapest. 1898.

Theiner Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Romae 1863. Zagrabiae 1875. Vol. I—II.

Theiner Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859—1860. Vol. I—II.

Tkalčić Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis. Zagrabiae 1873—1874. T. I—II.

Tkalčić Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiae metropolis regni Croatiae. Zagrabiae 1889—1904. Vol. I—XI.

Wadding Luc. Annales Minorum. Ed. Jos. Maria Forsera. Vol. 1—12. Romae 1731. fol.

Wenzel G. Monumenta Hungariae historica Acta extera. Budapest 1874—1876. Vol. I—III.

Wenzel G. Codex diplomaticus Arpadianus continuatus. Budapest 1860—1874. Vol. I--XII.

II.

Ovim VII. sveskom svršava se XIII. vijek ovoga diplomatičkoga zbornika. Za političku historiju onoga burnoga desetgodišta od 1290 do 1300. osobito su zanimive listine iz centralnoga državnoga arkiva u Napulju. Tri stručnjaka radili su u samom arkivu dr. Franjo Rački, Vikentije Makušev i dr. Gustav Wenzel. Najkraće vrijeme i jošte dosta neiskusan radio je dr. Rački. Njega s dosta uspjeha ispravlja i dopunjuje Makušev. Najobilnije i najuspješnije ipak je radio Wenzel. Medju njima ima dosta razlika u čitanju samih spomenika. Nije od male važnosti, da ima osobitih razlika u kronologiji. To mi je zadavalo puno neprilika, kada mi nije bilo moguće na licu mjesta na samim originalima ustanoviti, tko ima pravo. Dosta puta se indikcija u njih ne slaže s naznačenom godinom. Ja sam mjestimice moje sumnje naznačio sa znakom pitanja, a mjestimice pokazao i na razliku u njihovu čitanju. Svakako moram upozoriti čitatelja, da prema razvitku dogodjaja na pojedine kronologijske razlike pripazi i logikom samih dogodjaja nastoji ispraviti.

Dodatak donosi doista malen broj listina naknadno nadjenih ili bez datuma, koje za stalno idu u XIII. vijek. Ne ima sumnje, da će se daljnim istraživanjem ovaj broj znatno povećati. Već sada mogu spomenuti dubrovačke privatne listine pri kraju XIII. vijeka, a napokon lijepu zbirku listina s otoka Lastova, koja će valjda jednom za detaljne študije zemljišne dobro doći ispitaču agrarnih prilika u okolici dubrovačkoj. Isto tako dobro će poslužiti najstarija notarska knjiga zadarska od god. 1290.—1300. A ima jošte dosta neotvorenih arkiva, koji čekaju svoje urednike.

Ima i po koja tiskarska pogreška, koju će moći dobrohotni čitalac sam popraviti. Pogreška u regestu br. 247. ispravljena je u sumariju.

U Zagrebu dne 2. augusta 1909.

T. S.

1.

1290. 23. jula. U Rimu.

Nikola IV. papa preporuča svoga legata banu i velikašima hrvatskim.

Nicolaus episcopus servus servorum dei nobilibus viris Johanni, Nicolao et Henrico filiis Henrici fratribus banis Sclavonie, salutem et apostolicam benedictionem. Speramus firmiter, quod vos tanquam fideles filii et devoti mentes vestras ad celestia desideria dirigentes, circa illa vos promptos et paratos exhibere curetis, que superno sint accepta conspectui, salutis vestre profectum respiciant et procurent fidei christianae continuum incrementum. Sane ad audientiam vestram credimus pervenisse, quam reprehensibiliter hactenus quamque inhoneste, quin imo periculose se gesserit . . . Ungarie rex etc. usque cuiuscumque preminentie, dignitatis, status aut conditionis exstiterint, ac etiam contra scismaticos et hereticos, qui de diversis mundi partibus etc. usque exhortari. Rogamus itaque Nobilitatem vestram et hortamur in filio dei patris, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus attendentes sollicite, quod per hoc posset catholice fidei non modicum deperire, contra Tartaros, Sarracenos, Neugerios, paganos, scismaticos, hereticos et adherentes predictis prefato Episcopo pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia etc. ut supra mutatis mutandis usque attollamus. Datum X. Kal. Augusti. Anno tertio.

In e. m. nobilibus viris Rodesclavo et Stephano fratribus banis Sclavonie.

In e. m. nobilibus viris Johanni et Leonardo Vegle, Vinodolli, Modrusse ei Gazle comitibus.

In e. m. nobilibus viris Nicolao bano et Paulo dicto magistro nato quondam Stephani bani Sclavonie.

In e. m. nobilibus viris Nicolao et Stephano filiis quondam Babonichi fratribus.

In e. m. nobilibus viris Bagerio Zach, Nicolao et Stephano filiis quondam comitis Bagi fratribus. Datum ut supra X. Kal. augusti. Anno tertio.

In e. m. nobilibus viris Stephano et Brisde banis Bosne.

In e. m. nobilibus viris Paulo bano, Georgio et Madeno fratribus, comitibus Almasii.

In e. m. nobili viro Nicolao nato quondam Mauritii comitis.

In e. m. nobili viro Hugunino nato quondam comitis Pause.

In e. m. nobili viro comiti Garduno.

In e. m. nobili viro Gregorio nato quondam Gregorii bani Sclavonie.

In e. m. nobili viro Rolando voivode Ultrasilvano eiusque fratribus.

Theiner Monum. Hung. I. no. 585. str. 364—365. Iz reg. orig. Ang. III. de curia ep. 53. fol. 169. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. IX. 363. — Potthast Reg. pontif. II. no. 23.329. — Fermendžin Acta Bosnae no. 94. str. 17.

2.

1290, 23. augusta. U Cittavechii.

Nikola IV. papa oprašta biskupa krčkoga od svakogodišnjega posjeta groba sv. Petra.

Lamberto episcopo Veglensi.

Ex parte tua fuit expositum coram nobis, quod pridem tempore quo munus consecrationis de nostris manibus recepisti, prout moris est, promisisti corporaliter prestato iuramento, quod apostolorum limina per te vel per alium annis singulis visitares. Licet ecclesia tua privilegium exemptionis non habeat, sed archiepiscopus Jadrensis qui est pro tempore, [cui] iure metropolitico sit subdita, nos itaque personam tuam in hac parte sp[eciali] gratia prosequentes, te a promissione, quam de visitatione huiusmodi fecisti et iuramento super hoc prestito quoad ipsam visitationem dumtaxat auctoritate apostolica duximus absolvendum. Volentes in ceteris iuramentum ipsum inviolabilitor observari. Datum apud Urbemveterem ut supra. X. kalendas septembris anno III.

Nicol. IV. an. III.° ep. 349. Reg. Vat. no. 45. f. 68. v. — Po prijepisu Jelićevom.

3.

1290, 12. septembra. U Cittavecchii.

Nikola IV. papa šalje svoga legata na naše strane.

Venerabili fratri B . . . . episcopo Eugubino apostolice sedis legato. Pridem cum essemus in Urbe, tibi sumpta de tua multiplici probitate fidutia in regno Ungarie nec non Dalmatie que Ungarie regibus solet esse subiecta et Austrie, Styrie, Carinthie, Cumanie ac Bosne partibus plene legationis officium duximus committendum, quam plures in Urbe ipsa et postmodum etiam in Urbeveteri tibi gratias concedentes Cum itaque te ad regnum et partes predictas cum ipsius legationis officio destinemus, volumus et apostolica auctoritate decernimus, ut predicte gratie tibi facte rate et firme habeantur omnino ac suum officium libere consequantur. Datum apud Urbemveterem II. idus septembris anno tertio.

Nicol. IV. an. III°. ep. cur. 80. Reg. Vat. 45. fol. 173. — Po prijepisu Jelićevom.

4.

1290, 13. septembra. U Cittavechii.

Nikola IV. papa dozvoljuje biskupu krčkomu pristup u samostan sv. Klare.

Lamberto episcopo Veglensi.

Devotionis tue promeretur affectus, ut petitionibus tuis favorem benivolum impendamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati fraternitati tue, quod [in] monasteriis monialium sancte Clare et aliorum ordinum in tua civitate ac diocesi et etiam extra eas consistentibus celebrare et predicare valeas ipsaque cum duobus tui ordinis fratribus vel capellanis tuis libere ingredi, constitutione aliqua contraria non obstante auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo et cetera, nostre concessionis et cetera. Datum apud Urbemveterem idibus septembris, anno tertio.

Nicol. IV. an. III. ep. 433. Reg. Vat. 45 f. 84. — Sbaralea Bullar. Francisc. IV. no. 316. — Potthast Reg. pont. no. 23.403. — Langlois 3296. extr.

5.

1290. 9. oktobra.

Andrija kralj ugarski i hrvatski vraća posjed »Oživak« nasljednicima bana Petra.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum Kemyn filius comitis Benedicti, Laurentius et Nicolaus fratres eiusdem, filii Petri bani, super quadam possessione eorum Ozszywag vocata Johannem filium Ladizlai, qui in ipsam possessionem introierat, traxissent in causam et partes assignato termino sua privilegia et instrumenta super ipsa terra confecta coram nobis ac venerabili patre Lodomerio dei gracia archiepiscopo strigoniensi et aliis baronibus nostris nobiscum in iudicio sedentibus exhibuissent; in ipso privilegio domini Ladislai regis patruelis nostri per Kemyn et fratres suos exhibito comperimus, quod predicta possessio Ozsywag a progenitoribus ipsorum Kemyn et filiorum Petri bani olim alienata fuisset, indebite et per eundem Ladislaum regem tam racione iusticie quam eciam ob merita serviciorum Petri bani extitisset restituta; vidimus eciam in privilegio eiusdem domini Ladislai regis per Johannem filium Ladizlai exhibito, quod predictam terram Ozscywag sibi contulisset; sed quia in ipso privilegio per dictum Johannem ostenso collacionem subsequentem et secundam vidimus et ipsum privilegium non legitime nec rite confectum cognovimus, iudicavimus omnino irritandum et cassandum iuris ordine observato, silencium perpetuum eidem Johanni super ipsa terra Ozscywag imponendo, adiudicantes eandem possessionem Kemyn et filiis Petri bani secundum continenciam privilegii Ladislai regis possidendam et habendam, prout dominus Ladislaus rex pro effusione sanguinis ipsius Petri bani contulerat pacifice et quiete. Datum per manus discreti viri magistri Theodorii albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CC° nonagesimo, septimo idus octobris, regni autem nostri anno primo.

Iz potvrde pečujskoga biskupa i kraljevskog kancelara Vilima od 6. juna 1364. koji je zahtjevao »magister Nicolaus filius Pauli de Pukur«. Alm. V. lad. I. no. 26. u Körmendu. Hazai okmánytár VIII, 286—287.

6.

1290, 11. oktobra. U Zadru.

Skamosa udova, Stjepan i Nikola sinovi Grisogona de Picega, odriču se u prilog opata i samostana sv. Kuzme i Damjana dviju sela Gorice i Podvršja.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo, indic[t]ione quarta, die vndecimo intrante octubris, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini Andre Gausoni Jadrensis archielecti, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Nos quidem Scamosa relicta condam Grisogoni de Piçega et Stephanus et Nicolaus filii condam eiusdem Grisogoni nobis consentiente, ipsa Scamesa(!) matre nostra et Stephanus filius condam Vulcine de Ginnano et Bunna et Lippa filie condam eiusdem Vulcine nobis consencientibus Petro de Slorado et Gregorio de Formino viris nostris plenam et inreuocabilem securitatem, finem, dimissionem et quietacionem facimius vobis domino Cosme venerabili abbati monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte vestro nomine et dicti monasterii de omni eo toto, quod vobis uel vestro dicto monasterio dicere uel petere aut requirere possemus de duabus vestris et dicti monasterii villis vocatis Goriza et Poduresya, quas villas olim concesseratis sex annos habendas et tenendas dictis Grisogono et Vulcine, quas tenuerunt solumodo duobus annis; pro qua uero securitate, fine et dimissione nobis dedistis modios fari[na]ti viginti octo. Quare cum nostris heredibus et successoribus nos obligamus et promittimus vobis predicto domino Cosme abbati el vestris successoribus et dicto monasterio nunquam vos molestare uel inquietare seu questionem mouere de predictis duabus villis, uel occasione earum per nos nec per alium aliquo modo iure seu causa sub obligacione omnium bonorum uostrorum presencium et futurorum. Preterea nos predictus Stephanus filius condam dicti Vulcine et Bunna et Lippa filie dicti Vulcine condam nobis consencientibus dictis viris nostris plenam et inreuocabilem facimus securitatem, finem, dimissionem et quietacionem facimus (!) vobis predicto domino abbati et dicto vestro monasterio quodam debito modiorum centum sexaginta duorum farinati, quod idem Vulcina pater noster condam fecerat Blasio filie Miche de Soppe; quod uero debitum vestrum et vestri monasterii predicti fuerat, quamuis ipse Vulcina per se tantum obligatus foret et debitum totum integre persoluistis dicto Vulcine, qui postmodum soluit integre Blasio

predicto. Promittimus per nos et nostros heredes et successores, nunquam vos uel vestrum monasterium inquietare nec m[olestare] nec questionem mouere occasione predicti debiti aliquo modo, iure seu causa sub obliga[cione] [omnium] bonorum nostrorum presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus silicet (!) Stephano plebano sancti Petri et Stephano de . . be et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Phylippus Grisogoni de Mauro examinator manum missi.

Ego Fredericus imperiali auctoritate notarius et Jaderensis iuratus interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio rogovski.

Na hrptu savremena bilješka: »Restitucio facta abbati et conuentui de villis Gorize et Poduerscie, quas olim ad affictum dederamus Wlcigne de Gnano et Crisogono de Piçiga.

7.

1290, 8. novembra. U Zadru.

Zadrani sporazumijevaju se sa Spljećanima i Trogiranima.

1290 . . . 8. novembris . . . Jadrenses . . . Declaramus bonam et firmam . . . communitati Spalati et Tragurii et erimus unacum eis amici hinc ad annos quinque, si Spalatenses habebunt potestatem, vel comitem qui non fuerit de Sclavonia . . . . . omnibus hominibus qui vellent eos offendere, et non recipiemus inimicos eorum in nostra civitate, neque cum illis mercatum faciemus, salvo honore domini ducis Venetiarum. Communitas autem Spalati et Tragurii eodem modo facient nobis et iuuabunt nos ab omnibus hominibus, qui uellent nos offendere et nec recipient inimicos nostros in sua civitate, neque cum eis mercatum facient, salvo honore domini regis Ungariae . . Item . . si nos fecerimus exercitum per mare, nos dabimus tres homines, Spalatenses duo, Tragurienses unum . . . quod in dicto exercitu nos commune Jadrae, vel ille qui pro nobis fuerit semper debeat antecedere totum exercitum, quae omnia et singula facient, triginta boni homines Jadrae ad voluntatem dictorum nuntiorum electi suo sacramento corporaliter affirmarunt . . . .

Lucius De regno Dalm. et Cr. el. IV. c. 9. 185. — Lucius Mem. de Traù. I. p. 129 (spominje) Fejér Cod. dipl. VII. 2, p. 137—8. — Kukuljević Reg., no. 1461.

8.

1290, 29. novembra. U Šipušu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje darovnicu bana Nikole od god. 1290. 20. januara o Čanovu učinjenu Nikoli sinu Ivanovu.

Nos Andreas dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: quod comes Nicolaus filius Iwan ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis patentes litteras Johannis bani tocius Sclauonie super terra Chanou confectas petens a nobis cum instancia, ut ipsas ratas habere dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi isprava bana Nikole od god. 1290. na dan sv. Fabijana i Sebastijana izdana u Šoltunu).* Nos itaque peticionem ipsius Nicolai comitis iustam esse attendentes in hac parte dictas litteras Johannis bani ratas habentes autoritate presencium duximus confirmandas. Datum sub castro Scepus in vigilia Andree apostoli anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi. Pečat, koji bijaše pritisnut na hrptu isprave otpao je.

Na hrptu je opaska »Donationales et confirmationales super Chanyo 1290«.

9.

1290, mjeseca novembra. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečujskim ostavlja Grgur, sin Keledov svoje imanje Orywa kćeri si Jolanti, odnosno svojim krvnim rodjacima.

Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod cum ad iustam peticionem magistri Gregorii filii Keled magistrum Phylippum concanonicum nostrum transmississemus ad eundem podagricum, qui scilicet in suis patitur pedibus podagram ab antiquo, ut coram eo pro quarta filie sue quam habet vnicam de suis possessionibus ordinaret, idem magister Phylippus socius noster ad nos rediens nobis retulit uiua uoce, quod ipse magister Gregorius filius Keled, ut premittitur, infirmus quidem corpore mente sanus presente predicta filia sua ibidem, de istis possessionibus suis hereditariis

in diuisione videlicet inter comitem Ladyzlaum et magistrum Phylipus(!) fratres eiusdem carnales et inter ipsum magistrum Gregorium ab olim facta sibi deuolutis, scilicet de ista possessione sua Kwos uocata et de omnibus circumstanciis et pertinentibus ad eandem, item de ista possessione sua Apaty uocata et de omnibus circumstanciis et pertinentibus ad eandem, item de ista possessione sua Orywa uocata et de castro eiusdem, item de tercia parte seu de tercia porcione harum possessionum videlicet in Chapa et in castro Kuorough uocato, in Lyppov, in Zeerya, in Zawa, videlicet racione harum omnium istam vnam et solam possessionem suam Orywa uocatam cum castro suo et cum ceteris omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis suis quibuslibet ac circumstanciis vniuersis legauit et dedit predicte filie sue Jolenth, uxori comitis Ladizlai filii Seruusdey de genere Peech in quartam et pro quarta filie sue sibi et eius heredibus perpetuo possidendam; ceteras autem omnes possessiones suas ipse magister Gregorius legauit et dedit cons . . . . bus post mortem suam possidendas et habendas. Et si prefata domina Jolenth heredem uel heredes non habuerit, hoc est nec filium nec filiam, iam tunc hec possessio Orywa cum castro suo et cum ceteris omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis ad consanguineos fratres ipsius magistri Gregorii, post mortem huius filie sue deuoluetur; hoc tamen expresso, quod si idem magister Gregorius filium habuerit, extunc omnes et omnimodas possessiones suas hic filius suus iure geniture possidebit et habebit et specialiter prefata possessio Orywa cum castro et cum omnibus suis pertinentiis ad filium ipsius magistri Gregorii reuertetur, salua nichilominus quarta domine filie sue antefate. Preterea insuper absque quarta nec racione quarte filie sue tamquam in donum idem magister Gregorius omnes seruuos(!) suos et omnes ancillas suas quoscumque et quascumque usque modo precio comparauit vel emit, sicut littere uel instrumenta super hiis et racione harum confecta nominant er declarant singillatim, dedit et tradidit pure et simpliciter eidem filie sue vxori comitis Ladyzlai ob amorem et intimam dileccionem eiusdem irreuocabiliter et irretractabiliter iure perpetuo possidendos et habendas; item ipse magister Gregorius seruuos(!) et ancillas, quos et quas domina mater uxoris comitis Ladyzlai secum traduxit tempore nupciarum a domo paterna vel heredes eorundem, sicut eorundem nomina inferius exprimentur, reddidit uel restituit eidem filie sue uxori comitis Ladyzlai in perpetuum possidendos et habendas; quorum nomina sunt hec: Cosmas cum vxore sua Powa nomine et cum duobus filiis suis et duabus filiabus suis, item Paulus cum uxore sua Chepke nomine et cum quatuor filiabus suis, item Chydboy cum uxore sua Mogdolna nomine et duobus filiis suis. In cuius rei

memoriam presentes litteras nostro sigillo concessimus roboratas. Actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, mense nouembris, Stephano cantore, Dyonisio custode, Mathya decano ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Stephani lectoris Quinqueecclesiensis.

Iz originalne potvrde kralja Andrije od g. 1291. 28. oktobra u ark. obitelji Révay fasc. I. no. 10.

Cod. patrius VI. 370—372.

10.

1290.

Kraljica Elizabeta daruje meštru Lovri sinu Lovre posjed sv. Martina u županiji virovitičkoj.

Elizabeth dei gracia maior regina Hungarie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem[1] inspecturis salutem in salutis largitore. Reginalis pietatis circumspeccio et benignitas circumspecta nos ammonet et inducit, vt quorumlibet fidelitatibus et seruiciis comode nobis inpensis gratanti animo occurramus condigna retribucione meritis eorundem fauorabiliter respondentes, quia dum eorum lab[ori]bus et honestis seruiciis fauorem prebemus et assensum, dum concedimus quod merentur, ceteros ad ampliora fidelitatis opera ardencius inuitamus et de promptis reddimus prompciores. Ad vniuersorum igitur noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod magister Laurencius [filius] comitis Laurencii de genere Aba cognatus noster karissimus a primeuis sue puericie temporibus gratos nobis et fideles inpenderit famulatus se et sua pro honore regie corone variis periculorum generibus et multis fortuitis casibus exponere non verendo, cuius quidem magistri Laurencii dux Austrie, quia eius consorcio noluit adherere, propter inpendendam fidelitatem corone regali tria castra occupauit et innumerabilia bona abstulit, que nullus hominum iusto modo posset computare. Et quia eciam cum in nostris legacionibus iuerat in electis equis, dampnum contra valorem ducentarum marcarum est perpessus et quem ad nos mediante fide nostra duxeramus, tum racione proximitatis, tum in recompensacionem seruiciorum, tum eciam in aliqualem satisfaccionem dampnorum eius in rebus illatorum, licet eidem minimum quid respectu dampnorum suorum videatur, vyznicatum sancti Martini in comitatu de

[1] Scilicet paginam.

Wereuche existentem ex certa sciencia et voluntate domini Ladislai regis filii nostri karissimi et consensu baronum suorum ac nostrorum cum omnibus vtilitatibus suis vineis scilicet, siluis, pratis, circumstanciis et pertinenciis vniuersis a tempore domine M[arie] regine matris nostre predilecte felicis recordacionis per diuersos dominos habitam et possessam ei ab eis culpis suis amissam et ad nostras manus sepius deuolutam, ipsi magistro Laurencio et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus sub eisdem metis et terminis, quibus antea extitit limitata et possessa, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo pacifice et irreuocabiliter possidendum, cassantes, irritantes, retractantes, et irrita pronunciantes instrumenta seu priuilegia, que per nos uel per quempiam super facto ipsius vyznicatus cuique essent emanata. In cuius rei memoriam optatamque firmitatem presentes magistro Laurencio concessimus litteras dupplicis sigilli munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Laurencii prepositi de Posoga aule nostre cancellarii fidelis nostri anno domini M° CC° nonagesimo.

Iz prijepisa kralja Karla od g. 1318. 29. marta, kako ga je isti kralj potvrdio 1324. 13. maja. Original posljednje listine na pergameni u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.092. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1504. no. 12.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 487—488 po istom izvoru. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. IX. 526. donosi regest iz komor. ark. u Budimu, jer je original prenesen u Zagreb. — Kukuljević Reg. no. 462.

11.

1290—1300. U Budimu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski nalaže Kozmi virovitičkom županu, da preda županu Oguzu sela Lužinu i Orehovac.

Andreas dei gracia rex Hungaria dilecto et fideli suo Cesme comiti de Wereuche salutem et graciam. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus uillas Lusuna et Orihoch, in comitatu de Wereuche existentes, comiti Oguz dilecto et fideli nostro, sicut per priores litteras nostras tibi dederamus in mandatis, statuas et assignes in ea libertate eidem comiti Oguz seruituros, sicut ad nos pertinere dinoscuntur; et aliud non facias ullo modo. Datum Bude feria quinta ante festum Barnabe apostoli.

Izvana: »Magistro Cosme comiti de Wereuche«.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: D. L. 1881. Stara sign. N. R. A. fasc. 497. no. 6.) — Na hrptu vidi se trag pečata, kojim bijaše pismo zatvoreno. — S paleografskog gledišta spada listina baš na konac XIII. vijeka.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 419.

12.

1291, 18. januara. U Cittavechii.

Nikola IV. papa izuzimlje red sv. Klare od plaćanja raznih daća, davaka, pripomoći i sl.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus sororum monasteriorum ordinis sancte Clare salutem et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius deuota mente ac humili contemplacionis diuine uacatis obsequiis, tanto libentius uestre pacis procuramus comodum et quietis. Attendentes igitur, quod licet quam plurima monasteria uestri ordinis uarias possessiones optineant, idem tamen ordo in paupertate fundatur, vosque uoluntarie pauperes Christo pauperi deseruitis, uestris suplicationibus inclinati, ut vos seu uestrum alique ad exhibendum procurationes aliquas legatis uel nunciis apostolice sedis siue ad prestandum subuentionem quamcumque uel ad contrahendum in exactionibus uel collectis seu subsidiis aliquibus per literas dicte sedis aut legatorum uel nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum uel regionum quascumque impetratas seu etiam impetrandas minime teneamini, nec ad id cogi possitis et si in huius sedis eiusdem contineatur literis, quod ad queuis exempta uel non exempta loca et monasteria se extendant et aliqua eis cuiuscumque tenoris existat ipsius sedis indulgentia, non obsistat, nisi forsan litere ipse dicte sedis de indulto huius et ordine uestro ac nomine cardinalis, cui gubernatio, protectio et correctio fratrum minorum ac etiam cura monasteriorum, abbatissarum et monialium sancte Clare ordinum presencium et futurorum pro tempore commisse fuerint, plenam et expressam fecerint mentionem, auctoritate uobis presencium indulgemus. Nos enim decernimus irritas et innanes interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, si quas in uos uel aliquam uestrum aut aliquod monasteriorum uestrorum seu quoscumque alios occasione uestri premissorum, pretextu contra huius concessionis nostre tenorem per quemcumque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere uel

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Vrbem ueterem XV. kalendas februarii, pontificatus nostri anno tercio.

1. Prijepis od god. 1298. — Početak je ovaj:

In nomine domini amen. Uuiversis presens transscriptum publicum inspecturis, frater Henricus miseratione diuina Jadrensis archiepiscopus salutem in domino. Exigentibus frequentibus necessitatum articulis prouida utriusque iuris deliberatione statuitur, ut scriptum ex autentico scripto transsumptum fidedignis assertionibus comprobatum ac autentico munimine roboratum, fidem ubilibet faciat in agendis. Ad uestram igitur uolumus notitiam peruenire, nos uidisse ac diligenter inspexisse quasdam licteras(!) sanctissimi patris nostri domini Nicolay summi pontificis, non cancellatas, non abolitas, nec in sui parte aliqua uitiatas, uera bulla bullatas et communitas, quarum tenor per omnia talis est: *(Slijedi bula pape Nikole IV. od 18. januara 1291.) Zatim dalje:*

In cuius rei testimonium et roboris perpetui firmitatem, nos frater Henricus, miseratione diuina Jadrensis archiepiscopus supradictus, mandauimus nostri sigilli munimine roborari, sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indictione vndecima, pontificatus domini Bonifacii pape octaui anno eius quarto.

(Signum not.) Et ego Franciscus Bratholi Venture, alias dictus diaconus Guiducius de Merano, imperiali auctoritate et nunc supradicti venerabilis patris domini fratris Henrici, Jadrensis archiepiscopi supradicti notarius atque scriba, prout in dictis licteris(!) apostolicis non cancellatis nec uiciatis, ut dictum est, inueni, ita in hoc transscripto de uerbo ad uerbum nil addens uel minuens, quod sensum mutet, de mandato et uoluntate domini . . . archiepiscopi supradicti scripsi, ipsumque transscriptum meo signo et nomine roboraui.

Na pergameni, u istom arkivu i odjelu br. 90. — Pečata nema.

2. Prijepis od 11. marta 1299. — Početak mu je ovaj:

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die vndecimo intrante marcio Venecie in hospicio Crisinben Zuchari presentibus ipso Crisinbene Zucharo, Petro condam Johannis de Çara, Radoslauo condam Radini de Çara et aliis.

(Slijedi bula Nikole IV.)

(Monogram not.) Ego Jacobus notarius, filius condam Phylippi de Boci, scripsi et roboraui prout inueni in vno priuilegio domini pape bullata(!) cum bulla plu[m]bea cum corda seta et in bulla continentur ex uno latere Nicolaus papa quartus, ab alio late[re] duo capita sanctus Petrus et sanctus Paulus, nichil adens nec sensus mutans nisi forte in pontis (!) sic uel in silabis.

Na pergameni, u istom arkivu i odjelu br. 95.

Bulla sama pape Nikole IV. štampana je u: Wadding Annal. Minor. V. 544. no. 54. — Sbaraleae Bullar. francis. IV. 209 no. 392. — Potthast Reg. pontif. no. 23. 528.

3. Iz prijepisa od g. 1328. 9. maja koji ima ovaj početak:

Vniversis et singulis presens transscriptum publicum inspecturis, Johannes, miseratione diuina archiepiscopus Jadrensis salutem in omnium saluatore. Noueritis, nos uidisse et de uerbo ad uerbum diligenter inspexisse quasdam literas sanctissimi patris domini Nicolai pape quarti, non cancellatas, non abolitas nec uiciatas in aliqua parte sui, sed uera bulla plumbea et filo serico crocei et rubei coloris, more curie romane bullatas, tenoris et continentie inscripte:

Slijedi bula za tim dalje:

In cuius rei testimonium presens transscriptum per inscriptum notarium nostrum publicum fieri mandauimus, ipsumque auctoritate nostra et sigilli nostri munimine duximus roborandum.

(Signum not.) Et ego Andreas de ciuitate Australi Foriulii, imperiali auctoritate notarius publicus et nunc curie archiepiscopalis Jadre scriba, prenominatas literas uidi non cancellatas, non abrasas, non abolitas nec uiciatas in aliqua parte sui, sed uera bulla, ut dictum est, more curie Romane bullatas easque in presenti transscripto de uerbo ad uerbum, preter punctum aut sillabam, quod sensum mutet uel uiciet intellectum nil addendo uel minuendo transscripsi fideliter et presens transscriptum ac easdem literas postmodum unacum Anthonio de Guscho, ciue Jadrensi, nec non presbitero Jacobo, condam Petri prothomagistri lignaminis de Jadra, literatis testibus diligentissime ascultaui, in eoque signo et nomine roboraui et publicaui de mandato domini archiepiscopi suprascripti. Datum et actum Jadre, in aula archiepiscopali sub anno domini a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione undecima, die nono intrante mensis madii, pontificatus domini Johannis pape XXII. Anno XII.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 79. — Pečata nema.

4. Prijepis od god. 1328. 19. septembra ima ovaj početak:

In nomine domini amen. Hoc est transsumptum seu transscriptum quarundam literarum sanctissimi patris et domini, domini Nicolai, diuina prouidentia pape quarti, uera bulla plumbea et filis scricis integris crocei et rubei coloris ipsius domini pape bullatarum, non uiciatarum, non cancellatarum, nec in aliqua sui parte coruptarum, set omni uicio et suspicione carencium, quarum tenor talis est:

(Slijedi bula pape Nikole IV. od 18. januara 1291.) — a za tim dalje:

(Signum not.) Et ego Andreas de ciuitate Australi Foriiulii, imperiali auctoritate notarius publicus et scriba reuerendi in Christo patris domini Johannis dei gratia archiepiscopi Jadrensis, prout supradicta, inueni, uidi et legi in supradictis literis apostolicis non uiciatis, sed vera bulla plumbea cum filis sericis crocei et rubei coloris, ut dictum est, bullatis, ita hic de uerbo ad uerbum nil addens uel minuens, preter punctum aut sillabam, quod sensum mutet uel uiciet intellectum, fideliter transsumpsi et transscripsi et facta diligenti collatione de presenti transcripto cum predictis literis apostolicis una cum discretis viris videlicet Nicolao presbitero ecclesie sancte Anastasie Jadrensis, presbitero Pace ecclesie sancte Marie maioris de Jadra, Nello Lamberti de Anchona, Michaele Leonardi de Jadra, ac Damiano presbitero predicte ecclesie sancte Marie maioris, imperiali auctoritate notariis publicis infrascriptis, in publicam formam redegi de mandato reuerendi patris domini Johannis archiepiscopi Jadrensis prefati, qui suam auctoritatem huic transsumpto interposuit et decretum et ipsum fecit suo sigillo muniri, adque signum meum consuetum apposui in testimonium predictorum. Actum Jadre sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione undecima, die decimo nono mensis septembris, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno XIII.

(Drugi rukopis).

(Monogram not.) Ego Nicolaus, presbiter ecclesie sancte Anastasie puplicus imperiali auctoritate notarius, ascultacioni predictarum literarum apostolicarum cum presenti transsumpto facte una cum notariis per supradictum Andream notarium puplicum supra proxime nominatis presens interfui et in testimonium premissorum signum meum apposui consuetum.

(Drugi rukopis).

(Signum not.) Ego presbiter Pax clericus ecclesie sancte Marie maioris de Jadra, puplicus imperiali auctoritate notarius, ascultacioni predictarum literarum apostolicarum cum presenti transsumpto facte una

cum notariis per supradictum Andream notarium puplicum supra proxime nominatis presens interfui et in testimonium premissorum signum meum apposui consuetum.

(Drugi rukopis).

(Signum not.) Ego Nellus Lamberti de Ancona auctoritate imperiali notarius, ascultationi predictarum licterarum apostolicarum cum presenti trañssumpto facte una cum per supradictum Andream notarium supra proxime nominatis presens interfui et in testimonium premissorum signum meum apposui consuetum.

(Drugi rukopis).

(Signum not.) Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius, ascultacioni predictarum literarum apostolicarum cum presenti transsu[m]pto facte una cum notariis per supradictum Andream notarium publicum supra proxime nominatis presens interfui et in testimonium premissorum signum meum apposui consuetum.

(Drugi rukopis).

(Signum not.) Ego Damianus presbiter ecclesie sancte Marie maioris de Jadra imperiali auctoritate notarius ascultationi predictarum litterarum apostolicarum cum presenti transsumpto facte una cum notariis [per] supradictum Andream notarium publicum supra proxime nominatis presens interfui et in testimonium premissorum signum meum apposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole. no. 80.

13.

1291, 22. januara. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka daje punomoć svomu sugradjanu Paški, da kupi za općinu žitka.

Hoc est exemplum cuiusdem instrumenti syndicatus sic incipientis.

C. In nomine dey (!) eterni. Anno eiusdem natiuitatis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die vigesimo secundo, intrante mense ianuario, in camera cançellarie ciuitatis Ragusii, presentibus Antonio Touapera, Leonardo Aycardi et Blasio Baldella omnibus de Venetiis mercatoribus in Ragusio et aliis testibus ad hec uocatis et

rogatis. Nos Andreas Dandulo clare memorie condam domini Johannis Danduli illustris ducis Venetie filius comes Ragusii, iudices et consiliarii ciuitatis eiusdem congregati ad sonitum campane more solito pro hoc negocio speciali, pro nobis et uice ac nomine nostro et uniuerso populo et comuni ciuitatis Ragusii. Habentes super hoc arbitrium generale, facimus, constituimus et ordinamus nobilem virum Pasquam de Mergnuco conciuem nostrum ibidem presentem et sponte suscipientem nostrum verum atque legitimum procuratorem et syndicum specialiter ad emendum in partibus Apulie uel alibi, ut sibi melius uidebitur, a quocumque a quibuscumque personis frumentum in ea quantitate et pro eo pretio, quibus dicto Pasque placuerit et uoluerit pro nobis et nostro comuni. Et si oportuerit pro solutione dicti frumenti damus eidem Pasque syndico et procuratori nostro plenam et generalem potestatem, accipiendi mutuo ab omnibus personis, quibus eidem Pasque placuerit, tantam quantitatem pecunie, quantam uoluerit et placuerit eidem. Et tam pro solutione frumenti quam pro solutione mutui cum omni pacto et conditione ac termino seu terminibus quibus fecerit et constitutum fuerit per ipsum Pasquam syndicum et procuratorem nostrum, volumus et liberaliter eidem concedimus obligandi nos et comune nostrum in rebus et personis, et faciendum de obligationibus tot instrumenta, quot fuerint necessaria et oportuna, cum penis, renunciationibus exceptionibus et aliis sollempnitatibus et promissionibus necessaris, cum omni auxilio et consilio sapientis, prout firmiter ad venditorum se mutuatorum cautellam poterit ordinari. Promittentes et sollempniter obligantes nos iamdicti comes iudices et consiliarii pro nobis et vniuersitate et comuni Ragusii, omnia et singula que per dictum Pasquam syndicum et procuratorom nostrum legitimum tam sicud (!) prediximus, si oportuerit apud venditores frumenti quam apud mutuatores pecuniarum obligare cum omni integritate ad terminum siue ad termina (!) statuenda soluere cum omnibus penis et condicionibus inde opponendis omni exceptione remota. Et omnia et singula que dictus Pasqua dixerit, fecerit et operauerit, sollempni stipulatione promittimus omnibus que intererit et tibi notario infrascripto recipienti omnium predictorum firma rataque habere et non contrauenire aliqua ratione sub obligatione et ypotheca omnium nostrorum bonorum. Et ut hec omnia maius robur firmitatis obtineat(!), presens publicum instrumentum iussimus nostro speciali sigillo et manu nostri iurati cancellarii munimine roborari.

Ego Aço condam Jacobi de titulo imperiali autoritate notarius et nunc comunis Ragusii iuratus cançellarius predictis interfui et de mandato dicti domini comitis, iudicum et consiliariorum atque rogatorum hec omnia scripsi signoque meo solito roboravi.

(Signum notarii). Ego Laurentius de Lupis auctoritate imperiali notarius predictum instrumentum, ut inueni in originali publico instrumento scripto manu predicti Açi notarii, nil addens nec minuens fraudulenter preter signum eiusdem notarii, quod facere nesciui, ita fideliter exemplaui et in publicam formam redegi de mandato domini Johannis iudicis et assessoris nobilis uiri domini Guillelmi uicecomitis potestatis Ancone. Cui mandato presentes fuerunt Jacobus Johannis Tarde notarius et Manfredus de Lupis notarius testes. Sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, tempore domini Nicolai pape quarti, die XV. mensis marcii.

Savremeni prijepis u arkivu dubrovačkom. Zbirka saec. XIII. — Na istoj pergameni nalazi se listina od 9. marta u Ankoni, gdje se kazuje, kako je Paško obavio posao.

14.

1291, 22. januara. U Trogiru.

Sporazumak izmedju Spljeta i Trogira.

In dei nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1291., indictione 4., die 22 ianuarii. Quum aperte sacra testetur scriptura necesse esse, ut eveniant scandala, et per loca ac civitates orbis terrarum guerrae ac pestilentiae sepissime oriantur . . . . . scripta comunia de persecutionibus et guerris invicem volentes conculcare, sed potius ad honorem ac fidem debitam gloriosi regis Hungariae conservare, propterea his diebus in presentia infrascriptorum testium nobilis viri domini Micha Petri de Spalato sindici et procuratoris communis ac singularium personarum civitatis Spalati, prout de eius sindicatu patet per instrumentum publicum . . . . . not. confectum ex parte una, et nobilis viri domini Dessa Mursize de Tragurio sindici et procuratoris communis et singularium personarum civitatis Tragurii, ut de eius sindicatu constat per instrumentum publicum in manu sua, confectum per me Nicolaum Palmerii notarium, visum et lectum ex parte altera, unanimiter et concorditer sindicatus eorum civium nomine, et de consensu, voluntate et licentia ipsorum communium fecerunt inter se etc. societatem et amicitiam et generalem unitatem habituram et duraturam inter dicta communia per quinque annos proxime venturos complendos et continuos. Quam quidem societatem et amiciciam et unitatem promiserunt dicti sindici adinvicem unus alteri nomine ipsorum communium usque ad predictum tem-

pus tenere et observare . . . . . et illibatam non obstantibus aliquibus casibus, factis, seu conditionibus, qui intervenerunt et contigerunt inter communia, vel personas supradictas, seu alicuius ipsorum. Promittentes adinvicem ipsi sindici unus alteri nomine, ut supra, amicari et inimicari quibuscumque communibus et personis, que et qualia amicarent seu inimicarent alteri communium predictorum, ac etiam una alteri ipsorum dare omne consilium, auxilium et defensionem contra omnia illa communia et personas singulares, que vel qualia guerras, lesiones, et dampna facerent seu inferrent alteri horum communium predictorum per aquas seu per terras, salva semper reverentia, honore, et fidelitate debita pro serenissimo et illustrissimo nostro rege Hungariae ac etiam domini bani qui pro tempore fuerint pro ipso domino rege et promiserunt predicti sindici ad invicem unus alteri sindicatus nomine, ut supra, eligere comitem et potestatem sive rectorem de una et eadem terra, prout de terra fuerint invicem concordes ad prefinitum dictum tempus, que omnia et singula supradicta dicti sindici sindicario nomime ipsorum communium adinvicem unus alteri attendere et observare, et in nullo contrafacere vel venire sub pena MM. marcharum argenti obligamine bonorum ipsorum communium, medietas cuius penae deveniat in serenissimum regem Hungariae, et alia medietas deveniat civitati servanti predictum; que pena toties conveniatur et exigi possit cum effectu a parte non observante, quoties per aliquam, seu aliqua ipsorum in predictis, aut aliqua predictorum fuerit contraventum; qua pena soluta vel non salvum sit presens contractum. Insuper presente sindico nostro ipsorum communium ad conservationem, et observationem omnium predictorum iuraverunt ad sancta dei evangelia corporaliter libro tacto predicta omnia et singula firma et rata habere et tenere, et in nullo contrafacere vel venire de iure vel de facto sub pena et obligatione bonorum dictorum communium. Actum apud Tragurium in ecclesia sancti Joannis presentibus domino Stephano domini Rugerii de Ancona potestate civitatis Spalati et domino Alberguccio domini Jacobi potestate Tragurii, domino Benvenuto eius socio, domino Valentino de Casarizzo, domino Joseph Petri, domino Lucii Matthei, domino Nicolao Casiocti, domino Theodosio Alberti, domino Petro Leonardi, domino Privoslavo Dobroli, domino Duymo Domiche, Maio Dobre, Silvestro Mengazi examinatore [pro] testimonio rogato.

Lucius Memorie di Traù. 130. — Fejér Codex dipl. Hung. VII. 4, 219. — Wenzel Cod. dipl Arp. cont. X. 72—73. — Kukuljević Reg. no. 1464.

15.

1291, prije 10. februara. U Cittavechii.

Nikola IV. papa postavlja za nadbiskupa zadarskoga redovnika Ivana.

Nicolaus etc. dilecto filio fratri Joanni etc. Ad universalis ecclesiae regimen divina dispositione vocati circa statum cuiuslibet aciem sollicitae considerationis extendimus, pastoralis partes officii vigilantius adhibentes, ut ecclesiae singulae a pastoribus gubernentur idoneis et rectoribus utilibus disponantur. Dudum siquidem Jadrensis ecclesia per obitum bonae memoriae L[aurentii] Jadrensis archiepiscepi pastoris solatio destituta, capitulum ipsius ecclesiae pro futuri substitutione pastoris conveneruut in unum, et cum tandem nonnulli ex dictis capitulo Andream Capsoni canonicum ecclesiae Paduanensis in Jadrensem archiepiscopum elegissent, reliqui ad venerabilem fratrem nostrum Gradensem patriarcham, loci superiorem, ab electione huiusmodi appellarunt. Coram quo aliquandiu negotio huiusmodi ventilato, nec in eo postmodum per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluto dilectum filium nostrum Joannem tituli sanctae Caeciliae presbyterum cardinalem concessimus partibus auditorem. Verum postea idem magister Andreas cupiens suae providere quieti, iuri, si quod sibi in electione huiusmodi extiterat acquisitum, in nostris manibus renuntiavit expresse. Nos itaque huiusmodi renunciatione recepta, ad provisionem ipsius ecclesiae salutarem debita solertia consurgentes, ut ipsam avertamus a dispendiis, quae solent ecclesiis ex vacatione diutina provenire, in te ordinis minorum fratrum, quem ut fide dignorum testimonio laudabili accepimus, virtuosum predicant fluenta virtutum, ac titulo multe circumspectionis extollunt, oculos direximus nostre mentis. Quapropter sperantes in domino, quod per ministerium tue virtutis in multis expertum et experientia comprobatum, prefata ecclesia in prosperitate consurget optata, et brachio tue consolationis subnixa in spiritualibus et temporalibus auctore domino gratis proficiet incrementis, te ipsi ecclesiae de fratrum nostrorum consilio prefecimus in archiepiscopum et pastorem, tue prudentiae curam et administrationem ipsius temporaliter et spiritualiter committendo, postmodum tibi de nostris manibus munere consecrationis impenso. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur in domino, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus curam et administrationem ipsius ecclesie tue fidelitati commissas devoteque susceptas sic prudenter studeas gerere ipsarumque onus prudentius supportare, quod in grege tibi

tradito fructus multiplices illi bono pastori acceptos referas, qui dat affluenter et non improperat, quique actus sibi placitos dirigit in viam salutis eterne, id sic efficaciter supernis adiutus auxiliis impleturus, quod proinde una cum tuis subditis merearis cum dilectis in districto examine in dexteram collocari, sempiterne letitie dulcedine fruiturus. Datum apud Urbem veterem 2.[1] Idus februarii, anno 3.

Farlati Ill. sacr. V. 85. — Wenzel Cod dipl. Arpad. cont. X. 41. — Kukuljević Reg. no. 1465.

16.

1291, 10. februara. U Cittavecchii.

Nikola IV. papa podaje palij nadbiskupu zadarskomu.

Johanni archiepiscopo Jadrensi.

Cum palleum insigne videlicet pontificalis officii a nobis cum ea que decuit instantia humiliter postulasses, nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de corpore beati Petri sumptum tibi per dilectos filios nostros Matheum sancte Marie in Porticu, Jacobum sancte Marie in Vialata et Petrum sancti Eustachij diaconos cardinales prestito a te nostro et ecclesie romane nomine fidelitatis iuramento duximus assignandum, ut illo intra ecclesiam tuam illis diebus utaris, qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato sed quod geris exterius intus serves in mente, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente, quatinus humilitatem et iustitiam dante domino observare studeas qui suum servant et promovent servitorem et Jadrensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite actore domino spiritualibus incrementis et temporalibus augmentare. Datum apud Urbem veterem IIII.[1] idus februarii anno tertio.

Nicol. IV. an. III.⁰ ep. 687. Reg. Vat. L. 45. f. 141. — Po prijepisu Jelićevom.

Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 215. no. 409. — Potthast Reg. pontif. II. 23.560.

---

[1] Jamačno pogrešno II. valjda mjesto IV. jer u slijedećoj ispravi crpljenoj u originalnim papinskim regestima dolazi IIII. gdje papa daje ovdje imenovanomu nadbiskupu palij. Nikako ne može biti, da bi papa prije podijelio palij, nego što je nadbiskup imenovan. Zato postavismo datum za listinu imenovanja, da je prije 10. februara.

17.

1291, 1. marta. U Dubrovniku.

Ustanovljuje se neke daće podanicima samostana lokrumskoga.

✝ Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, die primo intrante mense martii, Ragusii, coram nobis subscriptis testibus. Dominus Marinus habas(!) monasterii Lacromonensis, et frater Petrus de Osio, et frater Nicola Deodati de Lampri, et frater Nicola de Yuatia, et frater Primus, et frater Stefanus, et frater Gregorius, et frater Budinus, et frater Matheus, et frater Slauius et omnis conuentus eiusdem monasterii confitemur, quod duos solidos minus quartam partem de solido in Jonceto, que est ex parte aque et greci et in alio loco ex parte pelagi ad partem uersus Ragusium duas partes solidi dedimus Balusino filio Chranise, dando predicto monasterio annuatim pro affictu in festo sancti Andree apostoli perperos duos et grossos duos et teneant predictam possessio[nem] (!) usque sextam memorationem et omnia seruicia et tributa faciant secundum consuetudinem antiquam. et si tempus guerre fuerit, per rationem soluant, et si nichil recuperauerint, nichil soluant. Et si non dederint predictos perperos in predicto termino et omnia predicta non fecerint per datum fructum illius anni et de uoluntate nobilis uiri, domini Andree Danduli illustris ducis Venetiis filii, comitis Ragusii et suo consilio et procuratoribus predictis monasterii Pasqua de Picurario et Binzola Fusci . . . . Et de hoc sunt due carte similes hec et alia, que de nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Janinus Deodati de Lampri iuratus iudex et ego presbyter Johannes iuratus notarius comunis scriptor sum et testis.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

18.

1291, 9. marta. U Ankoni.

Dubrovački punomoćnik posudjuje znatnu svotu za nabavu žitka.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo primo, tempore domini Nicolay pape quarti, indictione quarta, die nono mensis marcii. Nobilis vir dominus Pasqua de Mer-

gnuco ciuis ragusinus, procurator et syndicus nobilis viri domini Andree Dandulo clare momorie condam domini Johannis Danduli illustris ducis Venetiarum filii, comitis Ragusii, iudicum et consiliariorum et vniuersi populi comunis ciuitatis eiusdem Ragusii, ad infrascripta specialiter constitutus, ut de syndicatu constat, instrumeuto publico scripto manu domini Açi condam Jacobi de titulo notarii, syndicario nomine ipsorum domini comitis, iudicum, consiliariorum es uniuersi populi comunis eiusdem ciuitatis Ragusii. In presentia mei Laurentii de Lupis notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum et rogatorum fuit uere confessus et contentus, omni prorsus fuctura (!) numeratione sublata et doli receptione remota, se recepise et apud se habuisse mutuo pro solutione facienda illis personis, a quibus idem syndicus et procurator asserit emisse frumentum pro dicto comuni Ragusii in marchia Anconitana ab Vgolino condam domini Egidii Burgense de Accon duo millia quingenta et quinquaginta solidos bresscutanorum grossorum de argento bonorum et legalium et iusti ponderis, renuntians exceptioni, idem syndicus rey (!) dicto modo non geste non numerate et non habite et non accepte, ac non mutuate pecunie et pro dicta causa doli indebite, sine causa fori priuilegii iudicum et loci conuentioni et cuilibet alteri legum auxilio iuris canonici at ciuilis. Quos supradictos duo millia quingentos et quinquaginta sollidos brescutanorum grossorum de argento, bonorum et legalium et iusti ponderis idem dominus Pasqua syndicus syndicario nomine supradictorum domini comitis, iudicum et consilariorum et uniuersi populi comunis dicte ciuitatis Ragusii syndicario nomine supradictorum domini comitis, iudicum et consiliariorum et uniuersi populi comunis dicte ciuitatis Ragusii syndicario nomine ipsorum, ut dictum est, promisit et conuenit et constituit, se legitimam stipulationem prefato Vgolino recipienti et sollempniter stipulanti pro se suisque heredibus dare et integre soluere et reddere in ciuitate Baruli sine ulla lite omnique iuris et facti exceptione remota, ab ipso syndico nullatenus opponenda, hinc ad medietatem mensis maii proxime uenturi, sub pena dupli totius pecunie nominate, omneque dampnum, expensas et interesse, que pro cessatione solutionis dicte pecunie idem Vgolinus a termino in antea modo aliquo pateretur, promisit dictus syndicus syndicario nomine eidem Hugolino (!) integre resarcire, per pactum promittens, contra predicta uel aliquid predictorum nichil opponere uel obbicere (!) in preiudicium dicti Vgolini, et solutionem uel satisfactionem predictorum non probare fore factam per testes uel alio modo nisi per hostensionem (!) presentis instrumenti sibi redditi cancellati et incisi et per artam quietacionis scriptam manu boni et legalis notarii, ac et litem uel molestiam non inferre de predictis sub iamdicta pena dupli in quo-

libet et pro quolibet et singulo capitulo predictorum comittenda et soluenda. Qua pena comissa, soluta uel non, predicta omnia et singula firma et inllibata (!) nichillominus perseuerent. Pro quibus omnibus et singulis sic actendendis (!) et firmiter obseruandis obligauit idem syndicus dicto Vgolino omnia bona ipsius comunis Rogusii mobilia et immobilia, presentia et fuctura (!), que pro(!) constituit possidere. In quibus dedit eidem Vgolino licentiam sua auctoritate intrandi in tenutam et possessionem, habendi, tenendi, obligandi et faciendi uoluntatem suam usque ad plenam satisfactionem omnium predictorum. Insuper predictus dominus Pasqua syndicus et Çannes et Ysacus fratres filii condam Thome Boldone mercatores et ciues anconitani ad preces et mandata dicti syndici apud ipsum Vgolinum in predictis omnibus fideiussores extiterunt, promittentes ipsi omnes et quilibet ipsorum principaliter et in solidum se obligando per se suosque heredes, renuntiantes beneficio nouarum constitutionum de fideiussoribus de generalibns reis debendis, epistole diui Adriani fori priuilegii et cuilibet alteri legum et decretorum auxilio eidem Hugolino(!) pro se suisque heredibus stipulanti facere et curare taliter cum effectu, quod predictus syndicus supradicta omnia et singula supra in hoc instrumento contenta actendet (!) et obseruabit, alioquin ipsi de eorum proprio actendere (!) adimplere et obseruare promiserunt, et ipsum Vgolinum et eius heredes indempnes conseruare sub pena dupli totius pecunie nominate, omneque dampnum et expensas litis et extra reficere, qua soluta uel non, rato nihilominus manente contractu. Pro quibus omnibus et singulis supradictis sic actendendis et firmiter obseruandis et pro quibus penis, dampnis, expensis et interesse, ac sorte predicti dominus Pasqua, Çannes et Ysacus obligauerunt eidem Vgolino licentiam et liberam potestatem auctoritate propria sine alicuius requisitione et curie interpellatione tenuatam (!) et possessionem corporaliter intrare et ea uendere, obligare uel tenere, et facere, quod sibi placuerit usque ad plenam satisfactionem omnium predictorum sine magistratus uel alicuius iudicis decreto et sine ulla subbastatione (!) uel denuntiatione inde facienda, obmissa omni sollempnitate iuris et facti. Actum Ancone in domo predictorum Çannes et Ysachi, presentibus domino Lambertino Rustici, Bonifacio Beuenuti, Raynaldo Bonifacii, Nicola magistri Symonis ciuibus anconitanis et domino Cisio Belchari, Cure Pisano testibus rogatis.

(Signum notarii). Ego Laurentius de Lupis auctoritate imperiali notarius hiis interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Savremeni prijepis u dubrovačkom arkivu. Nalazi se na istoj pergameni sa izdanom punomoći opčine dubrovačke od 22. januara 1291.

19.

1291, 23. marta. U Cittavechii.

Nikola IV. papa odredjuje pretraživanje o hereticima Bosne i Srbije.

Inquisitoribus heretice pravitatis auctoritate apostolica deputandis in principatu Bosne carissimo in Christo filio nostro S[tephano] regi Servie illustri immediate subiecto. Pre cunctis nostre mentis et cetera ut supra *(ep. 797. Theiner M. Hung. I. no. 611.)* usque ab huiusmodi contagiis expurgetur. Ut autem inquisitionis officium contra hereticos in principatu eodem possit efficatius adimpleri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus in remissionem vestrorum peccaminum iniungentes, quatinus in caritate dei hominum timore postposito [virtutem spiritus][1] induentes et alto predictum officium quod apostolica vobis auctoritate committimus ubique infra principatum eundem simul vel separatim aut singulariter prout negotii utilitas suadebit, ad extirpandam exinde hereticam pravitatem et cetera, ut in regesto litterarum secundi anni eiusdem domini Nicolai capitulo CLXXVIII° *(reg. no. 44.)* mutatis mutandis scilicet ubi dicit[ur][2] in predictis: regno civitate et cetera ponatur in predicto principatu et cetera. Datum apud Urbem veterem X. kalendas aprilis, anno quarto.

Nicol. IV. an. IV° ep. 798. Reg. Vat. 46. f. 167. — Po prijepisu Jelićevom.

Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 239. br. 44. — Potthast Reg. pontif. br. 23.623.

20.

1291, 23. marta. U Cittavechii.

Nikola IV. papa daje biskupu osorskomu dispenzaciju iza obavljene ženitbe.

Nicolaus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . episcopo Ausarensi, salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilecti filii Drasingonis de Chersio laici, et dilecte filie Grube de Arbo tue diocesis nobis exposita continebat, quod ipsi olim ignari, quod aliqua esset

---

[1] Virtutem spiritus u manussc. izblijedilo; čitanje izvjesno.

[2] Izostavljen znak za kraticu.

affinitas inter eos, que matrimonium impediret, publice in facie ecclesie matrimonium insimul contraxerunt, ac tandem inter eos carnali copula subsecuta filios procrearunt. Quia vero postmodum ad eorum pervenit notitiam, quod quondam Silvester Johannis loci eiusdem laicus eiusdem Grube maritus eidem Drasingoni tertio et quarto consanguinitatis gradu, dum viveret, attinebat, ipsi super hoc apostolice sedis misericordiam implorarunt etc., ut supra, mutatis mutandis usque nuntiando. Datum apud Urbem veterem X. Kal. aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 150 p. 110. Iz Reg. An. IV. ep. 97. fol. 18. — Potthast Reg. pontif. no. 23.617.

21.

1291. 26. marta. U Cittavechii.

Nikola IV. papa daje dispenzaciju iza obavljene ženitbe biskupu osorskomu.

Nicolaus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . episcopo Ausarensi, salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilecti filii Mathei quondam Budi, et dilecte in Christo filie Drage nate quondam Andree civium Ausarensium nobis exposita continebat, quod ipsi olim ignari, quod aliqua esset consanguinitas inter eos, que matrimonium impediret, publice in facie ecclesie matrimonium insimul contraxerunt, et carnali tandem inter eos copula subsecuta prolem etiam procrearunt. Verum quia postmodum ad eorum pervenit notitiam, quod consanguinitatis gradu ad invicem se contingunt, ipsi super hoc apostolice sedis misericordiam implorarunt, et asserentes quod ex huiusmodi matrimonii separatione, si fieret, gravia possent in illis partibus scandala generari, aliaque pericula evenire, nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis de oportuno dispensationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur, qui salutem querimus singulorum et libenter Christifidelibus quietis commoda procuramus volentes predictis scandalis et periculis obuiare, et predictorum Mathei et Drage animarum saluti paterna in hac parte diligentia consulere intendentes, gerentes quoque de circumspectione tua fiduciam in domino pleniorem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si per diligentem inquisitionem super hoc a te faciendam tibi constiterit de premissis, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum prefatis Matheo et Draga,

quod impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante possint in dicto matrimonio licite remanere, auctoritate nostra dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex eis legitimam nuntiando. Datum apud Urbem veterem VII. kal. aprilis, pont. nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 149. p. 110. Iz reg. an. IV. ep. 96. fol. 18. — Potthast Reg. pontif. II. no. 23.627.

22.

1291, 30. aprila. U Cittavechii.

Nikola IV. podjeljuje oprost onima, koji potaze crkvu sv. Nikole u Zadru.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei. Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Uite perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium supernorum, a redemptis pretio sanguinis fusi de pretioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri uirtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique sed precipue in sanctorum ecclesiis maiestas altissimi collaudetur. Cupientes igitur, ut in ecclesia dilectarum in Christo filiarum . . . abbatisse et conuentus monasterii sancti Nicolai Jadrensis, ordinis sancte Clare, congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam deuote uisitauerint annuatim in sancti Nicolai confessoris et ipsius sancte Clare festiuitatibus et per octo dies festiuitates ipsas immediate, sequentes vnum annum et quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum apud Urbem ueterem II. kalendas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio samostana sv. Nikole) br. 82. — Pečata nema.

23.

1291, 7. maja. U Zadru.

Samostan Kuzme i Damjana daje Luki Maniu u zakup samostanske soline u Sošini na istoku Biograda.

In nomine domini amen. Anno incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, mensis maii, die septime intrante, indictione quarta, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venetiarum et domini patris Johannis de Anagnia venerabilis Jadrensis archiepiscopi ac domini Marini Superancio egregii comitis. Nos namque frater Cosmas abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte, Jadrensis diocesis, una cum fratribus monachis et conversis nostris nostrique monasterii videlicet fratre Marco Egidii priore, fratre Barthe preposito, fratre Pizulo, fratre Petro de Urana, fratre Mauro, fratre Francisco presbiteris, fratre Bartholomeo cellario converso, fratre Johanne Tresso converso et fratre Benedicto converso, confitemur, quomodo nostra bona et gratuita voluntate et de consensu etiam et voluntate nobilis et discreti viri domini Mauri olim domini Grisogoni Mauri filii advocati eiusdem monasterii nostri ad hoc presentis damus, concedimus, conferrimus, tradimus et iure perpetuo assignamus tibi quidem Luche Mani veteris civi Jadrensi tuisque heredibus et successoribus quandam presaliam salinarum incultam nostram nostrique monasterii antedicti nuncupatam Soscina, que est ab austro sub Belgrado, a borea, traversa et austro infra terras prefati monasterii nostri taliter, quod si dante domino parte vel per heredes aut successores tuos ibi in dicta presalia salinarum effectualiter poteris salinàs facere et operari, tunc ipsas salinas iure proprio cum heredibus et successoribus tuis habere valeas ad omnem tuam tuorumque successorum heredum et successorum utilitatem et voluntatem ac etiam comodum et profectum, dando tu dictus Lucas cum heredibus et successoribus tuis nobis nostrisque successoribus in dicto monasterio ipsique nostro monasterio prelibato nomine census annuiatim in festo beatorum martirum Cosme et Damiani duos cereos pretii seu valoris solidorum denariorum venetorum grossorum duorum conductos usque in ecclesiam eorumdem beatorum martirum predictorum sub pena dupli valoris dictorum cereorum pro quolibet anno super terris et bonis tuis. Que nempe omnia et singula prenotata ego predictus Lucas pro me meisque heredibus et successoribus laudo, accepto, aprobo attendere, adimplere ac observare super me et bonis meis

omnibus annis singulis sub pena premissa promitto. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus viris nobilibus Bartholomeo Grisogoni de Mauro et Nicole Cerne Uotcare[1] civibus Jadre.

Ego Madius Gallellus de Cerna examinator manum misi.

Ego Vicentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audivi hanc cartam scripsi, roboravi et signo solito signavi.

(Signum notarii).

II. Kasnije ovjerovljenje:

Hoc est exemplum vnius puplici instrumenti cuius tenor talis est: *(Vidi dalje listinu od 1291. 7. maja. U Zadru.)*

(Drugi rukopis).

Ego Madius Çoili de Capriano iudex examinator Jadre cum ego .... coc(!) exemplum cum suo autentico dili[g]enter inueni concordare, me subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Stephanus de Qualis examinator Jadre hoc exenplum cum suo autentico ascultaui et cum concordare inueni, me subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia olim cancellarii Jadre publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus quia hoc exemplum ascultando cum supradictis dominis examinatoribus cum suo auriginalli (!) concordare inueni me subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Vannes condam Bernardi de Firmo publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, quia hoc exemplum ascultando cum supradictis exminatoribus et notario cum suo auriginali(!) concordare inueni, me subscripsi.

(Signum not.)

Ego presbyter Helyas canonicus Spalatensis imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre presens exemplum a suo originali autentico de verbo ad uerbum ad instanciam ət requisitionem reuerendi in Christo patris domini fratris Petri abbatis sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis acopiaui, nil in ipso addito uel diminuto per me, nisi forte in puncto, litera uel sillaba inscienter tunc tamen errando, quod eius mutet sensum uel uariet intelectum meque hic sub mei pro-

---

[1] Nalazi se kratica za: m.

prio ac tabelionatus nomine subscripsi solitoque meo signo signaui in testimonium premissorum.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru odio rogovski. — Polichorion 64. Starine XXIII. 213—214.

24.

1291, 7. maja.

Luka Maniev prima u zakup od samostana Kuzme i Damjana samostanske soline u Sošini kraj Biograda.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo nonagesimo primo, mensis maii die septimo intrante, indictione quarta, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Uenetiarum et domini fratris Johannis de Anagnia venerabilis Jadrensis archiepiscopi ac domini Marini Superantii egregii comitis. Ego namque Lucas Mani veteris civis Jadrensis fateor, quod vos frater Cosmas abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte Jadrensis diocesis una cum fratribus monachis et conversis vestris vestrique monasterii, videlicet fratre Marco Egidii priore, fratre Barthe preposito, fratre Pizulo, fratre Petro de Urana, fratre Mauro, fratre Francisco presbiteris, fratre Bartholomeo cellario converso, fratre Johanne Tresso converso et fratre Benedicto converso, vestra bona et gratuita voluntate et de consensu etiam et voluntate nobilis et discreti viri domini Mauri olim domini Grisogoni Mauri filii aduocati eiusdem monasterii vestri ad hoc presentis, datis et conceditis, conferitis, traditis et iure proprio assignatis mihi meisque heredibus et successoribus quandam presaliam salinarum incultam vestram vestrique monasterii antedicti nuncupatam Soscina, que est ab austro sub Belgrado a borea, traversa et austro infra terras prefati monasterii vestri taliter, quod si dante domino per me vel per heredes aut successores meos ibi in dicta presalia salinarum effectualiter potero salinas facere et operari, tunc ipsas salinas iure proprio cum heredibus et successoribus meis habere valeam ad omnem meam meorumque heredum et successorum utilitatem et voluntatem ac etiam comodum et profectum, dando ego Lucas cum heredibus et successoribus meis vobis predicto abbati vestrisque successoribus in dicto monasterio ipsique vestro monasterio prelibato nomine census annuatim in festo beatorum martirum Cosme et Damiani duos cereos pretii seu valoris

solidorum denariorum uenetorum grossorum duorum conductos usque in ecclesiam eorumdem beatorum martirum predictorum, sub pena dupli valoris dictorum cereorum pro quolibet anno super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet viris nobilibus Bartholomeo Grisogoni de Mauro, et Nicole Cerne Votcare civibus Jadre. Ego Madius Galellus de Cerna examinator manum meam misi. Ego Vincencius ecclesie sancti Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui, rogatus ut audivi hanc cartam scripsi, roboravi et signo solito signavi.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Kuzme i Damjana. — Polichorion 65.

Starine XXIII. 214.

II. Kasnije ovjerovljenje.

Hoc est exemplum cuiusdam puplici instrumenti cuius tenor dignoscitur esse talis: *(Vidi dalje listinu od god. 1291. 7. maja u Zadru).*

(Drugi rukopis).

Ego Madius Çoili de Capriano iudex examinator Jadre cum [h]oc exenplum (!) cum suo autentico concordare inveni, me subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Stephanus de Qualis examinator Jadre hoc exomplum cum suo autentico ascultaui et eum concordare inueni me subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia olim cancellarii Jadre publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, quia hoc exemplum ascultando cum suo autentico concordare inueni, me subscripsi.

(Signum not.)

(Drugi rukopis).

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre presens exemplum a suo originali autentico de uerbo ad verbum ad instanciam et requisicionem reuerendi in Christo patris domini fratris Petri abbatis sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis acopiaui nil in ipso addito uel diminuto per me, nisi forte in littera uel sillaba aut puncto inscienter, tunç tamen errando, quod eius mutet sensum uel uariet intelectum meque hic sub mei proprio nomine tabelionatusque subscripsi solitoque meo signo signaui in testimonium omnium premissorum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru odio rogovski.

25.

Dodatak k listinama od 1291. 7. maja.

Opis zemalja.

Terra una, que est posita prope ecclesiam sancti Georgii de puncta Michabona a parte boreali civitatis Jadre adiaçentis, cuius terre hii sunt confines: de traverso ac borea est via puplica, que vadit ad dictam ecclesiam sancti Georgii, de austro est terra Mathei mezzarii condam Znini de Carbono; de quirina est partim terra dicti Mathei et partim est astricta dicte terre presalia salinarum illorum de Butadei, que presalia est in boreali angulo dicte terre iuxta viam puplicam, que quidem terra est circumdata maceriis habens intus etiam macerias.

Item una terra circumdata cum maceriis, posita in confinio Dicli, cuius terre hii sunt confines: de borea et traversa possidet monasterium sancti Grisogoni de Jadra, de austro partim Sulizas vicarius et partim Zapparinus piscator et de quirina est via puplica.

Item una terra que est prope archum Jadre a parte traversali ipsius archi, circumgirata cum maceriis, cui de traversa possident heredes condam Carsave Marini de Tragurio, de austro Collanus condam Mathei de Flumine, de quirina est terra partim colegii sancte Anastasie de Jadra et partim Radovani Mardesce et partim Jurulli de Lafcich et de borea partim ser Nicole de Darchia et partim dicti Jurulli. In margine additur: »et partim ser Garsco condam Johannis de Hualis«.

Terra una, que est ad rivum videlicet a parte australi dicti rivi, circumdata cum maceriis, cuius terre hii sunt confines: de traversa est via puplica, de austro est terra ser Miche condam Zuui de Pechac, de quirina domne Darie uxoris ser Georgii de Subauaz et de borea fratrum minorum de Jadra.

Polichorion u zad. gub. arkivu, p. 66.
Starine XXIII. 215—216.

26.

1291, 13. maja. U Rabu.

Općina rapska postavlja svojim punomoćnicima pred mletačkim duždom Marka Mihalja kneza rapskog, Stjepana de Gauzigna i Martinusija de Slovigna.

C. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indicione quarta, die tercio decimo intrante madii, Arbi, temporibus equidem domini nostri Petri Gradonici incliti ducis Venecie et venerabilis Gregorii de Costiça Arbensis episcopi ac domini Marci Michaelis egregii comitis; presentibus Stephano de Fo[r]ma, Yuanno de Rasuro et Leonardo de Trunçanno. Nos quidem Philippus de Ginanno, Matheus de Harmolao et Habundus de Forma Arbenses iudices vna cum[1] nostro consilio generali Arbensi ad sonum camppane(!) more solito congregat[i] et in eo consilio et pro uniuersa comunitate Arbensi constituimus et ordinamus vos egregium dominum Marcum Michaelem comitem Arbensem ac viros nobiles Stephanum de Gauçigna et Martinusscium de Slouigna nostros nuntios, procuratores, sindicos et actores presentes et recipientes, ut pro nobis nostroque nomine atque uice plenam virtutem et liberam potestatem habeatis coram magniffico domino nostro duce Venecie et eius consiliariis, iudicibus et qualibet eius curia seu ubicumque expedierit agendi, defendendi, oponendi et allegandi, respondendi, aduocatores tolendi, placitandi, peticiones dandi et presentandi, testes et instrumenta et alias rationes quaslibet inducendi, sentenciam audiendi, petendi, procurandi, procuratores substituhendi(!), faciendi finem, pactum, concordium, quietationem et cartam securitatis et in animabus nostris iurandi, si fuerit oportunum et omnia alia vniuersa et singula exercendi, que ueri et legittimi procuratores et sindici facere possent, uelut nosmet et tota comunitas Arbensis facere possemus, ac si fuissemus presentes. Promittentes ratum et firmum habere et tenere quicquid omni modo duxeritis faciendum cum bonorum omnium nostri comunis Arbensis obligatione; ita tamen, quod si omnes interesse non possetis, vnus vestrum uel duo, in cuius manus presens instrumentum procurationis et sindicarie apparuerit, et causa nichilominus exequatur.

(Drugi rukopisi).

Ego Pribe de Nicola de Pribe examinator manum misi.

---

[1] pisano dva puta.

Ego Marinus Menci de Marcus Arbensis notarius scripsi, compleui, roboraui et consueto signo signaui.

(Monogram not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru (odio familije Ponti, no. 2. a. 1291.).

27.

1291, 31. maja. U Zadru.

Stana, kći Stankova, ostavlja sav svoj imetak samostanu sv. Marije u Zadru.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die ultimo exeunte mense madii Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini fratris Johanis de Anania venerabilis Jadrensis archiepiscopi ac domini Marini Superancii egregii comitis. Quomodo breuis est huius mundi felicitas, modica est huius mundi gloria, caduca et fragilis est temporalis potencia, dic, ubi sunt reges et principes, ubi seculi potestates, quasi umbra subito transierunt. Idcirco ego Stana filia condam Stancho, cum sim sana corpore, sana mente integroque sensu tale meum facio ac condo testamentum; inprimis relinquo et dimitto pro anima mea et omnium defunctorum meorum monasterio sancte Marie monialium de Jadra, apud quam michi eligo sepulturam, duas vineas meas positas ad Bibanum in territorio suprascripti monasterii, cui de austro prime vinee firmat vinea illorum qui dicuntur Poslaçigi, de borea firmat vinea uxoris Goianni, de trauersa firmat pasculum monasterii infrascripti sancte Marie monialium et de quirina firmat vinea Greci que est sita super terram monasterii prelibati; cui de quirina et trauersa secunde vinee firmat vinea Dragotte aurifici, de austro firmat vinea Dominici Gnidiçe et de borea firmat vinea Petri Caligari. Item adiudico predicto monasterio omnes res meas domesticas que tunc temporis fuerint inuente in domo mea; similiter eidem predicto monasterio adiudico omnes alias res et bona mea parva et magna, quarum rerum et bonorum non est mencio in presenti testamento, mobilia et inmobilia quas habeo et habere potero in ciuitate et extra taliter, quod si domina abbatissa una cum sororibus suis poterit[1] probare, quod fuit

---

[1] Pisano dva puta.

possessio uel res mea pro tempore retroacto, tunc uolo, quod deueniat in predicto monasterio. Et infrascripta domina abbatissa cum suo conuentu teneatur intercedere ad deum pro anima mea et meorum omnium defunctorum. Et ita ego Stana infrascripta uolo, quod hoc testamentum sit ultime mee uoluntatis et perpetue obtineat firmitatem. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogates testibus uidelicet: Angelo filio condam Stephani Gribosi et Andrea fratre eius Jadrensibus et aliis.

Ego Marcus dyaconus ecclesie sancte Anastasie et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui et signo solito signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

28.

1291, 6. juna. U Napulju.

Nalaže se oblastima u ime kralja napuljskoga, da dobro primaju Dujma krčkoga i Radoslava Babonića.

Scriptum est iustitiariis, capitaneis et officialibus aliis, nec non et terrarum et quorumuis locorum vniuersitatibus et personis specialibus quibuscunque presentes licteras inspecturis fidelibus suis. Cum viri nobiles Doymus comes de Veglia et Radislauus Babunio nostri ac regine consortis nostre fideles de Vngaria venientes iam ad portum Manfredonie applicasse dicuntur, deinde se ad nostram ac eiusdem regine presentiam collaturi; fidelitati vestre presentium tenore mandamus, quatenus eosdem comites totamque familiam et comitiuam suam cum animalibus et rebus eorum venire ad nostram dicteque regine presentiam libere permictatis, nullam ipsis in personis et rebus eorum inferre presumatis iniuriam, molestiam vel iniuriam, quin imo habentes eos nostri dominatus intuitu efficaciter commendatos et tractantes honorabiliter, sicut decet, curetis eis ad requisitionem eorum de securo conductu, si et prout expedire videbitur provideri. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die VI. iunii, IV. indictionis.

Wenzel Mon. Hung. hist. Acta extera I. 77. — Kukuljević Reg. no. 1468.

29.

1291, 17. juna. U Maulchu.

Pavao sin Stjepana bana daje u zamjenu svoju palaču u Zagrebu.

Nos magister Paulus filius Stephani bani memorie commandantes significamus universis quibus expedit presencium per tenorem, quod nos ex consensu fratrum et filiorum nostrorum palacium nostrum, quod habemus in Zagrabia in monte Grech, pro concambio a comite H(odus) revocando dedimus, contulimus, constituimus ipsum palacium cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis comiti Gyliun ciui eiusdem Grech supradicti, suis heredibus heredumque successoribus irrevocabiliter perpetuo possidendum, prout eciam pater noster karissimus Stephanus banus bone memorie perpetuaverat ipsi comiti Gyliun antedicto. Ut autem ista donacio nostra perpetuo possit perdurare, literas nostras eidem concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum in Maulcha in otaua pentecostes, anno domini millesimo CC^0 nonagesimo primo.

Original u arkivu knezova Baćana u Körmendu sa sign. A. V. L. VII. no. 189. — Pečat visio nekoč na crveno-žutoj vrvci, sada ga ne ima. Cod. dipl. patrius. VIII. 294—295. no. 242. — Tkalčić Spomenici grada Zagreba. I. 66. po prijepisu, koji se nalazi u arkivu grada Zagreba. — Kukuljević Reg. no. 1469.

30.

1291, 29. juna.

Andrija kralj ugarski i hrvatski daruje za zasluge Grdunu sinu Grdunovu Medjvedgrad i Kalnik.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus, salutem in omnium salvatore . . . . Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum nos deo propicio iure et ordine geniture in solium et regni Hungarie gubernaculum fuissemus sublimati et uniuersi nobiles regni nostri pro fidelitate nobis debita ad exercitum nostrum, quem contra ducem Austrie habebamus, convenissent, comes Gardun filius Gardun de par-

tibus ultradravanis prior inter primos ad nos in Budam accedens, nobisque usque Musunium accesit fidelitate consueta, quem propter sue fidelitatis industriam ad tuendum confinia regni nostri in Zagrabiam duximus remittendum, qui quidem propter sue fidelitatis insignia castrum Medve, quod idem conservabat, nostre tradidit maiestati; preterea castrum nostrum de Kemluk, quod Wlkuzlaus frater eius servabat, per sue fidelitatis probitatem et consilium est nobis restitutum, per que scilicet castra totum regnum Sclavonie in maiori parte annuente gracia salvatoris gubernatur. His itague et consimilibus fidelitatibus et serviciorum meritis, quibus coram nostre maiestatis oculis meruit multipliciter complacere, volentes eidem concurrere regio cum favore, licet maioribus et amplioribus idem comes Gardun ob merita serviciorum suorum dignus haberetur, hanc eidem graciam duximus faciendam, quod populi seu iobagiones sui in possessionibus suis Gereben et Harasnicha vocatis et in aliis prediis eiusdem existentes ab omni exaccione collecte marturinarum, septem denariorum et commutacione descensus bani et victualium, que vulgo zulusina dicuntur, excepti penitus et exemti habeantur. Volentes, ut de cetero nullus banus pro tempore constitutus populos seu iobagiones ipsius comitis Gardun in eisdem possessionibus suis existentes racione predictarum collectarum molestare audeat vel presummat. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori prepositi Albensis, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° nonagesimo primo; regni autem nostri anno primo, tercio kalendas iulii.

Originalna potvrda kralja Karla Roberta od 15. decembra 1321. u kralj. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.007 prije N. R. A. fasc. 1597. no. 14. Potvrdu je molio: »magister Hector filius Wlkuzlo comes Crisiensis pro se, pro comite Punyk fratre suo uterino ac Johanne filio Gardon«.

Cod. dipl. patrius. VIII. 295—296. no. 243.

31.

1291, 8. jula. U Kamarunu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski pristaje darovanju palače Stjepana bana u Zagrebu.

Nos Andreas dei gracia rex Hungarie. Memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod magister Paulus filius Stephani bani retulit viva voce, quod palacium quoddam Stephani bani patris sui existens Zagrabie in monte Grecensi, quod comiti Hodus cognato suo perpetuo contulerat, ab eodem comite Hodus pro concambio quarumdam possessionum suarum, videlicet: Polkuna, in comitatu de Borsad, item: Buken, Myxe et Gyurk, in comitatu de Zobolch existencium rehabuisset et recepisset, et ipsum palacium per modum concambii in suum ius iterato devolutum, Gilioni civi Grecensi similiter personaliter astanti, ob merita serviciorum suorum et recompensacionem rerum suarum sibi et Stephano bano patri suo in necessitate eorum per ipsum Gylionem datarum et expensarum dedit, donavit et contulit iure perpetuo in filios filiorum possidendum coram nobis. Et ipsi collacioni seu donacioni Ladizlaus filius comitis Hodus pro se et pro eodem Hodus patre suo, ac magister Briccius filius Andree cognatus dicti comitis Hodus similiter coram nobis personaliter astantes assensum prebuerunt et consensum, dicentes, ipsum palacium in ius et proprietatem dicti magistri Pauli per modum concambii fuisse revolutum. Ad maiorem eciam rei certitudinem litteras dicti comitis Hodus iidem Ladizlaus filius suus et magister Briccius sub sigillo notorio eiusdem comitis Hodus consensum et assensum super donacione predicta et concambio inter ipsum ab una parte et magistrum Paulum ab altera continentes, presentarunt in hec verba: *(Slijedi listina Hodusova od ove godine).* Nos itaque ad peticionem et instanciam dicti magistri Pauli et Gilionis civis Grecensis, necnon comitis Hodus sepefati, donacionem predicti palacii per ipsum magistrum Paulum ipsi Gilioni factam nostris patentibus litteris predictis Ladizlao filio Hodus et magistro Briccio presentibus duximus confirmandam. Datum in Kamarun, in quindenis beati Johannis baptiste. Anno domini MCC nonagesimo primo.

Tkalčić Monum. civit. Zagr. I. 66—67. no. 78. — Kukuljević Reg. no. 1470.

32.

1291, 11. jula. U Dubrovniku.

Testamenat Sabina Getaldića.

In nomine dei eterni. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione V.(?), die undecima mense intrante iulio, Ragusii, coram nobili et sapienti viro domino Andrea Dandulo clarę memorię quondam domini Joannis Danduli illustrissimi ducis Venetorum filio honorabili comite Ragusino, et iuratis iudicibus Andrea Benexę, Dimitrio de Saracha, Marino Pesagne, Junio Picineci, et etiam Savino Hifebe(!) de Bodacio, et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis. Ego Savinus Ghetaldi considerans, quod humanę vitę fragilitas multis est subiecta periculis, et maxime vitę suę terminus est incertus, dum viget in corpore meo quies et ratio regit mentem, quam siquidem rationem adeo sępe languor obnubilat, quod non solum memorabilium rerum, verum etiam sui ipsius cogit hominem languoris vehementia oblivisci. Nolens, quod subitus mortis eventus me subrupiat intestatum, tale cum voluntate et assensu uxoris meę Agayp pręsentis et consentientis meum facio et ordino testamentum. In primis namque uolo et ordino, quod post obitum meum omnia mea bona stabilia cum omnibus suis pertinentiis, quę et quas nunc habeo et habiturus sum ubicumque, et apud quemcumque invenientur, deveniant in manibus et potestatem pitroporum siue commissariorum meorum, qui debeant dare annuatim fratribus minoribus in loco sancti Savini de Daxa morantibus et moraturis pro vita et substentatione eorum omnes redditus, qui pertinent de dictis possessionibus sive bonis, et intelligantur dicti introitus sive redditus dandi, detractis semper expensis: quę fiunt pro possessionibus et redditibus supradictis. In quo quidem loco sive monasterio quatuor fratres eiusdem ordinis adminus continue debent commorari pro divinis officiis celebrandis. Verum si alioquin contingeret, quod dicti fratres aliqua de causa legitima seu impedimento ibidem commorari non possent, volo et ordino, quod dicti introitus meorum possessionum per dominos meos pitropos seu commissarios distribuantur pro anima mea, uxoris meę et mortuorum meorum secundum consilium arbitrum et voluntatem reverendi domini ministri fratrum minorum provincię Sclavonię, qui pro tempore fuerit, non aliter. Possessiones autem prędictę, quas nunc habeo, sunt istę: videlicet domus mea cum volta et coquina et omnibus suis pertinentiis, quę confinat a parte orientis cum via communis et cum domo Ghetaldi nepotis mei et a parte occidentis cum

domo Vitalis nepotis mei. Item vinea mea et terra de molinis cum pertinentiis suis, quę confinat a parte orientis cum vinea et terra Rossini de Bellem, et a parte occidentis cum vinea Haislavi de Grossi. Item vinea et terra mea cum pertinentiis suis posita in Breno, quę confinat a parte orientis cum vinea Marini Prodanelli et cum vinea Petri de Prodano, et a parte occidentis cum vinea Petri de Prodano, et a parte occidentis cum vinea sancti Michaelis de Labe et cum vinea, quam habet Marinus de Boccignolo pro uxore sua. Item vinea cum terris et pertinentiis suis in Umbla, quę confinat a parte orientis cum vinea, quam habet Matthęus Binciola ex uxore sua, et a parte septemtrionis cum vinea, quam habet Daxa filia quondam Dobroslavi de Resti et si qui alii in dictis possessionibus sunt confines. Item vineę meę plantatę Daxę cum pertinentiis suis. Verumtamen si vinea mea supradicta de Breno expedietur vendi pro maiori commoditate et utilitate dictorum fratrum, vendatur per meos pitropos, si videbitur supradicto ministro provinciali, non aliter, et pecunia de venditione deponatur per meos pitropos in manus alicuius fide dignę personę salvos in terram iuxta consilium dicti ministri ad lucrandum licite, et totum lucrum, quod de dictis denariis percipietur, deveniat ad dictos fratres minores pro necessitatibus eorumdem. Quod si etiam facta venditione videbitur domino ministro dictam pecuniam converti in rem stabilem, pitropi mei prędicti dictam rem stabilem, sive res secundum consilium domini ministri de dicta pecunia emere teneantur, et ista possessio sive possessiones habeant conditionem vineę seu pecunię nominatę. Pitropos autem sive commissarios et exequentes meos ad supradicta et singula facienda constituo et ordino Michaelem de Ragnina cognatum meum et Ghetaldum nepotem meum filium quondam Bistii de Ghetaldo, qui debeant procurare exequi et complere in vita sua omnia supradicta et infrascripta. Post vero obitum pitroporum sive commissariorum meorum, vel alterius prędictorum volo et ordino, quod hęredes illius vel illorum, qui mortuus vel mortui fuerint, ille videlicet hęres masculus cuiuslibet ipsorum, qui tunc fuerit maior ętate, sint pitropi, ei commissarii mei ad complendum et exequendum omnia et singula supradicta et infrascripta. Et si aliquis ex dictis hęredibus moreretur, alius hęres sequens masculus, qui maior fuerit ętate, illi mortuo succedat in pitropum et commissarium meum, ita quod de hęredibus transeat ad hęredes masculos semper pitropia et commissaria prędicta ad exequendum omnia et singula, quę in pręsenti testamento continentur. Et si dicti hęredes ita deficerent, quod non remaneret nisi unus hęres masculus tantum, volo quod thesaurarii sanctę Marię maioris ecclesię, qui pro tempore fuerint, sint pitropi et commissarii mei cum dicto uno hęrede masculo, qui

remanserit. Si vero acciderit dictos hędes masculos omnes deficere, volo et ordino, quod dicti thesaurarii ecclesię sanctę Marię sint pitropi et commissarii mei, et prędicta omnia et singula procurare et exequi teneantur. Item volo et ordino de speciali consensu et voluntate dictę uxoris meę pręsentis et consentientis, quod post mortem meam omnes denarii mei in quocumque loco reperientur, exceptis sive extractis yperperis centum quinquaginta, quos ordinare intendo una cum dicta uxore mea, ut nobis videbitur convenire, deveniant in manus nominatę Agaypę uxoris meę, quę quidem Agayp uxor mea cum consilio ministri provincialis, si fuerit in custodia ragusina, vel si non fuerit, custodis et lectoris et guardiani eiusdem loci et pitroporum et commissariorum meorum dictos denarios dare, seu deponere debeat salvos in terram in manus alicuius fide dignę personę ad lucrandum licite, ita quod lucrum, quod deus exinde dederit, dicta uxor mea retineat sibi quidquid voluerit pro necessitatibus suis, et det reliquum dictis fratribus. Item de voluntate eiusdem uxoris meę volo et ordino, quod post mortem meam et uxoris meę omnia mea mobilia, ubicumqne reperientur, aurum, argentum, massaritię quęcumque deveniant ad prędictos fratres minores eiusdem loci de Daxa expendenda, vel conservanda ad utilitatem dicti loci secundum consilium supradictorum, salvo quod nominata uxor mea possit de prędicto mobili trahere exagios quinquaginta de auro et de ipsis testari et facere velle suum. Hanc autem ultimam meam voluntatem volo iure testamenti valere, quod si forte iure testamenti valere non posset, valeat saltem iure codicillorum cuiuslibet alterius ultimę voluntatis, quę meliori iure valere possit, et etiam hoc testamentum et pręsentem meam voluntatem omnibus testamentis seu ultimis voluntatibus meis factis et faciendis omnimode pręvalere. Confirmans et affirmans sacramento hoc meum testamentum et singula prędicta. Et ego Agayp uxor nominati Savini omnibus prędictis assentio, et prędicta omnia per fidem iuramenti approbo et confirmo, ut omnia et singula supradicta, scripta, firma et rata permaneant, et sint irrevocabiliter ac perpetuo duratura. Quicumque autem hoc meum testamentum rumpere vel violare pręsumpserit in toto vel in aliqua parte sui, iram et maledictionem dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti et gloriosę Marię semper virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et sanctorum Blasii, Francisci et Savini et totius curię cęlestis habeat in ęternum. Hoc autem testamentum et omnia supradicta ante pręsentiam pręnominatorum domini comitis et iuratorum iudicum sedentium pro tribunali ad reddenda iura in loco consueto, videlicet in logia communis Ragusii congregatorum ad campanę sonitum publica facta fuerunt. Qui dominus comes et iudices suprascripti ad ipsius testamenti et om-

nium supradictorum confirmationem et valere perpetuum suam et communis Ragusii auctoritatem et decretum interposuerunt, ut dictum testamentum et omnia supradicta irrevocabiliter perpetuo firma perdurent. Et de hoc testamento sunt factę due cartę similes, quę nullo testimonio rumpi possunt. Ego Azo quondam Jacobi de Titusto iuratus cancellarius his omnibus interfui, et de mandato et auctoritate pręnominatorum domini comitis et iudicum rogatus hoc scripsi, signoque meo solito roboraui etc. Et ego frater Bernardinus Gotius acceptavi hoc testamentum domini Savini Ghetaldii. Sic testamentum sonat et terminatur.

Mattei Memorie storiche su Ragusa. — Rukopis u knjižnici »Male Braće« dubrovačke. no. 416 (st. no. 267.) Tom. III, 99.—102.

Farlati Illyr. sacr. VI. 119—120. — Kukuljević Reg. no. 1471.

33.

1291, 1. augusta. U Cittavechii.

Nikola IV. papa nalaže Franjevcima, da dižu na križarsku vojnu.

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . ministro provinciali fratrum ordinis minorum in provincia Sclavonie salutem et apostolicam benedictionem. Terre sancte miserabilem statum non absque gravi amaritudine intra mentis nostre precordia recensentes atque ad liberationem ipsius nostra simul et desideria convertentes et studia, intra multa operosa subsidia, que ipsi terre deo auspice fructuosa sedulo procurare atque impendere studuimus ac studemus generale passagium. Pro eiusdem terre passagium in festo beati Johannis baptiste, quod erit anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, sicut in aliis nostris litteris, per quas ad subventionem eiusdem terre universos christicolas exhortamur, quosque ubique una cum presentibus . . . . evidentius declarantur. Ut autem ad succurrendum promptius in eodem passagio terre prefate per divini verbi virtutem mentes fidelium salubriter excitentur, christicolis per diversas christianitatis partes proponendum deliberavimus verbum crucis . . . . . . exequendum, in provincia tibi commissa deliberationem huiusmodi te ac fratres ordinis tui eo confidentius eligentes, quo magis ad compatiendum et subveniendum pro viribus terre predicte religionis nostre pietas nos . . . . . . Ideoque predicando ipsius vivifice crucis ministerium in eadem provincia, tibi et sex fratribus eiusdem ordinis religiosa conversatione probatis atque ad huiuscemodi opus

officium, quos de discretorum fratrum consilio duxeris eligendos, presentium auctoritate committimus, in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus tu et iidem eligendo fratres huiusmodi ministerium iuxta datam nobis a deo prudentiam, non obstante, quod hoc idem aliis sit commissum, solerter et efficaciter exequi studearis omnes fidei orthodoxe cultores ad tam pii negotii prosecutionem, idoneos predicationibus crebris et sedulis . . . . ut ad liberandam predictam terram de manibus impiorum, victoriosum eiusdem vivifice crucis signum devote suscipiant et propriis affigentes humeris ac magis cordibus imprimentes, reverenter pubblice deferrant atque ad eiusdem terre succursum in predicto passagio generali promptis animis totisque viribus se accingant. Quod quidem venerabile signum volumus, ut cunctis devote petentibus concedatis, generaliter omnibus predicantes, quod qui eandem crucem susceperint in predicte terre subsidium vel personaliter in propriis aut alienis expensis accedere vel iuxta qualitatem et facultatem suam bellatores seu alias personas ydoneas destinare, vel saltem si ex causis legitimis ecclesie opportunum fore videbitur, suscepte crucis votum et arbitrium apostolice sedis seu eorum qui ad hoc fuerint deputati per ipsam, de facultatibus suis redimere tenebuntur. Hos autem qui taliter huiusmodi votum redimerint remissionis et indulgentie, que transfretantibus in subsidium antedictum conceditur, volumus et concedimus eis participes iuxta quantitatem subsidii, quod impendent et eius qua hoc facient affectum. Aliorum vero privilegium et immunitatem seu gratiarum que ipsis transfretantibus per presentes et alias universis directas fidelibus nostras litteras conceduntur, plena eos volumus comoditate gaudere. Insuper omnes, qui hactenus idem signum pro eodem subsidio susceperunt, manere ac inducere procuretis, ut illud, si forte dimiserunt, resumentes alacriter, votum deo reddere studeant, quod voverunt terre prefate subvenendo[1] efficaciter, ut tenentur. Cum autem omnibus Christi fidelibus, qui eidem terre succursum impenderint opportunum, unicuique secundum proprium meritum indulgentiam salutarem, ac maxime illis qui cruce suscepta in ipsius terre subsidium vel personaliter ibunt vel personas idoneas iuxta qualitatem et facultatem suam in propriis sumptibus destinarunt, multiplicium gratiarum beneficia concedamus, sicut in aliis nostris litteris prelibatis servis suis continetur, earundem litterarum tenorem per te ac fratres a te, ut premittitur, ad predicande crucis officium eligendos, volumus populis christianis frequenter et diligenter exponi. Ita siquidem provide, quod et beneficia supradicta, que ipsis in terra concedimus et copiosam mercedem, que ipsis preparatur in celo,

[1] Sigurno subveniendo.

cognoscere valeant et amare. Nec tamen ex verbis nostris concipiant se aut plenam, in quibus nequaquam conceditur, aut maiorem quam concedatur indulgentiam promereri. Sane ipsos populos ad certa et ydonea loca quoties expedire videritis convocandi, ad verbum crucis humiliter audiendum ac omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad huiusmodi vestras predicationes convenerint, et idem verbum audierint reverenter, centum dies de iniunctis sibi penitentiis relaxandi, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Si quando autem ad ecclesias interdicto suppositas vos devenire contigerit, liceat vobis ad ipsas populos convocare ac verbum crucis proponere in eisdem, nec non excommunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanis submissa voce ianuis clausis cum vestris sociis divina officia celebrare. Ad hec si qui eorum, quos ad transfretandum personaliter vel iuxta qualitatem et facultatem suam personas ydoneas destinandum votum assumpte iam crucis astringit vel deinceps obligabit ad idem, excommunicationis pro violentia iniectione manuum in personas ecclesiasticas essent vinculo innodati, dummodo non fuerit excessus difficilis et enormis et passis iniuriam satisfaciant competenter, sive pro eo quod sepulcrum dominicum visitare seu ad quaslibet alias terras accedere, vel aliquibus comunicare non tamen in crimine contra prohibitionem ecclesie presumpserunt, dummodo equos, arma ferrum seu lignamina, quibus christianos impugnant, non portaverint Saracenis, absolvendi eosdem in forma ecclesie ac dispensandi cum clericis, qui cum excommunicationis sententiam latam a canone vel ab homine incurrissent, irregularitatis notam immiscendo, se divinis officiis seu ministrando in susceptis ordinibus contraxerunt, tibi ac tribus ex fratribus antedictis, quos ad hoc specialiter de consilio discretorum fratrum elegeris, concedimus potestatem. Ita videlicet, quod beneficium absolutionis et dispensationis huiusmodi tu et quilibet eorundem trium fratrum omnibus, qui de manibus vestris aut aliorum fratrum, qui a te, sicut premissum est, fuerint ad officium antedicte predicationis electi, crucem susceperint, dummodo persone sint cognite, discretione preambula impertiri possitis. Porro quia dignus est operarius mercede sua, tibi et fratribus memoratis in hoc divino fideliter laborantibus opere preter mercedem eternam, quam merito sperare potestis, quotiescunque studueritis populis ad hoc specialiter convocatis proponere verbum crucis, centum dierum indulgentiam elargimur, ac vos indulgentie memorate, que transfretantibus in subsidium sepe dictum conceditur, iuxta laboris vestri mensuram volumus participatione gaudere. Ceterum si quos ex fratribus quos, ut predicitur, ad exequenda premissa duxeris eligendos, ab executione huiusmodi sive per mortem sive alias quomodolibet impediri vel per tuam forte providentiam removeri contigerit, facultatem tibi

concedimus loco ipsorum alios subrogandi. Cum autem hoc idem predicande crucis officium venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis ac nonnullis aliis per alias nostras litteras committamus, te ac fratres ordinis tui ad huiusmodi ministerium per te, ut promittitur, eligendos cum omni diligentia volumus observare, ut eisdem prelatis simili reverentia deferentes, cum ipsorum aliquem in quavis civitate, castro vel oppido predicare contigerit, vos ibidem eadem hora nullatenus, sed nec eadem die, nisi de illorum speciali consensu convocare populos ad predicationem huiusmodi presumatis, caventes ominino, ne prelatorum ipsorum predicatio per vos seu occasione vestri impediatur quomodolibet vel turbetur. Cum aliis etiam, qui eiusdem predicationis auctoritate nostra officium exercebunt, sic loca predicationis et tempora curetis dividere, ut vos mutuo non turbetis nec impediatis aliquatenus per concursum, sed vobis invicem alternis vicibus in omni patientia et quiete cedatis, ita quod ex vestra modestia populi bonam edificationem accipiant et consequenter ex predicationibus vestris fructus uberior valeat provenire, Denique discretionem tuam volumus providere, ut singuli fratres quos ad officium supradictum elegeris, tam presentium quam aliarum litterarum nostrarum, que christicolis omnibus diriguntur sub manu publica vel saltem sub tuo sigillo copiam habeant, quam inspiciendo de hiis que agenda committuntur, eisdem reddantur plenius informati. Postremo quia diversis olim temporibus nonnulle super predicatione crucis in sepefatum aubsidium commissiones a sede apostolica emanarunt, ne forte occasione illarum turbatio ulla sive confusio valeat suboriri, nolumus, ut auctoritate commissionum illarum in locis, ad que presens commissio nostra pervenerit, crux de cetero predicetur, sed predicatione huiusmodi eos dumtaxat insistere uolumus, qui presentis nostre commissionis fuerint auctoritate suffulti. Datum apud Urbem veterem kalendis augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Sbaraleae Bullar. francisc. IV. 272. no. 516. — Fabijanić Storia dei frati Minori I. 420—425.

Potthast Reg. pontif. no. 23.761.

34.

1291, 11. augusta. U Zagrebu.

Grad Zagreb priznaje darovanje palače bana Stjepana.

Nos Katharinus maior ville, iudices et consiliarii, scilicet: Benk, Nicola, Puneth, Thomas, Rodolph, Petrus, Jacob et Iuan ac universi cives de monte Greech. Significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Gilyon, quondam maior ville nostre, concivis noster, litteras preclari domini nostri Andree dei gracia serenissimi regis Hungarie patentes videlicet et clausas exhibuit nobis, tenorem huiusmodi continentes: *(Slijedi listina od god. 1291. 8. jula.)* Tenor autem litterarum clausarum, quas dominus noster illustris rex nobis in facto eodem destinavit, talis est: *(Slijedi listina od god. 1291. 21. marta.)* Exhibuit eciam proprium privilegium memorati magistri Pauli et litteras cum eiusdem sigillo consignatas, in hec verba: *(Slijedi listina od god. 1291. 17. juna i od god. 1291.)* Attulit insuper memoratus Gilion litteras predicti comitis Hodus sub hac forma: *(Slijedi listina od god. 1291.)*. Ceterum ad maiorem rei certitudinem et cautelam sepefatus Gilion litteras Ladizlai, dei gracia quondam regis Hungarie clare recordacionis, domini nostri serenissimi, quas super collacione dicti palacii obtentas habebat, nobis presentavit, petens, ut tenorem earundem presentibus inseri faceremus. De quibus unum par annotatur per hec verba: *(Slijedi listina od god. 1288. 8. jula i iste g. 27. marta.)* Nos itaque mandatis serenissimi regis, domini nostri preclari parere cupientes, ut tenemur; attendentes eciam peticionem memorati magistri Pauli, necnon comitis Hodus antedicti, iamdictum palacium cum universis utilitatibus et pertinenciis suis, tam videlicet in castro nostro Grecensi, quam in campo vel alias ubicumque existentibus iuxta meritorium servicium sepenominati Gilionis sibi, ut premissum est, collatum, statuimus, tradidimus et assignavimus dicto Gilioni et heredibus suis ac heredum suorum successoribus possidendum et habendum, introducentes eundem auctoritate regia nobis tradita in hac parte in possessionem memorati palacii et suarum utilitatum ac pertinenciarum universalium corporalem, investientes ipsum Gilionem et suos heredes possessione memorata sollempniter, quemadmodum per memoratos collatores a nobis id devocius petebatur exerceri. In huius eciam introduccionis seu assignacionis memoriam et stabilitatem perpetuam presentes suprascripto Gilioni et G(ilionis) heredibus suis contullimus, sigilli communi-

tatis nostre munimine roboratas. Datum sabbato ante festum assumpcionis virginis gloriose. Anno domini MCC nonagesimo primo.

Tkalčić Monumenta civit. Zagr. I. 67—68. br. 79. — Kukuljević Reg. no. 1472.

35.

1291, 12. augusta. U Spljetu.

Knez spljetski sudi u pravdi izmedju samostana sv. Benedikta i Jakova, sina Dobre, zbog prava na zemljište i ulaz tornja.

[In Christi nomine] amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die XII., mensis augusti, regnante [domino] Andrea serenissimo rege Vngarie temporibus venerabilis domini Johannis archiepiscopi Spalatensis, illustris uiri domini Mala[deni de] Birberio comitis, egregii viri domini Egidii, domini Rainaldi d . . no sancte Marie c . . . s ciuitatis Spaleti . . . . . . virorum dominorum Petri Slovigne, Junii Dragi . . . . et Miche Petri iudicum. Cum inter Petrum [Leonardi procuratorem,] monasterii sancti Benedicti nomine et uice ipsius monasterii et conuentus ex una parte agentem, [et Jacobum Dobri] ex altera respondentem, coram domino Egidio questio verteretur; que quidem questio talis est: [Coram] uobis domino Egidio so[ci]o et uicario d[omini p]otestatis proponit et agit Petrus Leonardi procurator monasterii sancti Benedicti [nomine] et uice ipsius monasterii et conuentus aduersus Jacobum Dobri, qui iniuste occupauit et c . . . . uoltam turris ipsius monasterii cum anditu ipsi torri pertinenti per domum . . . . butignam subtus ipsam uoltam et paratineam iuxta domum monasterii et ipsam butignam. Quar[e] petit Petrus [predictus] nomine dicti monasterii et conuentus Jacobum predictum ad relaxacionem ipsarum rerum . . . . butigne, paratinee et anditus uolte predicte liberam condempnari modo et iure qui melius potest . . . . . [responde]ndo contra petitionem dicit, quod non debet respondere de rebus predictis . . . . . psi petu . . . relaxationem . . . . predicto, quia res sunt possesse per triginta annos et ultra . . . . . eius aua et eius heredibus et etiam per dictum Jacobum pacifice et quiete, quod probat per testamentum Perue et secundum statutum de rebus possessis . . . . cidere non tenetur. Lite itaque coram me legittime contestata saci . . . . . . anime alteri . . . . prestito, uisis petitionibus, responsionibus, intemptionibus, allegationibus nec non ra[tionibus]

utriusque partis deligenter inspectis et examinatis de consilio iudicum et consiliariorum ciuitatis predicte habita deliberatione plenaria Christi quoque nomine inuocato, sacrosanctis euangeliis etiam coram me residentibus, ut iuris est, per eaque uidi et cognoui et nunc uideo et cognosco, talem in scriptis sentenciam profero videlicet: quod iurante Jacobo et secunda manu sua, quod butigna fuit eius predecessoris, quam rite tenuit et tenet, ipsa butigna sit ipsius Jacobi libera et expedita, paratinea uero sit libera et expedita monasterii, excepto quod Jacobus habeat anditum per eam ad eius butignam per illam portam que est iuxta scalas Scopsce piscatoris; volta quidem concorditer possint uti ambe partes, scilicet: monasterium et Jacobus; quare . . . . non fatiendo aliquid de ea diuisione nec in ea aliquam nouitatem murus seu lignaminis, set ita stet sicut . . . . sub pena viginti quinque librarum, que pena soluatur comuni per partem uenientem contra predicta . . . . . ipsi . . . . is . . . . . . ta . . . . . . ab . . . pro . . . . . Jacobi predicti. Qui quidem dare sacramentum . . . . . predicto Jacobo per me . . . . . iurauit ad sancta dei euangelia secunda manu sua, quod butigna fuit eiusdem predecessorum, quam rite tenuit et tenet usque hodiernam diem. Lata et pronuntiata fuit hec sentencia presentibus partibus per dominum capitaneum infra ambas portas in presentia Jantii Duimi et Lu . . . Andree testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Duymus filius quondam Peruoslaui Dabralis conscius examinaui.

Et ego . . . . . alis de Perusio auctoritate imperiali et nunc autoritate ciuitatis Spaleti iuratus notarius omnibus interfui et rogatus scripsi, meo . . signo consueto signaui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. — Listina je veoma trošna.

36.

1291,[1] 17. augusta. U Spljetu.

Radi se o jednom prizivu pred kapitanom spljetskim.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quinta, Spaleti,

[1] Po indikciji »petoj« mogla bi biti i godina 1292.

die quinta decima exeunte augusto, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Hungarie, temporibus domini Johannis venerabilis archiepiscopi spalatensis, domini Mladeni filii quondam comitis Stepconis de Birberio illustris, comitis domini Egidii, domini Raynaldi de Monte sancto maiore ciuitatis Spaleti capitano honorabili ac dominorum Josephi Petry, Thodosi Alberti et Jacobi Dobri Duscise, Juan Cumiarchus, Dobri Duscise. Judex predictus appellans coram domino Egidio capitaneo universitatis Spaleti . . . . ipso, dominus Madius capitaneus dederat contra ipsum Jacobum pro domina Stana abbatissa monasterii sancti Benedicti et pro ipso monasterio sancti Benedicti de una uolta, una paratinea, una butigna et haditu(!) per unam domum habendo illico et ibidem dictus dominus capitaneus respondens dixit, se appellacioni dicti Jacobi non delegare nec causam admittere, quia friuola et inanis ulliusque ualoris erat, quoniam dicta sentencia rite et iuste prolata et innouata fuerat. Nam per ipsum capitaneum qui fuerat cognitor questionis et qui uigorem et forum gerit in omnibus ciuilibus et criminalibus potestatis in ciuitate Spaleti et tempore potestatis appellacionibus non delegatur, nec admittitur. Item quia sentencia ipsa innouata est cum iudicibus et consiliariis, quorum tempore questio fuerat uentilata et mandato ipsorum. Item quia sentencia ipsa diebus feriatis prolata non fuit cum ratione . . . . nec questio ipsa . . . . . de iuribus uinea . . . de uolta, haditu . . . . Quare dixit dominus capitaneus, quod appellacioni Jacobi non delegabit, nec eum admittebat in omnibus antedictis, sed quod sepedictam sentenciam pro dicta domina abbatissa et suo monasterio prolaudabet . . . ticabat et confirmabat in omnibus et in totum. Actum in palacio in quo ipse dominus Madius capitaneus inhabitat, presentibus domino Josepho predicto iudice Filippo Pauli, Duimo Phylip piculo testibus et aliis.

Ego Junius Dragi Vulcine de mandato domino Egidio capitaneo examinaui,

Ego magister Franciscus Anconitanus imperiali auctoritate notarius et nunc auctoritate . . . . . ciuitatis Spaleti hiis omnibus interfui et a sepe dicto domino capitaneo regnante, eius mandato et uoluntate scripsi et roboraui.

(Signum notarii).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. — Listina trošna i oštećena.

37.

1291, 26. augusta. U Cittavechii.

Papa Nikola IV. nalaže nadbiskupu spljetskom Ivanu, da drži provincijalni koncil glede sredstava, da se oslobodi sveta zemlja.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri [Johanni] archiepiscopo spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Dura immo et amara ualde discrimina terre sancte, que sibi, prout dolentes referimus, nuper intulit uis hostilis, presentium tibi non duximus exprimenda relatibus, cum illa tue prudentie per alias nostras litteras seriosius referamus. Sane ad recuperandam de manibus impii terram ipsam, feruentibus studiis, prout eius urgentissima necessitas exigit, intendentes et cupientes, ut illa recuperata stabiliter conseruetur ad laudem diuini nominis et honorem, uias et modos uarios et diuersos exquirimus, per quos nostrum in hac parte valeat desiderium adimpleri. Vnde cum fidedignorum pandat assertio, quin potius communis uox habeat, quod dilectos filios fratres hospitales sancti Johannis et Militie templi Jerusolimitani ad unius ordinis unitatem seu religionis unionem auctoritate apostolica redueamus, ut sincerius et uniformius in uinculo caritatis et pacis tendentes, ad unum efficacius possint prosequi negotium memoratum, super quorum unione hactenus etiam tempore Lugdunensis concilii spetialis mentio et collatio facta fuit. Volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus cum suffraganeis tuis in prouinciali concilio, quod a te fieri uolumus, prout tibi per alias litteras nostras iniungimus, habito super hoc consilio diligenti et exacta cum illis deliberatione secuta, nobis, quod per te ac eosdem suffraganeos deliberatum fuerit, in hac parte plene fideliter, seriatim et expresse per tuas [litteras . . . . .] seriem continentes tuoque sigillo munitas procures quanto [ci]cius intimare. Datum apud Vrbem ueterem VII. kalendas septembris, pontificatus nostri anno quinto.

Original u arkivu kaptola u Spljetu g. 1291. (XVI. 1. 135).

Na listini visi o končanoj uzici olovni pečat s natpisom: »Nicolaus papa IIII«.

Farlati Illyr. sacrum. III. 290. gdje se nepravo pripisuje Nikoli III. — Potthast Reg. pontif. no. 23.803.

38.

1291, 18. septembra.

Odredba za prijevoz kraljeve matere u Ugarsku.

Simon de Bon[ovaldi] potestas. Cum mater regis Ungarie transitum facere intendit per Jadram ad regem, mittatur galeotta comunis bene et diligenter aptata, in qua vadant 4 de nobilioribus civitatis et ei per predictos presententur nomine comunis C. castrati et C. gallete vini melioris, quam inveniatur in civitate Tragurii et quod vendatur C. modii de ordeo comunis.

Notae Joannis Lucii fol. 3. b. Starine XIII. p. 219. — Fejér Cod. dipl. VI. 1. 185.

39.

1291, 3. oktobra. U Ninu.

Dmina Kuzmin zapisuje svojoj ženi sav svoj imetak u Zadru.

[In nomini Christi. Anno inca]rnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo primo, mense octubri, die tercio intrante, indictione quinta, None, temporibus domini Andree magnifici regis Hungarie, Marc[el]i venerabilis Nonensis episcopi, ac Georgii egregii comitis et domini Vilobeto honorabilis potestatis None. Ego quidem Dimine filius Cuzme dicti bani per hoc presens scriptum comittens comitto tibi Mare uxori mee, dilecte filie Bosicho, ut amodo pro me et meo nomine plenissimam virtutem, auctoritatem et potestatem habeas ibi in ciuitate Jadere et in districtu eiusdem ciuitatis inquirendi, exigendi, extraendi, recipiendi, intromittendi et petendi omnia bona mea mobilia et immobilia, magna et parua mihi paterno et materno iure pertinentia a quocunque detinentur et ea percipiendi, recipiendi et partem meam suscipiendi ipsamque partem meam suscipiendi dictorum bonorum omnium intromittendi, regendi, affictandi et affictum inde suscipiendi, citandi, placitandi, aduocandi aduocatorem, precepta quoque et interdicta tolendi, respondendi, sententiam petendi et audiendi pactum, finem, quietationem, concordiam et cartam securitatis faciendi et recipiendi et si necessarium fuerit in anima mea iurandi, procuratorem substituendi et omnia ex(!) singula ad hec necessaria in curia et extra curiam faciendi, que egomet presens facere possem

vel deberem libere peragendo; promittens per me meosque heredes et successores ratum et firmum, que omni tempore habere et tenere in perpetuum quicquid in parte vel per substitutum a te in premissa uel singulis premissorum quoquomodo actum fuerit et non contra facere seu venire racione vel occasione aliqua huius mundi, que fecerit ipsa Mara supradicta in predictis et circa predicta sub pena librarum auri sex et bonorum omnium meorum obligacione. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus scilicet Paulo Borislauig, Johane Tolimirig nune iudicibus, Stephano Tertouig nunc camerario et Stephano Luchig.

(Drugi rukopis).

Ego Johanes Tolimirig iudex et examinator manum misi.

Et ego Jacobus Nonensis notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi, roboraui et solito signo signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika br. 691.

40.

1291, 9. oktobra.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje povelju kralja Ladislava, kojom se podanici Ivana župana bačkoga izmedju Save i Bosuta oslobadjaju od banskih dača.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Johannes filius comitis Enardi comes Bachyensis dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium domini Ladizlai quondam illustris regis Hungarie karissimi fratris nostri patruelis felicissime recordacionis super relaxacione et exempcione populorum suorum a collecta victualum et marturinarum inter Zawa et Baza existencium confectum, petens a nobis cum instancia, vt ipsum priuilegium regis Ladizlai ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare, cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Ladislava od god. 1276).* Unde nos considerantes fidelitates et seruiciorum merita ipsius magistri Johannis, que nobis in diuersis regni nostri expedicionibus, maxime cum nos contra ducem Austrie eleuato exercitu generali pro repellenda iniuria nobis et regno nostro facta pro-

cessissemus et castra eiusdem ducis quam plurima expugari et dirui fecissemus, idem magister Johannes in expugnacionibus dictorum castrorum et specialiter sub castro Vienne cum aliis fidelibus nostris ad certandum sub dictum castrum destinatis, fideles et laudabiles exhibuit famulatus; ubi non sine effusione sanguinis sui euasit aliqualiter casum mortis. Attendentesque predictum priuilegium nobis exhibitum regis Ladizlai non cancellatum, non abrasum, nec in aliqua sui parte viciatum, de uerbo ad uerbum presentibus insertum auctoritate presencium confirmamus, dupplicis sigilli nostri munimine roborando; ymo graciam sepedicto magistro Johanni per predictum regem Ladizlaum factam ex nunc de plenitudine gracie nostre duximus innouandum et eciam conferendum. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, septimo idus octobris, egni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Lodomerio Strigoniensi, Johanne Colocensi et Johanne Spalatensi archiepiscopis; Andrea Agriensi, Gregorio Chanadiensi, Ladizlao Waciensi, Benedicto Vesprimiensi aule domine regine karissime consortis nostre cancellario, Benedicto Waradiensi, Johanne Zagrabiensi, Andrea Jauriensi, Pouka Sirimiensi et Petro Transiluano episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Nicolao palatino comite Simigiensi et iudice Cumanorum, H[er]nico(!) bano tocius Sclauonie, Rorando(!) woyuoda Transiluano et comite de Zonuk, Johanne magistro thoarnicorum (!) comite Sopruniensi, Thoma iudice curie nostre, Ladizlao magistro dapiferorum, Jacobo magistro pincernarum, Miko magistro agasonum nostrorum, Laurencio bano de Seurino comite de Keuy et de Crasu, Gregorio comite Borsiensi et Nitriensi, Ladizlao comite Jauriensi, Jacobo comite de Sotmar et de Budrug, Gregorio comite Zaladiensi, Opour comite Posoniensi, Lukach magistro tharnicorum(!) domine regine karissime consortis nostre, Leurente comite Wesprimiensi, Benedicto comite Albensi, Paulo comite Musuniensi, Gregorio comite Tholnensi, Nicolao comite de Wlkou, Kemeno comite de Borona, et aliis quam pluribus comitatus regni tenentibus et honores.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 953. Stara signatura N. R. A. fasc. 604. no. 18. — Na listini visi o svilenoj vrvci ljubičaste boje polovica dvostrukog kraljevog pečata. — Na hrptu bilješka konca XIV. vijeka: »Super obmissione marturinarum sulusma vocate. — Bilješka 15. stoljeća: »Graciosa, ut iobagiones inter Zaua et Bazakez zolusmam non soluant«.

Pray Annal. II. 147—149. — Fejér Cod. dipl. Hung. VI. 1. 128—130. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 509—510. — Kukuljević Reg. no. 1475.

41.

1291, 9. oktobra.

Marcel biskup ninski prepisuje listinu templarsku danu Zadraninu Luki Dešinu.

Nos Marcellus diuina miseracione episcopus ecclesie Nonensis vniversis quibus expedit presentes inspecturis salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas vestra, nos uidisse, legisse et diligenter inspexisse litteras fratris Guillelmi de Peymes domorum milicie templi per Hungariam et Sclauoniam magistri cum uero suo sigillo pendenti, cuius tenor talis est: *(Slijedi listina meštra templarskog Vilima od god. 1284. 30. novembra).* In cuius inspeccionis astruendam ueritatem et perpetuam firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Anno domini M⁰CC⁰LXXXX⁰I⁰ in festo Sancti Dyonisii. Et ego frater Salamon prior prouincialis Hungarie predictas litteras eadem die perlegi et diligenter inspexi et ad peticionum memorati Luce pro maiori firmitate presentibus apposui sigillum meum.

Original u narodnom muzeju budimpeštanskom u zbirci Jankovićevoj. Dva pečata na pergamenskim vrvcama otpala.

Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 5. 598. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 51. — Kubinyi Cod. dipl. Arp. I. 148. — Kukuljević Reg. no. 1467.

42.

1291, 28. oktobra.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje u prilog Ladislava od plemena Peč listinu kaptola pečujskog (od g. 1290. mjeseca novembra).

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod comes Ladyzlaus filius Seruusdei fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium capituli Quinqueecclesiensis super collacione possessionis Orywa uocate et castri in eadem constructi, per magistrum Gregorium filium Clety domine filie sue vxori videlicet ipsius comitis Ladyzlai facta, petens a nobis cum instancia, ut ipsum priuilegium ratum habere, collacionemque eandem acceptare et approbare ac nostro dig-

naremus priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola pečujskog od g. 1290. mjeseca novembra).* Nos igitur, cui ex officio suscepti regiminis incumbit unicuique in suo iure non deesse, quia ipsam collacionem seu donacionem per eundem magistrum Gregorium dicte domine filie sue, uxori ipsius comitis Ladyzlai, iuste rite et legittime esse factam, presentibus baronibus regni nostri, qui presentes aderant, inspeximus, prout eciam in aliis priuilegialibus litteris capituli sancti Petri de Posoga super eadem collacione confectis uidimus contineri, ad instanciam et peticionem ipsius comitis Ladyzlai de benignitate regia fauorabiliter inclinati, predictam collacionem seu donacionem ratam habentes et acceptam, ipsum privilegium de uerbo ad uerbum presentibus insertum auctoritate presencium duximus confirmandum duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus discreti viri magistri Theodori prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, quinto kalendas nouembris, regni autem nostri anno secundo.

Original u arkivu bar. Révay fasc. I. no. 10. Na listini visi o svilenoj vrvci zelene i žućkaste boje pečat. Na hrptu bilješka XIV. stoljeća: »Super possessione Oryuuar«.

Codex dipl. patrius VI., 370—373.

43.

1291, 6. novembra. U Zadru.

Draga Stojkova daje na obradbu svoju zemlju na otoku Ižu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo nonagesimo primo, mense nouembri die sexto intrante, indictione quarta, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Veneciarum et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Draga filia condam Stoyco habitatrix Jadre, quomodo do atque concedo ad pastinandum ad vineam vobis quidem Bogdano filio condam Velcoyg et Velcusse uxori tue habitatoribus Jadre uestrisque heredibus et successoribus quinque gonay de terra mea posita in insula Eçi, cui de borea, de quirina, de trauersa est vinea mea et terra mea, et de austro est vinea Teodori condam Dese fumati(!). Quam teneamini pastinare hinc ad annos decem completos nuper uenturos sub pena sex yperperorum taliter, quod

dictam ipsam terram habueritis et ex ea fructum vini extrahere poteritis, dare teneamini per uos uestrosque heredes et successores mihi meisque heredibus et successoribus annuatim quartam partem tocius vini et tocius alius fructus recentis et sicci hic in ciuitate Jadre ; et si de aliquo fructu recenti uel sicco ex ipsa vinea habito uendideritis, mihi eciam quartam partem denariorum dabitis, et si ficus recentes inde habitas domum portaueritis ad comedendum, ipsas libere habeatis, et si in fraude contra meam racionem inuenti fueritis, mihi sex yperperos pene nomine soluetis. Ceterum si ullo tempore uos cum uestris heredibus et successoribus ipsas uineas uestras uendere, dare, donare, pro anima indicare, omni modo alienare cuicunque uolueritis, saluo tamen omni iure meo, videlicet quarta parte mea omnium fructuum inde habenda, ut premissum est. Et quam suprascriptam terram meam ego predicta Draga cum meis heredibus et successoribus vobis dictis Bogdano et Velcusse coniugibus uestrisque heredibus et successoribus ab omni persona in racione defensare et excalumpniare tenear super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus videlicet Marco Campagno et Bratoscio condam Marini Jaderensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Bartolomeus Saladino examinator manum meam misi.

Ego Johannes diaconus sancte Marie maioris et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula V. no. 87.

44.

1291, 20. novembra. U Dobši.

Pravda izmedju Nikole bana župana vukovskoga i knezova Bartola i Kalmera.

Nos N[icolaus] palatinus comes Symigiensis et iudex Cumanorum damus pro memoria, quod comes Endre pro Nicolao bano[1] comite de Volko domino suo ab una parte et comes Bartholomeus filius Pauli pro se et comite Kalmero ab altera, coram nobis constituti, causam, quam

[1] Slijedi precrtano : domino.

idem banus in octauis beati Andree apostoli coram domino rege contra ipsos Bartholomeum et Kalmerum habebat, pari uoluntate arbitrio magistri Johannis fratris nostri et nostro ac aliorum nobilium, quos in socios nobis assumpsimus, submiserunt reformandam; ita ut in octauis epifanie domini coram capitulo Castri Ferrei arbitrabimur inter partes. Datum in villa Dobsa feria tercia post festum beate Elysabeth.

Iz vana: »Ad octauas Epifanie domini contra N[icolaum] banum.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1339. Stara sign. N. R. A. fasc. 1766. no. 3. — Na hrptu vidi se trag pečata, kojim bijaše list zatvoren.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 514. — Kukuljević Reg. no. 1478.

45.

1291. 25. novembra. U Vukovaru.

Pravda izmedju Nikole bana i knezova Bartola i Kalmera.

Nos Nicolaus banus de Wolko damus pro memoria, quod cum causa, quam in octauis beati Andree apostoli abebamus(!) cum Kalmerio et Bartholomeo coram domino rege, pari uoluntate prorogauimus ad octauas epiphanie, domini arbitrio magistri J. comitis Supruniensis et Nycolai palatini pro parte nostra et magistro F.; pro parte vero Kalmeri et Bartolomei M. Palatanus (!) arbitrabitur; et quos partes adducerent et acceptabunt, suficiant ad arbitrium faciendum: locus uero arbitrii in foro castri. Datum in Wolk in die beate virginis Katarine.

Iz vana: »Ad actauas Epiphanie domini pro Kalmerio et Bartholomeo«.

Wenzel Codex dipl. Arpad. XII. 669—670. — Po originalu u zbirci gosp. A. Szálaya.

46.

1291, 28. novembra. U Napulju.

Karlo kralj napuljski daje dozvolu prijevoza soli i žita za Zadar.

Carolus II. rex Siciliae, secreto Apuliae significat, a se fuisse datam facultatem Ivano de Jadera sal et frumentum deferendi e portu Baroli vel Manfredoniae »ad terram Jadrae«.

Registri Angioini v. 56. (Carol. II. a. 1291. A.) fol. 161 — Arkiv. VII. 15. — Kukuljević Reg. no. 1480.

47.

1291, 28. novembra. U Napulju.

Dozvola za prijevoz žita iz Sicilije Pavlu banu i njegovim sinovima.

Carolus, princeps Salernitanus et vicarius in regno Siciliae, Petro de Mara, secreto magistro portulano, et procuratori Apuliae, *nalaže da dozvoli nekom Jursiju (Jursium),* extrahere de portubus Apuliae, sine iure exiturae, frumenti salmas 200 et hordei 100, vehendas ad partes Sclavoniae et Dalmatiae ad munienda castra Pauli bani, Georgii et Mladeni fratrum, dominorum totius Slauoniae et Dalmatiae.

Syllab. membr. ad reg. Siclae arch. pert. T. II. 80. no. 4. et olim archa D. fasc. 25. no. 15. — Rački Arkiv VII. 15. — Makušev: Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 6. — Kukuljević Reg. no. 1479.

48.

1291, 30. novembra. U Napulju.

Daje se dozvola za prijevoz žita Gjuri Šubiću iz Sicilije.

Porrecta nobis Johannis de Jacobo nuncii et familiaris comitis Georgii fidelis nostri de partibus Sclavonie petitio continebat, quod cum olim Damianus de Tragurio mercator cum quodam vasselo dicti comitis ad partes Abrucii navigaret, pro emenda quadam quantitate frumenti, pro parte comitis memorati, emerit in terra Guasti Aymonis salmas frumenti 175 ad salmam partium predictarum, quod in vallo predicto fecit publice onerari, soluto per mercatorem predictum integre iure curie dictis portulanis, et dum cum dicto vassello et onere devoto velo in altum ad partes Sclavonie intenderet navigare, nonnulli homines Termularum cum galione uno armato de mandato curie ad custodiam maritime partium predictarum in eundem mercatorem et alios navigantes in vassello predicto more piratico inruentes, vassellum idem cum onere et marenariis in eo navigantibus per violenciam ceperunt, interemptis aliquibus navigantibus in eodem, ablatis eis armis, indumentis et in pecunia unciis auri decem, que omnia Termulas adduxerunt et ea dicto mercatori restituere recusant in ipsius comitis preiudicium et gravamen.

Reg. Angioini. — Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. p. 54. — (K ovom dogodjaju odnose se listine od 1292. 16. januara i 1. februara).

49.

1291. U Napulju.

Bilješka.

Karlo Martelo zabranjuje »violenciam inferre« *Domaldu Zadulinu de Jadera* »occasione delicti vel dampnorum, per Sclavos piratas commissorum«.

Reg. Ang.
Makušev Zapiski imp. ak. nauk. XIX. 2. prilož. 3. p. 50.

50.

1291. U Požegi.

Pred požeškim kaptolom prodaju Vidoslav, Dragina i Pavao dio zemlje Orjavice meštru Aladaru za 20 maraka.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire quod Wydozlao filio Bogdan pro se et pro Jacobo fratre suo Dragyna et Paulus filiis Deua similiter pro se et pro Paulo fratre ipsorum ab vna parte, magistro Aladario filio Chethe[1] ab altera coram nobis personaliter constitutis, iidem Wydozlaus Dragyna et Paulus confessi sunt viua voce, quod quandam particulam terre ipsorum hereditarie Aryauycha vocate contiguam et commetaneam terre supradicti magistri Aladary similiter Aryauycha vocate, ab aquilone adiacentem eidem magistro Aladario, pro viginti marcis plene receptis ex communi voluntate tam ipsorum quam fratrum suorum predictorum vendidissent perpetuo possidendam, ita quod quicunque processu temporum ipsum magistrum Aladarium racione predicte particule terre in causam attraxherit (!), sepedicti Wydozlaus, Dragyna et Paulus tenebuntur expedire propriis laboribus et expensis. Cuius terre prima meta incipit prope capellam sancti Luce evangeliste a parte septemtrionali in communi meta, inde descendit ad Lyuba-

---

[1] Cheche?

potaka, vbi est meta terrea et transito ipso potok asscendit(!) inter vineas ad arborem cherasy, inde asscendit ud cacumen montis et ibi est meta terrea, inde per byrch eundo versus orientem peruenit ad arborem piri, que est inter vineas, sub qua est meta terrea, inde descendit ad Aryauycha potaka et transito ipso potok, vbi est meta terrea, transit quoddam fenetum nemorosum et inde asscendendo ad byrch peruenit ad sambucum meta terrea circumfusum, inde asscendit ad cacumen ipsius byrch et peruenit ad metam terream, inde tendendo ad aliud byrch peruenit similiter ad metam terream, que separat a terra Gradpotaka vocata et ibi terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus sigilli nostri munimine roborando. Datum anno domini M°CC°LXXXX° primo.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.089. Stara signatura N. R. A. fasc. 1504. no. 15. — Na listini visi crvena i zelena vrvca bez pečata. — Na hrptu: »Venditionales super Aryauicza.«

Codex patrius VIII. 307—308. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 523—524. — Kukuljević Reg. no. 1484.

51.

1291. U Zagrebu.

Ivan biskup zagrebački dosudjuje neko kupalište u okolini zagrebačkoj crkvi blažene djevice Marije.

(Coram Leustachio vicario generali regni Croatie, in lite, quam agebat abbas beate virginis Marie ordinis cisterciensis cum Gerino cive zagrabiensi. Paulus cantor ecclesie zagrabiensis, qua procurator abbatis, produxit quasdam litteras honorabilis capituli dicte ecclesie zagrabiensis patentes antiquo sigillo eiusdem consignatas, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo confectas, hunc tenorem continentes): Quod olim inter magistrum Petrum canonicum prefate ecclesie zagrabiensis ab una, abbatemque de insula sancti Jacobi et eius fratres parte ex altera, in presencia venerabilis patris domini Johannis, condam prememorate ecclesie Zagrabiensis episcopi, super facto fundi seu loci cuiusdam balnei in rivo Grech, subtus curiam ipsius magistri Petri existentis, per ipsum magistrum Petrum ad dictam curiam suam spectare, per prefatos vero abbatem et eius fratres in terra dicte ecclesie beate virginis existere, et

ex eo ad ipsam ecclesiam virginis gloriose de iure debere pertinere contrariose allegati, litis materia mota, diuciusque ventilata exstitiset, ipseque dominus Johannes episcopus partibus super premissis coram ipso diversimode disceptantibus, post longinqui temporis spacium ipsam causam dominis de capitulo suo zagrabiensi in sua persona de iuris equitate definiendam commisisset. Iidem tandem domini de capitulo Zagrabiensi pro scienda premissarum veritate, missis de collegii eorum medio quinque personis idoneis, ipsum fundum balnei per conscienciosam inquisicionem eorumdem consociorum suorum ad hoc elective transmissorum ad dictam ecclesiam beate virginis de Zagrabia et non ad curiam ipsius magistri Petri canonicalem pertinere debere reperissent, sicque iidem domini de capitulo Zagrabiensi ipsum fundum balnei, comperta huiusmodi cause ueritate, in ipsius domini episcopi persona et eius capituli annotati, ipsi magistro Petro racione ulterioris acquisicionis eiusdem, silencio perpetuo imposito, prefate ecclesie beate virginis cum omni plenitudine sui iuris adiudicantes, perpetua stabilitate reliquissent possidendum.

Tkalčić Monum. civ. Zagr. I. 68—69. no. 80. — Kukuljević Reg. no. 1483.

52.

1291.[1] U Zagrebu.

Hodus župan zagrebački vraća sinovima Stjepana bana palaču u Zagrebu.

Excellentissimo domino suo Andree, dei gracia illustri regi Hungarie comes Hodus perpetue fidelitatis obsequium. Noverit vestra celsitudo, quoddam palacium meum Zagrabie in monte Greech constructum et ex dono filiorum Stephani bani pro quadam captivitate mea pro eisdem perpessa perpetuo iure collatum pro concambio quarumdam possessionum suarum ab Alexandro bano, filio Georgii, suo propinquo, hereditario iure successarum pro Polkuna scilicet in comitatu Borsad existente, item pro Buken, item pro Mixe, item pro Giurk in comitatu Zobolch constitutis, ipsi magistro Paulo resignasse, restituisse seu reliquisse cum suis utilitatibus et ad se pertinenciis irrevocabiliter possidendum. Qui quidem magister Paulus ipsum palacium dedit, contulit et donavit cuidam suo predilecto servienti nomine Gilioni, civi de monte

[1] Ova i slijedeća listina br. 53. po svom sadržaju spadaju prije 11. augusta o. g.

Grecensi, cum eisdem suis utilitatibus et pertinenciis perpetuo possidendum. Obligavit nichilominus idem magister Paulus se et suos heredes heredumque successores, quod si quispiam aliqualem ipsarum possessionem impediret, expedire teneretur propriis laboribus et expensis. Si vero quampiam ex ipsis possessionibus in lite legitime devictus amitteret, extunc quandam possessionem suam Sene vocatam circa aquam Zomus sitam suam hereditariam pro predictis quatuor possessionibus cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis michi et meis heredibus heredumque successoribus assignaret iure perpetuo possidendam. Ipsas autem possessiones, scilicet quatuor supra nominatas ego resignare tenerer cum suis impedimentis et occupacionibus magistro Paulo pretaxato. Super quo excellenciam vestram supplice rogo et attento, quatenus intuitu mei servicii super hoc facto sepefato Gilioni civi Grecensi litteras vestras patentes dari faciatis.

Tkalčić Monum. civ. Zagr. I. 63—64. no. 73.

53.

1291. U Zagrebu.

Pavao sin bana Stjepana obavješćuje Zagrebčana o darovanja palače svoga oca.

Viris nobilibus et honestis, amicis suis karissimis . . . iudici et universis civibus de monte Grech, magister Paulus filius Stephani bani se totum cum prompta amicicia et parata. Noverii vestra amicica, quod nos palacium nostrum, quod comiti Hodus condonaveramus recipiendo ab ipso pro concambio, sicuti in litteris ipsius continetur, ipsum palacium perpetuavimus Gilioni civi vestro. Unde amiciciam vestram petimus, quatenus sibi vestris instrumentis velitis confirmare.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 65. no. 75.

54.

1291.

Andrija kralj ugarski i hrvatski daruje knezu Grdunu Grebenskomu posjed Hraščinu.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus

tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. [A]d vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod quia comes Gardun filius Gardun nobis gratissimos et fidelisimos impendit famulatus, quandam possessionem Haraschyna vocatam vicinam et contiguam possessioni ipsius comitis Gardun Gereben vocate, quam quidem possessionem primo Nicolaus filius Mauricii et fratres eius Dominicus videlicet Stephanus et Demetrius tenebant, de regia maiestate remouendo seu reuocando ab ipsis dictam possessionem Haraschyna nuncupatam contulimus supradicto comiti Gardun perpetuo et irreuocabiliter in filios filiorum habendam, tenendam et pariter possidendam. Hoc inter cetera specialius declarato, quod si idem Nicolaus et fratres sui nostram graciam recuperare poterint, omnibus illis quos offenderunt satisfaciendo, extunc nos ipsis filiis Mauricii magistri in recompensacione consimili et muneribus donatiuis regio occurremus cum fauore, ipsum comitem Gardun in donacione nostra huiusmodi perpetuo conseruando. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Theodori prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, regni autem nostri anno primo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.654. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1597. no. 12.

Na listini visi nešto žućkaste i smedje svilene vlaknate vrvce bez pečata.

Cod. dipl. patrius VIII. 306—307. — Kukuljević Reg. no. 1481.

55.

1291.

Andrija kralj ugarski i hrvatski daruje knezu Gjarmanu zemlju Čehi na Savi u zagrebačkoj županiji.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet regia pietas manum munificam debeat porrigere vniuersis, illos tamen, quorum experta probitas laudata est in prosperis et aduersis, prosequi debet munificencia largiori, ut alii eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera facilius accendantur. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium

quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod quia comes Gyarmanus fidelis noster a multis iam temporibus retroactis in omnibus negociis nostris peragendis obsequiosa merita et meritoria obsequia nobis laudabiliter impendit et deuote, primum siquidem eo tempore, quando nos adhuc extra terminos regni nostri fuimus, dictus comes Gyarmanus semel et secundo ex missione, mandato et precepto prelatorum baronum et nobilium regni Hungarie in legacionibus variis et diuersis ex parte eorundem nobis deferendis, multis fortune casibus pericula mortis non formidans se submisit, et laudabiles exhibuit famulatus; idem eciam tempore ducatus nostri domino Albertino fratri nostro karissimo, tam in ueniendo ad nos, quam eciam in conducendo eundem ad patriam suam, ob fidelitatem nobis debitam seruicia impendit grata et accepta, et circa nostre coronacionis inicia die noctuque nostris inherens seruiciis multipliciter meruit complacere, et quamquam ipsius meritoria obsequia maiori remuneracionis premio essent digna, in recompensacionem tamen aliqualem suorum seruiciorum, quandam terram nostram Chehy vocatam, iuxta aquam Zaua in campis in comitatu Zagrabiensi existentem, super qua hospites eiusdem castri nostri residebant, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis, sub hiisdem metis et terminis, sub quibus per eosdem hospites dicta terra limitata fuerat seu possessa, et ut populi liberi sint ab omni honere(!) castri ad ipsam terram venire volentes causa eommorandi. Habito consilio omnium baronum nostrorum, qui presentes aderant, predicto comiti Gyarmano et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CC. nonagesimo primo, regni autem nostri anno primo. Venerabilibus patribus: Lodomerio Strigoniensi, Johanne Colocensi, et Johanne Spalatensi dei gracia archiepiscopis, Petro Transiluano, Andrea Agriensi, Gregorio Chanadiensi, Andrea Jauriensi, Benedicto Waradiensi, Ladizlao Wachiensi, Benedicto Wesprimiensi, Johanne Zagrabiensi, Pouka Syrmiensi et Pasca Nitriensi episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum et comite Supruniensi, Nicolao palatino et comite Symigiensi, Herrico bano tocius Sclauonie, Rolando woyauoda Transsiluano et comite Zonuk, Mykou magistro agasonum nostrorum, Ladislao filio Stephani magistro dapiferorum nostrorum, Jacobo magistro pincernarum nostrorum, Gregorio bano comite Nitriensi et aliis quam pluribus tenentibus comitatus regni et honores.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 32.892. Stara signatura: N. R. A. fasc. 137. no. 1. — Odozdo na listini visi nekoliko niti žute i zelene svile. Pečat otpao.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. V. 24. — Kukuljević Reg. no. 1482. — Laszowski Spom. Turopolja I. 37—38.

56.

1291 pod konac godine.

Andrija kralj ugarski i hrvatski dariva neku zemlju u Garešnici, koja je došla u kraljevske ruke, jer je njezin posjednik umro bez nasljednika, svomu kumu Stjepanu de Belch.

Andreas dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet regalis pietas manum magnificam porrigere debeat vniuersis, illos tamen principaliori prosequi debet munere et fauore, ut quorum experta probitas laudata est in prosperis et in aduersis, ut alii eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera forcius attendantur. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod St[ephanus] de Belch conpater noster temporibus nobis in aduersis multa et meritoria seruicia in expedicione nostra exhibuerit, eidem quandam terram in Grescencha existentem, que fuit Ladislai et Gabriani sine herede decedencium ad manus nostras deuolutam sibi dari postulauit; verum quia nobis de qualitate ipsius terre euidenter non constabat, inquisicioni capituli Chasmensis duximus committendum; quod quidem capitulum nobis postmodum rescripsit in hunc modum, quod dicta terra esset predictorum Ladislai et Gabriani sine herede decedencium nostre maiestati euoluta. Nos vero peticionibus ipsius St[ephani] predicti compatris nostri annuentes, ipsam terram ex plenitudine gracie nostre eidem Stephano concessimus, dedimus et donauimus iure perpetuo possidendam non obstantibus aliquibus litteris, si que prius super facto ipsius terre fuissent emanate. Mete autem ipsius terre, prout fideles nostri capitulum Chasmensis ecclesie nobis rescribserunt taliter distinguntur, scilicet prima meta incipit de loco, ubi duo riuuli in unum coniunguntur et in alioque(!) riuulo Zredna dicto iuxta terram Gemzyna uadit superius ad partem septemtrionis, de hinc ad puteum, de inde vero per unum Zuhodol uadit ad arborem harast meta terrea circumfusam, reflectitur autem iterum ad unum potok et peruenit ad arborem geyrtan(!) meta terrea circumfusam,

deinde vadit per potok et exiens itur ad montem, peruenit ad arborem nucis, ibique transit viam et descendit ad riuulum, ex hinc autem tendit superius ad Sumech prope tylias heremitarum, deinde itur per berch ad septemtrionem et descendit ad uallem, exhinc autem exit ad uiam ad partes orientales et per ipsam viam peruenit ad arborem harast meta terrea circumfusam, de hinc autem descendit ad unum potok ad partes meridionales, peruenit ad arborem harast meta terrea circumfusam, exhinc autem iterum ad unum riuulum, que (!) dicitur Borsonouch et de inde procedit ad partes meridionales ad puteum iuxta terram Vzma filiorum, exhinc autem ad montem, ab hinc autem ad uallem ibique cadit in unum potok et exit ad montem; de inde vero itur ad montem ad arborem gertan et iterum ad montem peruenit ad arborem piri cruce signatam, ibi iam cadit in potok et per ipsum tendit inferius et peruenit ad priorem locum et sic terminatur. Vt igitur hec donacio perpetue firmitatis robur obtineat, presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Teodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno domini MCC nonagesimo primo, anno autem regni secundo.

Iz originalnog prijepisa kaptola čazmanskog od g. 1344. 29. juna. — Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1291.

57.

1291—1292. U Napulju.

Karlo napuljski pretendent za prijestolje piše Šubićima, da će im vjernost nagraditi.

Scriptum est per eundem dominum regem Ungarie (Carolum). Nobilibus viris comiti Georgio et comiti Mlandino(!) fratribus dilectis fidelibus suis etc. Receptis placide vestre fidelitatis litteris noviter nobis missis, ex ipsarum relatu cognovimus, vos et vestros ferventer assumpsisse pro nobis negocium regni nostri Ungarie, ac velle ferventius prosequi iam assumptum. Nos itaque sinceritatem vestram dignis laudibus persequentes, ortamur, requirimus et mandamus, ut quod laudabiliter incepistis, continuantes laudabilius in futurum una cum viro nobili Paulo bano Sclavonie fratre aliisque vestris viriliter curetis resistere conatibus prefati Ungarie invasoris et vos ad omnia, que ad prosecutionem et votivam consumacionem digni negocii faciatis, ad honorem nostrum promptis

animis exercere ac tam in hiis, quam in omnibus aliis, que ad reprimendum conatus invasoris eiusdem et ad exaltacionem nostram faciatis, cum omni cautela, diligencia et sollicitudine consilia et studia nostra vocent. Viro insuper provido et religioso fratri Hugoni de Monte Rotundo, speciali nuncio et familiari nostro, quem ad partes ipsas specialiter destinamus, in omnibus, que nostri honoris augmentum respiciunt et specialiter in missione et remissione nunciorum assistatis efficacibus consiliis, fauoribus et auxiliis oportunis, ita quod proinde uberius mereamini nostram graciam et favorem. Nos enim labores vestros vestreque fidei et serviciorum merita sic intendimus graciose respicere sicque exaltare dignis premiorum retribucionibus vos et vestros, quod vos et ipsi sencietis plenarie pro nobis in premisso negocio utiliter laborasse. Missioni autem subsidii galearum ad partes ipsas, cum retrocesserit idem invasor, sicut ex relacione nuncii nostri et aliorum nuper accepimus, supercedemus ad presens, intendentes favente domino celeriter ad partes easdem vicarium nostrum premittere cum decenti et honorabili comitiva et deinde duce deo personaliter nos conferre ad finalem confusionem invasoris eiusdem suorumque sequacium et fautorum et prosperum ac tranquillum statum prefati regni Ungarie ac exaltationem nostrorum et aliorum omnium, qui diligunt nomen nostrum. Huc eciam tendunt illustrium regis et regine Jerusalem et Sicilie parentum nostrorum studia, capitationes et vota, ut cum eorum et aliorum consanguineorum et amicorum suorum et nostrorum auxiliis premissam intencionem nostram prosequamur pro viribus et ad votivum effectum auctore domino . . . .

Reg. Ang. T. XII. 40.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 38—39. Uzeo iz akata Anžuvinskih reg. gdje je skupno godina označena 1283—1391. Listina nije datirana. Slijedeći list, na kom je bio svršetak, je istrgnut.

58.

1292, 5. januara. U Aqui.

Karlo II. kralj Sicilije i žena mu Marija dozvoljuju Ivanu, sinu Henrika bana, ius gladii et belli.

Karolus secundus etc. et Maria eius consors, eadem gracia eorumdem regnorum regina et commitatuum comitissa, nobili viro Johanni, filio Henrici bani, dilecto et fideli suo etc. Ut fidei vestre sinceritas

servitia nostra et Karoli primogeniti nostri regis Hungariae in regno ipso contra invasorem eiusdem regni ac fautores et consentaneos suos libere et secure persequatur, vobis et aliis de familia et comitiva vestra contra invasorem predictum eiusque fautores et consentaneos in bona scilicet ac personas eorum, quamdiu eos in ipsius erroris deuio durare contigerit, liberum belli ius et ferri licentiam tenore presentium impertimur ita, quod nullam penam, nec etiam iudicii faciem propterea formidetis. Datum Aquis, die 5. januarii, V. indictione. (1292).

Registri Angioini vol. 59. (Carol. II. a. 1291—1292.) fol. 256. Rački Arkiv VII. 15—16. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 37. — Wenzel Acta extera I. 81—82. — Kukuljević Reg. no. 1485.

59.

1292, 6. januara. U Aqui.

Marija kraljica napuljska proglašuje svoga sina Karla za kralja ugarskoga (i hrvatskoga).

Maria dei gracia Jerosolimi, Sicilie et Ungarie [regina] provincie et Forcalquerii comitissa. Ad faciendam iustitiam in nationibus et pacem in populis nutriendam constituit dominus principes super terram, quibus deficientibus perit iustitia, pax turbatur, insurgunt odia, bachantur iniurie, cedes accedunt, ut ascendat clamor ad dominum et abominatio subsequatur. Presentis itaque privilegii nostri tenore notum facimus universis presentibus et futuris, quod magnifico principe domino Ladislao illustri rege Ungarie carissimo fratre nostro ab anno iam et ultra, prout fatorum crudelitate permissum est, sublato de medio, nullis legitimis liberis superstitibus ex eodem, nobis agentibus, prout adhuc agimus in remotis, turbato protinus eiusdem regni regimine, verse sunt illic omnium manus ad spolia, rapinas et strages adeo, quod relegata iustitia et iudicio dissoluto ibi iam non iuribus sed viribus decernatur. De quibus omnibus miserabili pluries eiusdem regni fidelium ad nos rumore perlato, volentes eiusdem regni statui providere sive successionis, sive consuetudinis, sive electionis, sive quocunque alio iure vel modo id competere dinoscatur, Karolum primogenitum nostrum, salernitanum principem et honoris sancti Angeli dominum ad eiusdem regni Hungarie sedem et regimen atque in ipsius regni regem ex deliberato fidelium consilio eligentes ac preeligentes, regnum ipsum Hungarie cum hominibus, vasallis, honoribus, dignitatibus, principibus, marchionatibus, ducatibus, comitatibus,

civitatibus, castris, villis, insulis, planis, montibus, aquis maritimis, iuribus, iurisdictionibus, meri mixtique imperii et gladii potestate, nec non servitiis, tributis, rationibus et pertinentiis suis omnibus, tam infra quam extra regnum ipsum ad idem regnum spectantibus, prout predictus frater noster aut alii predecessores nostri predicta omnia vel singula tenuerunt vel tenere debuerunt, viro nobili Henrico, comiti Vademontis fideli nostro ad hec solemniter constituto, recipienti nomine ac pro parte ipsius Karoli primogeniti nostri, ac per eundem comitem eidem Karolo et eius heredibus ex ipsius corpore legitime descendentibus in perpetuum natis vel de cetero nascituris, de mera liberalitate, speciali gracia ac materne caritatis affectu concedimus, donamus et tradimus vel quasi omneque dominium directum et utile ipsius regni in eundem comitem recipientem nomine ac pro parte predicti Karoli primogeniti nostri, ac per eundem comitem in eundem primogenitum transferentes, eundem comitem recipientem nomine ac pro parte ipsius primogeniti nostri exinde per coronam auream et eiusdem regni vexilla solemniter investimus, materne benedictionis gracia et mandato subiuncto, quod idem primogenitus noster et heredes ipsius eiusdem regni populos caritate custodiat, iustita dirigat ac pace disponat. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam, ac eiusdem Karoli primogeniti nostri et heredum suorum cautelam, presens privilegium sibi exinde fieri atque sigillis principis incliti domini viri nostri domini Karoli secundi, dei gracia regis Jerusolimi, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue provincie et Forcalquerii comitis et nostro fecimus communiri. Actum et datum Aquis in presentia eiusdem domini regis viri nostri ac venerabilium in Christo patrum Rostagni archiepiscopi Aquensis et Guilelmi episcopi Dignensis, nec non nobilium virorum: Betrandi de Banno comitis Auellini, Guancherii de Botta, Hugonis de Bautio, Johannis Scoti regie marestalle magistri. Mathei de Adria regni Sicilie thesaurarii et magistri rationalis, Alfanti de Solcriis senescalli provincie militum et aliorum quam plurimorum. Anno incarnationis MCCXCII. die 6. ianuarii, indictione V.

Registri Angioini v. 54. (Caroli II. a. 1291.—1292. C) fol. 27.

Rački Arkiv VII. 16—18. Makušev kritizuje i izpravlja u Izvjestijama. Njegove ispravke prihvatismo. — Wenzel Acta extera I. 82—84.

60.

1292, 22. januara. U Čazmi.

Kaptol čazmanski daje na znanje, da su Gjuro i Dionisije sinovi Endreja prodali neku svoju zemlju u Garešnici županu Nikoli i opisuju se medje.

Capitulum Chasmensis ecclesie universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam pervenire volumus presencium per tenorem, quod Rask, Georgius et Dyonisius filii Endrey a parte una, ab altera autem Valentinus officialis comitis Nycolay filii Vgrini vice et nomine eiusdem domini sui personaliter coram nobis constituti, iidem filii Endrey quandam terram eorum in Gresencha ex alia parte fluvii Kotynna existentem ipsos, ut dixerunt, pro porcione contingentem cum fundo unius molendini in eodem fluvio Kotynna existenti, ac aliis utilitatibus suis confessi sunt vendidisse eidem comiti Nicolao suisque per eum heredibus pro sex marcis plenarie, sicut dixerunt acceptis, irrevocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Cuius terre mete, sicut magister Johannes decanus ecclesie nostre socius noster, quem ad faciem eiusdem miseramus, nobis retulit ad nos reversus, presentibus commetaneis et vicinis pacifice et quiete erecte, hoc ordine distinguuntur: Prima meta incipit in fluvio Kotynna, ubi quidam rivulus nomine Pribyn cadit in ipsum fluvium Kotynna, inde in eodem rivulo Pribyn procedens superius versus orientem in commetacione terre Neudalk in magno spacio exit ad unam siccam valiem, ubi vicinatur terre Juan, filii Thome, et in eadem valle ascendit ad montem et pervenit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, inde versus meridiem procedens in magno spacio per vallem contiguatur terre predicti comitis Nicolai, inde adhuc in eadem valle versus partem occidentis procedens cadit in predictum fluvium Kotynna, ubi est molendinum, inde per eundem fluvium Kotynna procedens superius venit ad metam priorem ibique terminatur. Ut igitur huiusmodi vendicionis series robur inviolabilis firmitatis optineat et vigorem, nec per quempiam circuitu temporis valeat retractari seu in irritum revocari, presentes ad instanciam dictorum filiorum Endrey eidem comiti Nicolao concessimus litteras sigilli nostri munimine communitas. Datum et actum in festo beati Vincencii martiris. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1292.

Na listini vide se tragovi, gdje je o vrvci visio pečat. — Listina je sada na desnoj strani krnja; dok je bila prepisivana, bila je potpuna.

61.

1292, 25. januara. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački daje gradjaninu zagrebačkomu Ganu autentičan prijepis dviju listina odnosečih se na posjed u Sepnici, bivši nekoč župana Pernikova.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis quibus expedit significamus tenore presencium memorie commendantes, quod accedens ad nostram presenciam Gan dictus niger ciuis grechensis consanguineus quondam Per[ni]choni bone memorie, exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes sigillum pre uetustate ruptum in parte quadam habentes, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte uiciatas, petens a nobis easdem innouari rursumque sigillum nostrum eisdem apponi. Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola zagrebačkog od g. 1270).* Nos vero congruis et iustis peticionibus Gan memorati annuentes, predictas litteras nostras ad ipsius instanciam de uerbo ad uerbum rescribi fecimus nostrique sigilli munimine roborari. Datum in festo conuersionis sancti Pauli apostoli. Anno domini MCCLXXXXII.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 42.
Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 227. — Kukuljević Reg. no. 1486.

62.

1292, 6. februara. U Zadru.

Mir izmedju Venecije i Gjure Šubića kneza omiškoga.

In Christi nomine. Anno incarnationis 1292, mensis februarii, die 6. intrante, indictione 5., Jadrae, temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venetorum et domini fratris Joannis de Anania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Joannis Contareni egregii comitis, presentibus nobilibus viris dominis Marco Vitur et Martino Bembo consiliariis Jadrae, domino Marco de Marsilio socio domini Joannis Contareni comitis

Jadrensis et aliis pluribus testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Actum in curia sancti Jacobi ultra portum Jadrae. Dominus Gregorius(!) comes Breberiensis solemniter inivit, fecit et firmavit pro se ipso et gente sua, ac suis subditis et nomine communis et hominum Almisii meram, puram et firmam treguam usque ad unum annum completum cum egregio viro domino Joanne Contareno bone memorie domini Jacobi Contareni ducis Venetorum filio Jadrensi comite recipiente et stipulante, nomine et vice illustris domini ducis Venetorum communis et hominum civitatis eiusdem, nec non habitatorum subiectorum et districtualium suorum, promittens predictus dominus comes Georgius predicto domino Ioanni Contareno Jadrensi comiti recipienti et stipulanti nomine predicti domini ducis, communis et hominum Venetiarum, ut predictum est, quod ipse per se et suos ac homines Almisii non offendet, nec offendi faciet vel permittet in rebus vel personis commune et homines Venetorum habitatores, fideles, districtuales seu subditos dicti domini ducis, sed eos omnes et singulos eorum habebunt salvos et securos ubique. Item eodem modo promisit, quod si ipse tam per se et suos, quam per homines Almissi attemptassent aliquid contra honorem dicti domini ducis et communis Venetorum de terra Pharrae et Braze vel aliqua alia terra, vel loco habente rectorem pro dicto domino duce in terris suis, vel sibi subiectis, remouebit se de huiusmodi attemptamento et de cetero contra honorem eius non attemptabit amplius de terris et locis predictis. Item quod predicti homines de Almisio seu per ullos eorum, vel alicuius eorum, seu per homines qui se receptarent pro eis, vel essent sub eorum dominio, non accostabunt se cum eorum lignis alicui vel aliquibus ligno vel lignis Venetorum vel habitatorum Venetorum fidelium, vel subditorum, ac districtualium dicti domini ducis, nec inferent eis, vel alicui eorum, nec alii vel aliquis qui foret, vel forent in dicto ligno vel lignis, iniuriam, molestiam, damnum, offensionem, vel gravamen in personis vel rebus eorum qui essent in dicto ligno, vel lignis et etiam predictos Venetos, habitatores Venetiarum dicti domini ducis existentes in ligno, vel lignis forinsecorum cum personis vel rebus non offendent, nec eis inferent nec facient iniuriam, molestiam, damnum, offensionem vel gravamen in personis vel rebus eorum. Sed eos omnes et singulos eorum cum personis bonis omnibus et rebus eorum tam in suis, quam in forinsecorum ligno, vel lignis habebunt salvos et securos, nec venient ab Ancona ultra versus Venetos nec a Hya versus Venetos, nisi esset propter fortunam seu austeritatem temporis, in quo quidem neminem offendent tam Venetum quam forensem, sed redibunt intra dictos confines quam citius poterunt. Ceterum si contingeret aliquo casu, quod per dictum dominum comitem, vel per aliquem hominem Almisii, seu

subiectorum suorum daretur damnum alicui Veneto, subiecto, fideli seu districtuali dicti domini ducis et comitis Venetorum, quod ipse dominus comes Georgius teneatur totum damnum emendare, vel dare illos qui damnum dederunt in manibus dicti domini ducis Venetorum infra 30 dies proximos, postquam et sicut per dominum ducem Venetorum predictum fuerit requisitus, redeunte ligno quod dederit damnum in Almisium, vel hominibus ipsius, aut discaricatis, vel missis rebus acceptis in Almisium, vel in terris fideiussorum, vel communium infrascriptorum, vel in terris aliis subiectis predicto domino comiti Georgio quocunque modo, alioquin ab ultimo die ipsorum 30. dierum in antea cadat ad poenam infrascriptam et nihilominus teneatur damnum integre emendare et restituere. Et si accederet, quod illi qui commiserint vel dederint damnum non possent solvere vel restituere, quod acceperint, datis ipsis hominibus in manibus dicti domini ducis, liberetur predictus dominus comes Georgius a damno dato et poena. Insuper predictus dominus Georgius comes per se et suos et nomine hominum et comitis Almisii, ut predictum est, iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro in animam suam et suorum et hominum praedictorum Almisii attendere, observare et adimplere, ac attendi et observari et adimpleri facere omnia et singula suprascripta et non contrafacere, vel venire per se vel per alios, aliqua ratione, ingenio sive causa sub poena librarum 15. millium denariorum venetorum parvorum, qua soluta fideiussores infrascripti sunt absoluti. Et hoc dum terra predicta Almisii esset in manibus dicti domini comitis Georgii et fratrum suorum vel alterius pro eo usque ad terminum supradictum. Et in horum fidem et evidentiam pleniorem dictus dominus comes Georgius presens publicum instrumentum sua bulla ac sigillo cereo communiri mandavit. Versa vice predictus dominus Joannes Contareno Jadrensis comes nomine et vice predicti domini ducis et hominum Venetorum habitatorum, subiectorum, fidelium, districtualium suorum inivit, fecit et firmavit meram puram et firmam treguam usque ad predictum annum continuum et completum cum supradicto domino comite Georgio recipienti et stipulanti tam suo et suorum nomine, quam nomine hominum et comitis Almisii, promittens, quod predictus dominus dux pro se seu pro comite et homines Venetiarum habitatores, fideles, districtuales, seu subditos non offendent, nec offendi facient, nec offendi permittent in personis vel rebus predictum dominum comitem Georgium nec comitem et homines Almisii nec alicuius eorum homines, vel subditos ubicunque existentes; sed eos omnes et singulos in personis et rebus tam in mari quam in terra Almisii et sui dominii habebunt salvos et securos. Ceterum si dictus dominus comes Georgius veniret Venetias occasione eundi ad curiam domini papae vel alia occasione, dictus do-

minus dux per se et per dictos omnes suos habebit et haberi faciet eum cum sua comitiva in personis et rebus salvum et securum Venetiis veniendo, stando, eundo et redeundo.

Lucius De regno Dalm. et Cr. l. IV. c. 9. 185—6. — Lucius Mem. de Traù. I. p. 129 (spominje) — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 96. — Kukuljević Reg. no. 1487.

63.

1292, 12. februara. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim ustanovljuje se prodaja zemlje Gorice.

Nos capitulum Chazmensis ecclesie tenore presencium significamus vniuersis, quod Petres filius Petri ab una parte, ab altera autem magister Thomas plebanus de Hotkou vice et nomine domini sui magistri Pauli dicti Chack personaliter coram nobis constituti, idem Petres terram suam Goucha vocatam ipsum solum, sicut dixit, contingentem et totaliter omnino cum utilitatibus suis omnibus confessus est vendidisse eisdem [Paulo dicto Chack] suisque per eum heredibus pro sexaginta marcis plene, sicut retulit, acceptis irrevocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Mete autem. . . . . sicut magister Petrus concanonicus noster archidiaconus Chazmensis, quem ad faciem eiusdem miseramus, nobis retulit ad nos reversus presentibus commetaneis et vicinis pacifice et quiete erecte taliter distinguntur. Videlicet prima meta incipit a parte [orientali] et vadit de quadam mlaka versus partem occidentis ad magnam viam, que est inter terram Paulus (!) et Goricha. Inde in eadem via procedens venit ad arborem gartan cruce signatam. Inde ad dumum rakatya, deinde ad duas metas terreas, ubi continuantur terre Dyonisii. Inde ad viam cruce signatam, ubi est meta terrea. Inde declinat versus partem septemtrionis et pervenit ad arborem fiz. Inde declinat per quandam viam versus partem orientis ad metam terream, ubi continguatur terre Benedicti filii Rodini. Inde ad arborem gartan cruce signatam meta terrea circumfusam. Inde ad arborem harazth cruce signatam. Inde per eandem viam in magno spacio venit ad unam mlakam, ubi est meta terrea. Inde versus meridiem procedens venit ad arborem piri cruce signatam. Inde tendens versus partem orientis iuxta eandem mlakam venit ad arborem scil cruce signatam. Inde procedens venit ad arborem harazth cruce signatam. Inde in modico spacio procedens cadit in caput Pollarini. Inde transiens venit ad arborem harazth cruce signatam. Inde

versus meridiem procedens pertransit unam mlakam, iuxta quam in vicinitate predicti Benedicti in magno spacio procedens venit ad metam priorem ibique terminatur. In cuius rei memoriam et robur presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post octavas purificacionis beate virginis. Anno domini M CC° nonagesimo secundo.

Cod. patrius VII. 227, no. 185. — Po originalu u arkivu grofova Nyaria u trenčinskoj županiji.

Kukuljević Reg. no. 1488.

64.

1292, 27. februara.

Andrija kralj ugarski i hrvatski dariva Stjepanu banu zemlju Drežnik.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium harum serie volumus peruenire, quod Stephanus banus filius comitis Stephani quandam terram Dresnek vocatam a nobis petiuit sibi dari; verum quia nobis de qualitate et quantitate dicte terre veritas non constabat, fidelibus nostris capitulo Zagrabiensi dedimus in mandatis, ut vnum ex ipsis pro testimonio mitterent fidedignum, coram quo Petk de Zana homo noster reambulando dictam terram presentibus commetaneis et vicinis statueret ipsi Stephano bano, si non fieret(!)[1] contradictum; contradictores vero si qui fierent ad nostram presenciam contra ipsum Stephanum banum euocarent ad terminum competentem. Quod quidem capitulum demum nobis rescripserunt in hec uerba: Excellentissimo domino suo Andree dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Zagrabiensis ecclesie oraciones pro eo ad dominum tam debitas quam deuotas. Litteras excellencie uestre recepimus continentes, ut unum ex nobis virum ydoneum mitteremus cum Petk de Zana homine uestro, coram quo idem Petk terram de Dresnuk(!) reambularet presentibus commetaneis et vicinis et statueret eandem Stephano bano filio comitis St[ephani], si non fieret(!) contradictum; contradictores uero, si qui fierent, citaret eosdem in presenciam uestre celsitudinis ad terminum competentem, et post hec qualitatem et quantitatem predicte

---

[1] Inače obično: fuerit.

terre et cursus metarum ac nomina contradictorum nec non tocius facti seriem uestre celsitudini fideliter rescriberemus. Nos itaque precepto magnitudinis uestre occurrentes, ut tenemur, vnum ex nobis virum ydoneum cum predicto homine uestro transmisimus, quo presente idem homo uester antedictam terram de Dresnuk(!) reambulauit distingendo eandem a commetaneis et vicinis, ipsam undique circumiacentibus aduocatis et presentibus vicinis eiusdem vniuersis statuit ipsi Stephano bano nullo contradictore existente. Cuius quidem terre Dresnuk mete et limites tali ordine distinguntur: primo incipit a monte Ozlicha vocato iuxta aquam Corona(!) prope ecclesiam sancti Georgii a parte orientali iuxta terram Myloam(!) filie Recle de Dresnek et cognatorum suorum in uicinitate Wlchyna filii Draguzlow et generaciones(!) eiusdem ultra aquam Corona; quorum terra et vicinitas distingitur a parte sinistra ultra aquam supradictam, a parte uero dextra remanet terra de Dresnek memorata; deinde per meatum eiusdem aque superius a parte orientali tendit in magno spacio et peruenit ad uicinitatem et terram Jako filii Iwan et Ytem[er]ii filii Wranisa de genere Chlococi; deinde per meatum eiusdem aque similiter in magno spacio procedendo iungitur vicinitati terre comitatus Wyuar, ubi nunc residet Jhoannes filius Marchizlay; inde de ipsa aqua exit procedens aliquantulum uersus partem meridionalem et peruenit ad vnam vallem P[re]dol vocatam, ubi meatus aque tocius Corone remanet comitatui Wyuar; et per eandem vallem procedendo superius cadit iterato in aquam Corona supradictam et ibi separatur a uicinitate et terra comitatus Wyuar supradicti et ibi transit ipsam aquam versus orientem et peruenit ad unam arborem thwl vocatam, ubi cursus et vicinitas terre Dresnuk iungitur vicinitati et possessioni terre Zlawna filii Zlawna de genere Gezlici et terre hospitum de Toplica que Regis[1] nuncupatur; deinde procedit in bono spacio et peruenit ad unum lapidem Solumkw uocatum cruce signatum; inde tendit superius et peruenit ad unam viam magnam, que ducit ad uallem Ihelendol[2] uocatam versus partem meridionalem; et currit per eandem vallem et viam versus Gozd, iungitur vicinitati et possessioni Mathey et Bartholomei filiorum Grobesa, quorum terra et possessio a parte sinistra vallis ipsius et vie separatur, a parte vero dextra remanet terra Martini comitatus[3] de Dresnuk(!) memorati; et per eandem vallem et viam procedit versus Gozd et peruenit ad unum montem Twluzmurh vocatum, ubi iungitur vicinitati comitatus de Gorboa et currit in uicinitate dicti comitatus, in magno spacio peruenit ad alium montem Cheremoznik vocatum, ubi terra dicti Martini de

[1] Kraljevo?
[2] Pisano bilo: Ihebendol; pak od b otstrugano suvišno za l.
[3] comitis?

Dereznek(!) a uicinitate dicti comitatus de Gorboa separatur; et eundo in eodem monte peruenit ad terram Hepen filio Crisich de comitatu Dresnek supradicto et tendit in montem Gozd uersus occidentem peruenit ad alium montem Obnognicha vocatum, ubi iungitur vicinitati comitatus de Gorboa et currit in uicinitate dicti comitatus in magno spacio, peruenit ad alium montem Cheremoznik vocatum, ubi terra dicti Martini de Dresnik(!) a uicinitate dicti comitatus de Gorboa separatur; et eundo in eodem monte peruenit ad terram Hepen filii Crisich de comitatu Dresnuk supradicto, et tendit in montem Gozd uersus occidentem, peruenit ad alium montem Obnognicha uocatum, ubi iungitur vicinitati comitis de Gecke, ubi terra et termini eiusdem comitatus remanent ad partem sinistram, e parte vero dextra terra seu vicinitas comitatus de Dresnuk antedicti; deinde eundo per eundem montem directe descendit ad quandam planiciem Zaburuzka vocatum; et per eandem planiciem procedit parum et peruenit ad sessionem seu fundum Krasina filii Radech de comitatu de Modros, ubi iungitur uicinitati eiusdem comitatus et separatur a uicinitate comitatus de Gecke supradicti ibique terra dicti Hepen de Drasyn(!) terminatur et iungitur terre Martini filii Mlatk de eodem comitatu de Dresnuk, ubi asscendit in Gozd ad unum montem maximum Wztri[1] vocatum ad partem occidentalem in uicinitate terre comitatus de Modrus antedicti; deinde procedit in eodem monte Vztri[1] in magno spacio peruenit ad caput aque Mereznіche vocate et descendit per ipsam aquam in bono spacio similiter in parte occidentali, peruenit ad molendinum Gerchetin filii Ozrina de comitatu Modros et ibi exit de aqua prefata et peruenit ad uillam Vlina uocatam de Modros; et de ipsa uilla tendit usque portam Chykoga uocatam superius ad montem; et in ipso monte procedendo parumper descendit ad quandam planiciem et cadit in unam magnam uiam, que ducit ad aquam Corana(!) directe superius nominatam, ubi cadit in eandem aquam Corana et ibi a parte sinistra vicinitas seu comitatus de Modrus separatur, a parte uero dextra remanet terra de Dresnuk memorata, ubi ipsa terra Dresnuk iungitur terre seu possessioni St[ephani] et Radizlay banorum filiorum comitis St[ephani], et Nycolay, St[ephani] et Johannis comitum ac fratrum eorundem filiorum comitis Bobonig et cognatorum seu generacionum eorundem; in quorum vicinitate in dicta aqua Corona superius procedendo directe ad partem septemtrionalem peruenit ad terram Myloan filii Bolok(!) ad prefatum montem Ozlicha superius annotatum, ubi cursus, distincciones, mete seu limitaciones tocius terre comitatus de Dresnuk terminantur. Nos igitur consideratis fidelitatibus et

[1] U potvrdi falsificiranoj kralja Ljudevita od g. 1364.: Wzoy.

seruiciorum meritis ipsius Stephani bani, que nobis cum suprema fidelitate inpendit et inpensurus est in futurum, ipsam terram Dresnek cum pertinenciis suis dedimus, donauimus et contulimus ipsi St[ephano] bano et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M^{0}CC^{0} nonagesimo secundo, quarto kalendas marcii, indic[c]ione quinta, regni nostri anno secundo.

Original dobro sačuvan, pisan lijepom minuskulom u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 38.483. (Bivši arkiv frankopanski u Porpettu no. 9). Na listini vide se prorezi, kuda je išla uzica za viseći pečat.

Na hrptu savremena bilješka pisana pismom knjiga: »Regis Andree pro terra Dresnek«, a na to odmah nadovezauo drugom savremenom rukom lijepim pismom listina (minuskulom): »Qualiter Stephano bano donauerat«.

Osim toga ima rukom XVI. vijeka vlastoručni potpis na njoj: Juroy Trrzatski.

Od ove listine postoji 1. falzificirana izvorna potvrda kralja Ljudevita od god. 1364. (bez pobližega datuma!) Ib. M. O. D. L. no. 38.484. (Porpetto 16); 2. potvrda kralja Matije od god. 1487. 24. februara, koja osim ove listine sadržaje još druge, — kako to moli: »Fidelis noster spectabilis et magnificus Nicolaus comes de Frangapanibus exhibuit et presentauit nobis quasdam quatuor litteras, primas scilicet condam domini Andree regis super quadam terra Dresnek vocata . . . . , alteras vero nostras similiter donacionales super castro Thersacz et opido consimiliter Thersacz, nec non districtibus siue goneracionibus Newgrad et Dresnek prescripta ac possessionibus Kwzmych et Rwncza vocatis omnino in comitatu Zagrabiensi existentibus et habitis (od god. 1475. 29. juna): tertias autem honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis superinde statucionales priuilegialiter emanatas (1475. aug. 16.), quartas deinde et vltimas fidelium nostrorum egregiorum Gaspar Bodo de Gewrgy ianitorum reginalium magistri et Johannis de Korothna prothonotarii palatinalis. . . . . quibus mediantibus iidem superiori anno cum scilicet nos eosdem pro audiendis reuidendisque cunctis litibus et querimoniis incolarum eorundem regnorum nostrorum Dalmacie et Croacie ac Sclauonie cum plena auctoritate nostra ad eadem regna nostra deputaueramus, prefatum castrum ac oppidum . . . eidem comiti perpetuo adiudicassent (1486. septemb. 30.)« — a nalazi se u prijepisu originalnom kaptola zagrebačkog u formi knjige od g. 1492. maja 7. u istom arkivu M. O. D. L. no. 38.485 (Porpetto 89.)

Thallóczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blag. 54—55. no. 27. — Kukuljević Reg. no. 1489.

65.

1292, 4. marta. U Rimu.

Nikola IV. papa nadbiskupu zadarskomu, neka zaštiti Lamberta biskupa krčkoga.

Venerabili fratri archiepiscopo Jadrensi. Querelam venerabilis fratris nostri Lamberti Veglensis episcopi recepimus continentem, quod licet Nicolaus dictus rubeus diaconus canonicus Veglensis olim vicarius bone memorie Marini Veglensis episcopi predecessoris ipsius Lamberti episcopi, eodem Marino episcopo vivente ipsoque viam universe carnis ingresso, nonnulla de bonis episcopatus Veglensis habuerit: de quibus eidem Marino episcopo, dum vivebat, minime satisfecit, idem tamen Nicolaus prefato Lamberto episcopo de illis satisfacere pro sua voluntate recusat. Quare idem Lambertus episcopus nobis humiliter supplicavit, ut cum ipse propter subterfugia, versutias, cavillationes ipsius Nicolai non confidat se posse de eo in illis partibus suam iustitiam obtinere, providere sibi in hac parte faciendo, sibi apud sedem apostolicam de Nicolao prefato iustitie plenitudinem exhiberi misericorditer dignaremur. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatum Nicolaum ex parte nostra moneas efficaciter et induces, quod eidem Lamberto episcopo de premissis omnibus infra duorum mensium spatium post monitionem suam integre satisfaciat, ut tenetur. Alioquin ipsum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra alterius mensis spatium predictum immediate sequentis compareat corporaliter coram nobis facturus et recepturus super hiis, quod ordo dictaverit rationis. Diem vero monitionis, citationis et formam et quicquid inde duxeris faciendum per tuas litteras harum seriem continentes nobis sub sigillo tuo, aut per instrumentum publicum fideliter intimare procures. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem, IV. nonas martii, anno quinto.

Nicol. IV. an. V.º ep. 16. Reg. Vat. no. 46. f. 190. — Po prijepisu Jelićevom.

66.

1292, 13. marta. U Zadru.

Vučina Matafari izabire za svoga branitelja Pavla Bosiaka, da mu utjera dug od Nadihe i Radoslava u Ninu.

In Christi nomine. Amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quinta, die tercio decimo intrante marcio, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradenici incliti ducis Venecie et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareno egregi comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Vulcina de Mathafarro ciuis Jadre, quomodo facio constituo et ordino meum nuncium specialem, actorem et procuratorem, uel quo melius nuncupari possit, Paulum de Bosiaco nuncium Jadrensem presentem et suscipientem. Ut per me ac meo nomine et vice liberam habeat uirtutem et potestatem exigendi petendi et accipiendi a Nadiha plebano ecclesie sancti Michaelis de Nona et a Radoslauo pro tota comunitate None nunc camerario libras ducentas denariorum venetorum paruorum in duplo et expendio: quas ipse Nadiha plebanus et Radoslauus camerarius mihi dare tenentur, secundum quod continetur per publicum instrumentum factum per Petrum nonensem notarium quod sic incipit: In Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, mensis madii, sexto die exeunte, indictione quinta decima None etc., ut in eo legitur, in omnibus et desuper omnimode petendi, exigendi, excuciendi, placitandi, aduocatorem tollendi, intromittendi, interpellandi, et si necesse fuerit in animam meam iurandi et omnimode exercendi, et caitam principalem debiti incidendi, et finem quietacionis faciendi, et omnia alia necessaria in predictis et circa predicta, secundum quod egomet in propria persona facere possem, si presens adessem, in curia et extra curiam cum carta et sine carta, nec non promittens firmum ratum et gratum habere et tenere perpetuis temporibus quidquid per predictum procuratorem meum factum seu procuratum fuerit in premissis et circa premissa, et nunquam ego aut mei heredes uel successores contrauenire modo aliquo, forma uel ingenio sub obligacione omnium bonorum meorum presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus scilicet presbitero Marino filio Qualisi et Damiano filio Dese de Fanfogna ciuibus Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Vite de Petrina examinator manum misi.

Ego Johannes Quali Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, vt audiui, hanc cartam scripsi, roboraui et meo signo signaui.

(Signum notarii).

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana Caps. V. no. 96.

67.

1292, 12. aprila. U Napulju.

Karlo Martelo napuljski potvrdjuje Ivanu sinu Henrika bana neke zemlje.

Scriptum est per eundem dominum regem Vngarie nobili viro magistro Johanni filio Henrici bani de Vngaria dilecto fideli suo etc. Cedit nobis ad gloriam etc. Pensatis itaque gratis servitiis, que illustri regi Vngarie quondam domino Ladislao, avunculo nostro carissimo prestitis et nobis ad presens in agendis ipsius regni exhibetis et exhibere poteritis in futurum, vestris peticionibus annuentes, dacionem, donacionem et tradicionem factam vobis et magistro Georgio nato vestro in perpetuum in pheudum nobile de comitatibus Soprunii et Castri ferrei de pertinenciis prefati regni Vngarie per principissam magnificam dominam Mariam regnorum Jerusalem et Sicilie et tunc Vngarie reginam etc. tenore presencium confirmamus etc. Datum Neapoli die XII. aprilis, V. indictionis.

Reg. Ang. U Napulju.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 37. — Wenzel Acta extera I. 87—88. — Ova je listina potvrdjena Karlom II. 1295. 1. aprila.

68.

1292, 18. aprila. U Senju.

Mihajlo de Vezanello iz Krka dariva samostanu Malobraćana u Senju svoju kuću.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta,

die decimo octavo intrante aprili; tempore equidem domini nostri Andree dei gracia serenissimi regis Hungarie et domini Nicolai eadem gracia Segniensis episcopi, ac nobilis viri domini Johannis, Vegle, Vinodol, Modrusse et Gezke comitis nec non Segnie perpetui potestatis, et domini Phylippi vicecomitis, ac dominorum: domini Conradi, Dessegna et Raduchi iudicum civitatis eiusdem. Ibique dominus Michael de Vezanello de Vegla sponte et scienter per se suosque heredes et successores dedit, donauit ac tradidit titulo pure et irrevocabilis donationis, que dicitur inter vivos, fratribus minoribus de Segnia pro anima sua et pro anima domine Stassie quondam uxoris sue quandam suam domum, que est in Segnia, apud domos domini Leonardi comitis Vegle, Vinodoli et Modrusse, quadam via communis in medio ex uno latere, et apud domos domini Mugne via communis in medio ex altero latere; et ex tercio latere adheret vie publice, et si qui alii sunt confines. Tali vero pacto et conditione scilicet, quod dicti fratres de Segnia vel eorum procurator non possint dictam domum vendere, donare, alienare, commutare seu perpetuo alicui obligare vel impignorare, sed affictetur per dictorum fratrum procuratorem de consilio g[u]ardiani fratrum dicti loci, et fitus(!) siue fructus dicte domus deveniat in utilitatibus et serviciis fratrum de Segnia et sine diminutione aliqua conuertatur. Si vero contingeret aliquando, quod dictus dominus Michael veniret in Segniam ad morandum causa necessitatis alicuius et vellet manere et stare in dicta domo, possit stare et habitare in ea sine aliquo fratrum obstaculo nec ullus ipsum valeat prohibere. Cum autem recesserit de Segnia seu decesserit de hac vita predictus dominus Michael, tunc prefata domus totaliter ac libere deueniat ad fratres predictos secundum modum, condicionem et pactum superius nominatum et expressum cum omnibus suis iuribus, rationibus, actionibus, progressibus et egressibus, utilitatibus . . . . sum et cum omni melioramento, quod esse poterit in eadem domo in futurum. Et promisit idem dominus Michael per se suosque heredes ac successores dictam domum defendere et discalumpniare predictis fratribus ab omnibus personis contradicentibus ac calumpniantibus, et non contrauenire per se vel per alios sub pena librarum centum ducatorum paruorum venet[orum] et dampni ac expensarum. Renunciando omnibus consuetudinibus, legibus et statutis cuiuslibet provincie, ciuitatis vel loci nec non priuilegio fori, ac omnibus aliis exceptionibus, iuribus et priuilegiis tam canonicis quam ciuilibus, per que contra predicta posset venire aut allegare, ac istud publicum instrumentum in aliquo impedire. Actum est hoc in Segnia presentibus dominis Radulfo de Viuario, magistro Jacobo de Pisis physico, Pet[r]o de Barthe de Jadra olim vicecomite Segnie, Macarelo

de Pola, Richardo de Gaieta notario et Nicolao de Verona notario duorum comitum Johannis et Leonardi testibus vocatis et rogatis.

(Drugi rukopis).

Ego Beneuenutus vicecomes Segnie examinator manum misi.

Ego magister Petrus physicus et Segnie generalis notarius predictis interfui et rogatus, ut audiui, scripsi et roborau ac solito meo signo signaui.

(Signum notarii).

Original u arkivu samostana na Trsatu no. 1. E.

69.

1292, 9. maja. U Zadru.

Domaldo Zadulino prodaje Dobrici zemljište u Zadru.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense madii, die nono intrante, indicione quinta, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradinici (!) incliti ducis Venecie et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Ego namque Domaldus Zadulinus ciuis Jadre fateor, quomodo vendo atque transacto tibi quidem Dobriçe filie naturali condam Marini Bertaldi habitatrici Jadre vnum locum meum sex passum et quarte partis passus vnius ad passuum comunis Jadre positum Jadre ad Maraphoro versus boream iuxta viam puplicam, versus trauersam iuxta locum Priue, uersus quirinam iuxta locum Radoscii et uersus austrum iuxta anditum discohopertum comunem, tibi et omnibus vicinis tuis superioribus, mediocribus et inferioribus; ad cuius anditi transitum, egressum et regressum relinquere debes vnum brachium et quartam partem alterius brachii de mensura ipsius loci tui, in quantum idem locus tuus iugiter se protendit in trauersam et quirinam; cum omni longitudine et latitudine loci ipsius, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram, quam supra terram, atque cum omnibus iurisdiccionibus, racionibus et iuribus hiis; amodo cum plena virtute, auctoritate, racione et potestate totam ac omnimodam voluntatem tuam ex eo pro anima et corpore faciendi, nemine tibi exinde in perpetuum contradicente. Ob quam vendicionem, dacionem et transactacionem tu suprascripta Dobriça mihi bene et plenarie pro precio et in pecunia numerata dedisti et persoluisti libras quinquaginta denariorum paruorum, de quibus iam pacatum me

teneo. Vnde ego predictus Domaldus Zadulinus cum heredibus et successoribus meis debeo et teneor tibi tuisque heredibus et successoribus prefatum locum cum pertinenciis suis omnibus ab omni homine ipsum calumniante defensare et excalumniare super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus videlicet Gregorio de Corlaco et magistro Luca Jaderentibus et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Creste Mathey de Georgio examinator manum missi.

Ego Johannes diaconus sancte Marie maioris et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui, hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 14.

70.

1292, 10. maja. U Trogiru.

Trogirani prodaju na tri godine svoj dohodak kraj mosta.

1292. die 10 intrante madii domini Symon et Gausigna comitis Marini, Marinus eorum nepos pro eorum parte et nomine domini comitis Georgii et Salomon pro parte sua, et Gregorius domini Luce nomine domini episcopi pro ipsius parte, eorum bona et propria voluntate vendiderunt et dederunt predicto domino Symoni potestati nomine et vice comunis Tragurii recipienti, generali et maiori consilio dicte civitatis ibidem congregato presente et volente, a crastina die in antea ad tres annos proximos uenturos totam intratam et proventus, quam et quos habent et habere debent ipsi et ipsorum quilibet, vel aliqui alii pro eis de porta et pro porta civitatis prope pontem ad habendum, tenendum, possidendum, recipiendum et recipi faciendum et quidquid de ipsa intrata seu proventibus per totum dictum tempus trium annorum dicto comuni placuerit faciendum, promittentes predicti domini Simon Gauzigna et Marinus pro eorum parte tantum et dictus dominus Gregorius pro parte domini episcopi, pro quo etiam promisit, quod firmum habebit per eos et suos heredes dicto domino potestati pro dicto comuni recipiendi, de predictis litem aliquam vel questionem per totum dictum tempus trium annorum non facere vel movere, immo predicta omnia pro parte eis contingenti firma et rata habere et tenere. Et hoc fecerunt

pro 40 libris venetorum parvorum pro quolibet anno pro tota intrata dicte porte, quas 40 libras comune Tragurii solvere debeat pro quolibet anno in festo sancti Michaelis de septembro, hoc tamen addito, quod si predicti, vel aliquis ipsorum emerint de introitibus comunis excepto de bevaria seu cresta, debeant partem sibi contingentem de ipsis 40 libris, in ipsa emptione comprensabunt et computabunt. Predicta omnia in invicem inter eos facere et observare promiserunt et contra non facere, vel venire sub pena centum librarum et obligatione bonorum dicti comunis et bonorum ipsorum dominorum Simonis, Gausigne, Marini et Georgii, de quibus facte sunt due similes litere una comuni et alia predictis dominis Simoni, Gausigne. et Marino.

Lucius Memorie di Traù 98.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 105—106. — Fejér Codex dipl. Hung. VII. 4. 222. donosi regest. — Kukuljević Reg. no. 1493.

71.

1292. 25. maja. U Požegi.

Kaptol požeški daje jednomu svomu drugu jednu zemlju pod uvjetom, da svake godine o duhovima dade jedan ferton.

Magister Laurencius prepositus ecclesie sancti Petri de Posaga omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod nos attendentes nobilitatis probitatem nobilis viri Zah filii Farcasii et puram devocionem, quam in persona nostra habet, nec non considerantes fidelitatem et meritoria servicia magistri Petri, fratris eiusdem, concanonici nostri, que nobis exhibuit et exhibere se promittit in futurum, quandam particulam terre, de terra ecclesie nostre exceptam, iuxta terram eorumdem a Tristano filio Gutharth precio comparatam, adiacentem, pro curia eisdem Zah et magistro Petro ac ipsorum successoribus, quamdiu fideles ecclesie et nobis extiterint, dedimus, donavimus et assignavimus perpetuo possidendam; ita tamen, quod singulis annis in festo pentecosten pro ipsa particula terre nobis aut nostris successoribus solvent unum fertonem. Dicimus eciam, quod quandocumque eisdem Zah et magistro Petro ipsam particulam terre resignare placuerit, soluto fertone, edificia sua, que super ipsa terra per eosdem edificata fuerint, vendendi, seu asportandi liberam habeant facultatem. Cuius terre prima meta incipit a parte septemtrionali ubi exit

de Syuoch potoka in dumum avellanarum et ibi in dumo est meta terrea, inde vadit ad orientem per quoddam mege ad metam terre, de inde ad finem ipsius mege iterum ad metam terream, inde reflectitur ad meridiem ad aliud mege ad metam terream, de inde per ipsum mege tendit ad orientem ad metam terream, ab hinc in fine ipsius mege est meta terrea, inde coniungitur ipsum mege ad tercium mege et reflectitur per ipsum ad meridiem ad metam terream, inde per eundem mege eundo venit usque viam iuxta quam est meta terrea, inde per eandem viam vadit ad occidentem et venit in Syuoch potoka, et contra cursum aque venit superius ad primam metam et ibi terminatur. In cuius rei memoriam et nostre donacionis munimen ac perpetuam stabilitatem nos presentes litteras nostras predictis Zah et magistro Petro concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in die pentecosten. Anno domini MCC nonagesimo secundo.

Original u arkivu grofova Draškovića u Trakošćanu fasc. 22. no. 3. Na modroj lanenoj vrvci visi sačuvan pečat, u sredini stoji fratar držeći obima rukama knjigu, a na okolo: † S. LAVRENTII.

Cod. dipl. patrius VI. 382. — Kukuljević Reg. no. 1494.

72.

1292, 4. juna. U Ankoni.

Ugovor izmedju Dubrovnika i Ankone.

In nomine domini et gloriose Virginis Marie amen. Cum hoc esset quod quedam pacta et convenciones essent inter comune Ragusii eiusque sindicum ex una parte, et comune Ancone eiusque sindicum ex altera super daciis et immunitatibus seu libertatibus, condicionibus habendis ab vtroque dictorum communium in territorio et iurisdiccione ipsorum communium ab altero ipsorum vicissim; ex quibus pactis et conuencionibus alique obscuritates sine dubio procedebant, ac eciam multa deerant seu deficiebant, que ad vtilitatem ipsorum communium spectabant, nec non et singularum personarum; ideirco pro euidentissima vtilitate cuiuslibet communium prefatorum, ne aliqua scintilla scandali ex obscuritate aliqua dictorum pactorum inter prefata communia oriretur et vt de nouo ad[in]ueniatur via vtilis communibus predictis et singularibus eorundem; propterea nobilis vir dominus Grubessa Badigne (!) ciuis ragusinius, sindicus et procurator nobilis viri domini Andree Dandolo, nati quondam clare memorie domini Johannis Dandoli illustris

ducis Venetorum, comitis ciuitatis Ragusii et iudicum et consiliariorum ciuitatis eiusdem et ipsius ciuitatis, ad tractandum et componendum et firmandum pacta et conuenciones cum communi Ancone specialiter constitutus ex una parte; et nobilis vir dominus Dominicus Prandi sindicus et procurator nobilis militis domini Thomasii de Henzola potestatis Ancone et communis ipsius ciuitatis, ad dicta pacta tractanda componenda et firmanda constitutus ex altera, ad infrascripta pacta et condiciones et modos inuicem et sponte et scienter peruenerunt videlicet: Primo, quod omnes et singuli Ragusini, sani et naufragy, quod deus auertat, possint et valeant venire, stare, morari in portu Ancone et in ciuitate Ancone eiusque districtu libere et absolute cum omnibus rebus et mercacionibus, que oriuntur in Sciauonia, et ipsas vendere hominibus de Ancona; tum et ab ipsis de Ancona eciam emere et redire valeant sine aliquo dacio, quod non tollatur ab eis, neque ab illis de Ancona, qui emerent ab ipsis Ragusinis modo aliquo vel ingenio, excepto serico tracto, et exceptis fonicellis, de quo et de quibus, quod vel quos predicti Ragusini deferrent seu deferri et portari facerent in Anconam vel eius portum, soluant et soluere debeant communi Ancone daciam et duanam, sicut alii forenses soluunt, scilicet XL. solidos Anconitanos pro centenario libram denariorum; granam autem, que oritur in Sciauonia, quam predicti Ragusini deferent seu deferri facient in portum Ancone, ipsi non possint eam discarcare in Ancona, donec non denunciauerint et demonstrauerint granam duanariis communis Ancone, vel officialibus, qui fuerint deputati per commune Ancone ad videndum, cernendum et cognoscendum ipsam granam, vtrum sit vel esset de Sciauonia vel de Romania; et si quidem ipsa grana reperiatur de Sciauonia, predicti Ragusini sint de ipsa grana liberi et absoluti sine aliquo dacio, ut de aliis rebus Sciauonie, si vero ipsa grana reperiatur de Romania, soluant et soluere debeant de ipsa grana duanam et daciam communi Ancone sicut alii forenses qui sunt reddabiles, scilicet XL. solidos anconitanos pro centenario libram denariorum. Et quod si predicti Ragusini ipsam granam non assignauerint et demonstrauerint, vt dictum est, soluant et soluere teneantur de ipsa grana de Sciauonia dacium et duanam communi Ancone duplum eius, quod soluere debent de grana de Romania, scilicet IV. libras anconitanas pro centenario libram denariorum. Item quod predicti Ragusini possint et valeant venire et stare in portu, et in civitate Ancone libere et absolute cum singulis infrascriptis rebus et mercacionibus Romanie, scilicet coramine, coriis domesticis et silvestribus, cera et pillizariis domesticis et siluestribus, ac eciam degamine, et ipsas res vendere hominibus de Ancona; tamen, vt dictum est, sine aliquo dacio, quod non tollatur ab

eis, neque ab ipsis de Ancona, qui emerent a dictis Ragusinis. Quod si accideret, quod Ragusini nollent vendere res supradictas, et vellent ipsas extrahere de Ancona tam per mare quam per terram, licitum sit eis extrahere; ita tamen, quod soluant et soluere teneantur communi Ancone duanam, scilicet XL. solidos pro centenario libram denariorum valoris ipsarum rerum et mercacionum, quas extraxerint. Item quod Ragusini, qui venirent cum eorum nauibus et lignis in portum Ancone, si discarcauerint suas mercaciones in Ancona et deinde carcauerint, ad arboraticum aliquod soluendum minime teneantur; si vero discaricauerint, et non carcauerint Ancone, soluant arboraticum. Item quod Ragusini qui portabunt et portari facient res et mercaciones in Anconam eiusque portum de Tuscia, de Lombardia, de Romandiola, et de tota riueria dictorum locorum, tam per mare, quam per terram, soluant et soluere debeant communi Ancone duanam scilicet XX. solidos pro centenario libram denariorum de dictis mercacionibus et rebus dictorum locorum; de avere autem et mercacionibus Apulee tractentur predicti Ragusini Ancone, ut hactenus est consuetum; semper tamen saluis capitulis et ordinamentis communis Ancone, que loquuntur de frumento, blaua, vino, sale et lignamine, que vehuntur et portantur Anconam. Item quod Ragusini, qui de partibus ultramarinis et barbarinis cum rebus ipsarum parcium, seu Levantis et Barbarie venient cum nauibus de Ancona causa applicandi et disscarcandi Ragusii, siquidem non applicabunt seu disscarcabunt apud Ragusium, sed venerint Anconam, et voluerint dicti Ragusini vendere dictas mercaciones Ancone, solvant et solvere teneantur duanam communi Ancone scilicet XL. solidos pro centenario librarum denariorum. Sin autem vendere noluerint Ancone, et ipsas res extrahere voluerint de Ancona causa portandi Ragusium, liceat eisdem Ragusinis eas extrahere libere sine aliquo dacio, dummodo dent communi Ancone ydoneam securitatem de portando ipsas res Ragusium tantum. Item quod si dicti Ragusini, qui cum eorum nauibus et lignis carcabunt Ragusii vel in aliquo alio loco tocius riuerie Sciauonie, euntes per dictam riueriam vsque Venecias, et a Veneciis redeuntes per dictam riuam versus Ragusium, et casu fortuito mali temporis vel corsariorum timore, vel quod nauis immitteret aquam, venerint ad portum Ancone; liceat eisdem discarcare in terram, et carcare dictas res, et inde exire sine aliqua dacia soluenda, dummodo portent res ipsas in illam riuam Sciauonie vel Veneciarum. Sin autem ipsas res portauerint in hanc riuam, scilicet in Romandiolam, marchiam Ancone, regnum apostolicum, seu per totam Apuleam, quod dicti Ragusini soluant duanam communi Ancone, scilicet XL. solidos pro centenario librarum denariorum. Item quod si Anconitani generaliter prohiberent et ordina-

rent, quod nullus forensis debeat nauigare cum mercacionibus ab Ancona ad partes Romanie et Levantis et extra gulfum; nec quod de ipsis partibus nullus forensis nauigare et venire Anconam debeat cum mercacionibus ipsorum ad certam peciam vel cum certo dacio; quod tunc Ragusini tractabuntur Ancone sicut illi forenses, qui meliori condicione tractabuntur, et quod tempore dicte prohibicionis et ordinacionis per commune Ancone significabitur de dicta ordinacione et prohibicione communi Ragusii per litteras communis Ancone. Quod omnes singuli Anconitani et naufragi, quod deus auertai, possint et valeant ire, stare in quemlibet portum Ragusii et apud Ragusium, totum districtum, tam per mare quam per terram libere et absolute cum omnibus rebus et mercacionibus, de quibuscunque locis deferent seu portari facient, et ipsas mercaciones Ragusii et [in] eius districtu vendere Ragusinis tamen, vel inde extrahere et redire, ac eciam emere sine aliquo dacio soluendo a dictis Anconitanis, neque ab illis de Ragusio, qui emerent ab ipsis de Ancona. Sin autem predicti Anconitani prefatas mercationes discaricarent Ragusii, extrahere vellent extra Ragusii terram, soluant duanam communi Ragusii XL. solidos pro centenario libram denariorum. Si uero per mare extrahere voluerint, liceat predictis de Ancona cum Rag . . . .
aliis forensibus cum suis mercacionibus redire et eas extrahere extra Ragusium, et portare quocunque voluerint libere et absolute sine aliquo dacio, excepto quod si Anconitani predictas mercaciones portaverint in Sciauoniam, seu portari fecerint, soluant et soluere teneantur duanam . . . XL. solidos pro centenario libram denariorum. Et dicta Sciauonia intelligatur a loco, qui dicitur Orenta usque ad flumen Lessi. Et si quidem Anconitani aliquas mercaciones emerent in partibus Sciauonie, et conducerent Ragusium per terram, soluant et soluere teneantur communi Ragusii duanam scilicet XX. solidos pro centenario denariorum; exceptis rebus et mercacionibns ultramarinis, quas si Anconitani portauerint seu portari fecerint apud Ragusium propter necessitatem temporis, vel quod nauis aquam immitteret, vel propter timorem cursariorum, vel propter aliquam aliam necessitatem, quod liceat dictis Anconitanis dictas res discarcare et carcare, et inde redire libere et absolute sine aliqua dacia. Sin autem Anconitani vendiderint de dictis rebus et mercacionibus ultramarinis, quod ab iis, quas vendiderint Ragusii, soluant quintum valoris dictarum mercanciarum venditarum Ragusii communi Ragusii. Item quod Anconitani, qui cum eorum nauibus et lignis applicuerint seu iuerint Ragusium et eius districtum, ad arboraticum aliquod soluendum nullo modo teneantur. Item quod si contingeret, quod Anconitani portent seu portari facient apud Ragusium vel suum districtum vinum vel salem,

quod liceat ipsis Anconitanis sine aliquo dacio et pena dictum salem et vinum extrahere extra Ragusium et districtum eius sine aliquo dacio et pena dicta; tamen dictum salem et vinum non discarchent, nec vendant, nec donent Ragusii [in] eiusque districtu. Item quod si Ragusini aliquo tempore generaliter prohiberent, vel ordinarent, quod nullus forensis possit nauigare cum mercacionibus a Ragusio ad partes Romanie et Levantis et extra gulphum, nec de ipsis partibus nauigare et venire Ragusium cum mercacionibus ipsorum locorum ad certam penam vel cum certo dacio, quod tunc Anconitani tractabuntur Ragusii sicut illi forenses, qui meliori condicione tractabuntur; et quod quando predicta prohibicio et ordinacio fiet per commune Ragusii, denunciabitur per ipsum commune Ragusii per litteras communi Ancone. Que omnia et singula stabilita actum in aneto seu prufello palacii communis Ancone anno M⁰CC⁰ nonagesimo secundo, die IV. mensis iunii.

Savremeni prijepis u c. kr. tajnom arkivu u Beču.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 100—104. — Ljubić Listine I. 151. donosi kratki izvadak. Po njemu: Kukuljević Reg. no. 1496.

73.

1292, 9. juna. U Zadru i Rabu.

Sud radi Novalje na otoku Pagu izmedju Zadra i Raba.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate ipsius currente millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta. Quoniam ducalis aule prouidentia fidelium suorum lites et questiones est solita dei presidio iuste dirrimere et vnicuique atribuere quod suum est, ad eam per ipsos sepe recurrunt, ut odii et maliuolentie, cessante materia inter eos, ipsi suis iuribus contenti tranquilitatis et pacis perpetua felicitate fruantur. Equidem cum inter comune et speciales personas Jadre et comune et speciales personas Arbi et inter comune Jadre et speciales personas Arbi, et inter comune Arbi et specialcs personas Jadre et inter speciales [personas] utriusque comunis dudum et nouiter questiones multe verterentur, et exinde coram illustri domino nostro Petro Gradonico dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie inclito duce per Arbenses primo et per Jadrenses subsequenter multe querimonie de certis confinibus et iuribus in insula Pagi et partibus Naualie atque Chisse, et de damnis illatis, disrobationibus et aliis factis ad hoc principale negotium

pertinentibus deposite extitissent, placuit eidem domino duci nostro eiusque consilio minori et maiori et quadraginta: nos Marinum Reginum, Thomam Viatrum atque Gabrielem Delphinum eligere et constituere iudices diffinitores et sententiatores questionum omnium predictarum cum plenissima potestate laudandi et sententialiter diffiniendi sicut nobis uel maiori parti nostrum uidebitur conuenire. Igitur circa nobis commissa cura et solicitudine intendentes et qui beneplacitis et mandatis prefati domini nostri ducis cupimus totaliter obedire: primo citatis partibus publicis et specialibus, ut ad certum terminum in locis questionum coram nobis comparere deberent et loca omnia ostendere questionum, in quo per ipsa loca euntes oculata fide una cum ipsis omnia loca questionum predictarum uidimus et diligenter intelleximus, tam super questione dictorum confinium, quam super dictis illatis et aliis, que nobis dicere tunc et ostendere voluerunt, porro de voluntate partium ad audiendum et diffiniendum questiones predictas Jadram peruenimus, ibi per longum dierum spatium comitibus ambarum ciuitatum, sindicis earundem et specialibus personis audientiam et intelligentiam exhibentes. Deinde autem requisitis partibus super principali, quod declarent, quidquid petebant de dicto negotio principali: egregius vir dominus Marcus Michael comes Arbensis, Creste de Picega et Martinusius de Slouigna sindici comunis Arbensis, ut patet quodam instrumento sindicatus scripto per Jacobum de Beneuenuto de Teruixio imperialis aule ac Arbensis curie notarium sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta et die quarto, exeunte mense aprili, a me notario uiso et lecto, sindicario nomine et vice dicti comunis Arbensis et pro ipso comuni dixerunt, quod licet confinia comunis Arbensis se extenderent usque ad quandam columpnam lapideam, tamen petebant tantum totum locum et Noualiam cum suis pertinentiis et totam Chissam et castrum Noualie totum cum suis pertinentiis vsque ad illos antiquos muros, qui dicuntur sancta Mauricia recto tramite usque ad mare uersus quirinam et deinde etiam ab ipsis muris sancte Mauricie recto tramite vsque ad quoddam foramen vocatum sclauonice Nyza yama, latine uero profundum foramen, quod est ultra castrum Noualie predictum ex parte australi et deinde a dicto foramine recto tramite vsque ad mare versus trauersam, sicuti continet sententia iuste lata per quondam dominum comitem Federicum. Ex altera uero parte petebant egregius vir dominus Johannes Contareno comes Jadre, Vlcina de Matafaro et Nicolaus Dobri de Begna sindici comunis Jadre, ut patet quoddam(!) publico instrumento sindicatus scripto per ser Federicum imperiali auctoritate notarium et Jadrensem iuratum sub anno incarnationis Christi M⁰CC⁰ nonagesimo secundo, indictione quinta et die vndecimo exeunte aprilis et a me notario infrascripto viso et lecto sindicario nomine

et vice dicti comunis Jadre vsque ad sanctum Michaelem et deinde vsque ad montem; et tandem petebant totum Lonum et totam Noualiam et totam insulam, quam ad Jadrenses pertinere dicebant. Postmodum quoque datis et statutis pluribus terminis ambabus partibus et specialibus personis, quod deberent probare et ostendere quidquid vellent et possent super negotio principali predicto et uti omnibus suis cartis, iuribus et scripturis, quibus uti volebant prefatus dominus Marcus Michael comes et Creste et Martinusius sindici comunis Arbensis supradicti; produxerunt et vsi fuerunt duobus priuilegiis antiquis regalibus, item vsi fuerunt quadam ducali sententia, item quodam exemplo autenticato cuiusdam antiqui instrumenti, in quo fit mentio, quod comes Arbensis nominatur similiter et Chissanus, item quinque brauariis (!) antiquis testificationum Jadrensium, item duobus breuiariis antiquis antiquorum Pagensium, item tribus breuiariis Veglensium antiquis, item quinque breuiariis testificationum religiosarum personarum antiquis, item quadam sententia lata per quondam dominum comitem Federicum de Vegla et aliis quam pluribus instrumentis tam processus, quam etiam aliorum et protestationum. Ex alia parte prefatus dominus Joannes Contarenus comes, Vlcina de Matafaro et Nicola Dobri de Begna sindici comunis Jadre supradicti vsi fuerunt infrascriptis breuiariis conditis ab annis quinque transactis, citra videlicet duobus breuiariis de Sclauonia cum bulla prioris Aurane, item septem breuiariis testificationum hominum de Jubello et Nona, item viginti octo breuiariis testificationum hominum Pagensium, item quatuor instrumentis pro Micha Matafari et Paulo Dobri de Begna et aliis quam pluribus instrumentis protestationum et aliorum, aliis etiam et scripturis quorum omnium exhibita fuerunt exempla et copia ad predictarum partium voluntatem. Preterea intelleximus . . . . [q]uos sindici suprascripti vtriusque comunis et speciales persone coram nobis producere voluerunt et allegationes et iura utriusque comunis et specialium personarum multotiens et sepe et sepius intelleximus diligenter. Quibus peractis, partes interogauimus et speciales personas, si plus allegare et ostendere de ipsorum iuribus volebant, responderunt sindici vtriusque comunis, quod non, et idem dixerunt persone etiam speciales. Vnde auditis iuribus, testibus, probationibus et allegationibus et visis ac lectis predictis priuilegiis, sententia, instrumentis breuiariis et scripturis vtriusque partis et predictis omnibus diligenter examinatis et deliberatione habita et consilio diligenti, nos Marinus Regino, Thomas Viatro atque Gabriel Delphino iudices diffinitores atque sententiatores predicti, spiritus sancti gratia inuocata, concorditer dicimus, laudamus, diffinimus et sententiamus, quod comune et homines Arbenses totum Lonum et totam Noualiam cum suis pertinentiis et totam Chissam et castrum Noualee cum suis

pertinentiis vsque ad predictos antiquos muros, qui dicuntur sancta Mauricia, recto tramite usque ad mare uersus quirinam et deinde etiam ab ipsis muris Sancte Mauricie recto tramite usque ad quoddam foramen vocatum sclauonice Niza yama, latine uero profundum foramen, quod est ultra castrum Noualie predictum ex parte anstrali et deinde a dicto foramine recto tramite vsque ad mare uersus trauersam libere habeant et possideant perpetuo in pascuis, laboribus et ceteris aliis ad suum comodum et profectum absque aliqua contradictione, molestia seu vexatione comunis Jadre predicti et singularum personarum ipsius comunis et districtus eiusdem, saluo quod homines Jadre et eius districtus cum bestiis et sine bestiis habeant et habere debeant transitum siue viam eundo et redeundo ad suas terras et possessiones, videlicet per illam viam que est proximior uersus mare situm (!) infra insulam et saluo quod petia terre aratorie, que fuit[1] Crassicii pagensis et est prope sanctam Mauritiam et extenditur versus Chissam et versus mare a parte quirine, libere remaneat et remanere debeat Miche Matafari Jadrensi superius nominato, cum appareat per instrumenta et testes ipsam suam esse; de aliis vero peciis, de quibus petitiones facte fuerunt per homines Jadre uel Pagi, quia nullam certitudinem ex eis ritam inuenimus, dicimus, laudamus et diffinimus et sententiamus ipsos de ipsis nullam rationem habere. A dictis uero confinibus vltra versus Pagum homines Jadre et eius districtus libere habeant et possideant perpetuo in pascuis, laboribus et ceteris aliis ad suum commodum et profectum absque contradictione, molestia et vexatione comunis et hominum Arbi et eius districtus, et quod predicta omnia ambo comunia et homines ipsorum comunium et districtuum eorum interesse attendere et obseruare teneantur perpetuo et inuiolabiliter et non contrauenire aliquo modo sub pena duarum millium librarum venetorum paruorum per partem non attendentem parti attendenti soluenda; ita quod ipsa pena totiens committatur et exigatur et peti et exigi possit cum effectu per partem attendentem a parte non attendente, quotiens per aliquam ipsarum partium fuerit contrafactum et predicta omnia et singula predictorum non fuerint attendita. Diffinimus et sententiamus . . . . eius districtus euntes per dictum transitum siue uiam damnum fecerint hominibus Arbi et eius districtus, soluere debeant comuni . . . . solidos centum venetorum paruorum et damnum emendare debeant, item dicimus, laudamus, diffinimus et sententiamus quod si quis . . . . uel sine bestiis malo modo intrauerit con-

[1] Dva puta napisano.

fines comunis et hominum Arbensium soluere debeant comuni Arbi pro qualibet uice solidos cen[tum] . . . . Arbi uel eius districtus studiose cum bestiis uel sine bestiis male intrauerit confines Jadrenses, soluere debeat comuni Jadre qualibet u[ice] . . . . [da]mnum quod fecerit debeat emendare. Quibus uero omnibus supradictis penis in totum uel in partem solutis uel non solutis presens sententia robur o[btineat] . . . . [die nono[1]] intrante iunio in ecclesia sancte Anastasie archiepiscopatus Jadre. Presentibus Stano de Varicasso et Francisco de Lumpro Jadrensibus, Stephano de Gauçigna et Filippo de [Ginnano] Arbensibus, Luca Regino et Gualterio Bertoldi Venetis et Alberto qui dicitur Musca quondam Federici Paduani testibus et aliis multis nobilibus de Jadra et Arbo; et presentibus egregio viro domino Marco Michaele comite et Creste de Piçega et Martinusio de Louigna (!) sindicis sindicario nomine et uice comunis singularitatis et universitatis Arbi ex vna parte et egregio viro domino Joanne Contareno, Bogde de Loregna et Nicola Dobri de Begna, sindicis sindicario nomine et vice comunis singularitatis et universitatis Jadre ex altera. Lata fuit hec sentencia videlicet in die termini statuti partibus predictis, quod venirent ad audiendum, quidquid prefati domini iudices ordinare vellent et dicere super premissis.

† Ego Marinus Regino iudex et diffinitor questionum Jadre et Arbi manum missi.

† Ego Thomas Viatro iudex et diffinitor questionum Jadre et Arbi manum missi.

† Ego Gabriel Delphinus iudex et diffinitor questionum Jadre et Arbi manum missi.

Ego clericus Franciscus Terbetius publicus apostolica auctoritate notarius Arbique iuratus suprascriptam autentiam ex autentico publico fideliter transscripsi de verbo ad verbum, ut in eo reperi, nil addito uel diminuto, quod mutet sensum vel sententiam et tenorem illius, adeo sum immitatus, quod potius pinxisse quam scripsise dici possim et in fidem me subscripsi signumque meum apposui consuetum.

(Signum not.)

Nos Robertus de Priolis pro illustrissimo et excellentissimo domino domino Venetiarum etc. Arbi et districtus comes ad summouendam omnem dubietatem, que ob locorum distantias de legalitate notariorum

---

[1] Na hrptu listine je registraturna bilješka, koja imade zabilježenu godinu i datum: 1292. 9. juna. — 1504. 28. februara.

sepemodo oriri solet, testamur vbicunque opus fuerit, quod suprascriptus clericus Franciscus, qui suprascriptam sententiam vt supra exemplauit, est notarius publicus huius vrbis, cuius in suprascriptis et scripturis publicis plena hic ab omnibus fides adhibetur, in quorum testimonium etc. Ex Arbo die vltimo februarii 1504.

Ludouicus Lugnis commissarius mandato scripsi.

Originalni bilježnički prijepis od god. 1504. na velikoj podugačkoj pergameni u kr. zemalj. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1292. — Pečat (crveni vosak), koji bijaše pritisnut ispod listine, otpao je. Pečat Roberta de Priolis. — Ova listina dolazi i u rukopisu u gubernijalnom arkivu u Zadru: Ruich Riflessioni sull' isola di Pago. I. 192—199. i II. 89—92.

74.

1292, 17. juna. U Spljetu.

Dimencija Dobrosijeva ostavlja oporukom sve svoje imanje samostanu sv. Benedikta.

In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, Spaleti, die martis, quarta decima exeunte iunio, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie, temporibus venerabilis patris domini Johannis Spalatensis archiepiscopi, domini Mladeni filii condam Stepconis de Birberio illustris comitis, domini Petri, domini Jacobi de ciuitate Firmana egregii Spalatensis potestatis, ac dominorum Josep Petri, Damiani Nicolay et Stoyse Martini iudicum. Cum nichil sit morte cercius et nichil incercius hora mortis, quoniam finis hominis venit ex inprouiso ut latro, et ideo sicut dicit apostolus decet quemlibet christianum Christi armis taliter preuenire, ne a morte repentina in malo statu anime sue subito rapiatur. Idcirco Dimencia Dobrosii l . . . . . teri supra dicta considerare sana existens mente et corpore, timens dei iudicium, ne sibi humanitus accideret . . . . . set decedere intestata, de omnibus mobilibus et inmobilibus hoc constituit fidei testamentum. In quo quidem voluit, quod omne suum territorium, quod habet in Cilco et sub Cilco cum pertinenciis, racionibus omnibusque et singulis, quas habet uel habere expectat, voluit, quod esset de monasterio sororum sancti Benedicti; sicut ipsa possedit nunc usque, sic suas optulit possessiones dicto monasterio. Et hanc suam voluit esse ultimam uoluntatem, quam iure testium et codicillorum valere mandauit, uel aliquo alio iure quo melius et uti-

lius valere posset. Actum in ecclesia sancti Benedicti presentibus hiis vocatis et rogatis: Francisco Ruya filio Martini et Johane Roppo testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Hanc ego Forminus Alberti filius ipse signaui signo conscius atque meo.

(Signum not.)

Et ego Stancius Spala[tensis] clericus et comunis iuratus notarius hiis omnibus interfui . . . . . [Dimen]çia rogatus eius voluntatem scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. Listina oštećena.

75.

1292, 22. juna. (U Nuceriji).

Karlo Martelo nalaže, da se pusti iz tamnice Deša Zadranin i da mu se vrati oteta roba.

Karlo Martel nalaže: »Hungoni dicto Russo de Subiaco militi, totius Aprucii capitaneo generali, liberare statim a carcere et bona sua omnia sibi arrepta« *vratiti zadarskom trgovcu Deši, orobljenu i oplijenjenu* »per servientes regiorum castrorum civitelle de Aprucio; quendam nomine Dessam de Zadara mercatorem, per partes illas novissime transeuntem, rebus suis omnibus, quas portabat, temere disrobarunt, et amplius excedentes in ipsum de persona captum carceri detruserunt eundem, et adhuc detinent carceratum.«

Registri Angioini.
Makušev Zapiski imp. ak. nauk. XIX. 2. prilož. 3. p. 49—50.

76.

1292, 23. juna. U Nuceriji.

Karlo Martelo nalaže, da budu zaštićeni trgovci iz Trogira.

Karlo Martelo! Justiciariis, capitaneis, baiulis, magistris iuratis ceterisque officialibus et universis aliis, per regnum Sicilie constitutis, fide-

libus regiis, devotis suis etc. Mercatores de Tragurio de pertinenciis nostri regni Ungarie, fideles et devotos nostros, ut eorum erga nos firmetur sinceritas et devotio augeatur, nostri favoris presidio gaudere volentes, ipsorum supplicationibus inclinati, vobis universis et singulis presentium tenore precipimus, quatenus mercatores ipsos, cum ad decretas vobis provincias seu terras vestras eos cum eorum mercibus et rebus aliis declinare vel per eas transire contigerit, recipientes placide ac honorifice pertractantes, nullam eis in personis, mercibus aliisque rebus eorum, dummodo non delinquant, inferatis iniuriam vel offensam, nec inferri ab aliis permittatis, iuribus regie curie ac cuiuslibet alterius semper salvis. Date Nucerie, christianorum die 23. iunii, V-e ind.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. p. 53. — Rački Rad XVIII. 249. spominje sadržaj.

77.

1292, 23. juna. U Nuceriji.

Sigurnost trgovcima spljetskim.

Eodem die ibidem similes *(gl. list. od 23. juna 1292. izdanu za Trogirane)* facte sunt pro mercatoribus de Spalatro de pertinenciis predicti regni nostri Ungarie.

Reg. Angioini. 1291.—1292. vol. 57. 70.

Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 53.—54. — Rački Rad XVIII. 219. ima sadržaj. — Lucius de regno L. IV. cap. X. ima ovo isto, ali pod datumom 27. juna o. g.

78.

1292, 26. juna.

Andrija kralj ugarski i hrvatski javlja, da je poklonio kaptolu zagrebačko-grečke pijacovine.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo qui est uera salus. Consideracio pietatis, munificencia et donacio erga ecclesias ad

officium pertinet generaliter regie maiestatis. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum post exicialem obitum domini regis Ladislai illustris fratris nostri patruelis, decedentis sine solacio liberorum, preordinacio diuine clemencie, cuius gracia tarda nescit habere molimina, nos quasi ab auitis laribus et regali solio quodam modo peregrinos et diucius fastiditis ad tronum et coronam regalis fastigii sublimasset iure et ordine geniture, omnibus archiepiscopis, episcopis, principibus, proceribus et baronibus, ac vniuersis nobilibus per tocius regni Hungarie climata nos assumentibus et a[g]nosscentibus ut dominum naturalem et sanctissimi regis Stephani dyademate, ex inmensa clemencia et misericordia ipsius beati regis Stephani fuissemus coronati. Deuoti et fideles nostri capitulum Zagrabiense ad nostram accedendo presenciam humiliter supplicando postularunt, ut ipsam ecclesiam sanctisimi regis Stephani Zagrabiensem munificenciis regalibus prospicere pro salute nostra et amore diuini nominis et ipsius beati regis Stephani dignaremur, in eo uidelicet: ut terciam partem tributi fori nostri de Monte Grecensi ecclesie et capitulo predicto dare dignaremur. Nos itaque ob reuerenciam et deuocionem, quam in ipso beato rege Stephano gerimus et habemus, cuius meritis et precibus tronum nostri regiminis pariter et nostram coronam conseruari nutu diuino indubitanter credimus et speramus, ac pro anime nostre remedio, terciam partem tributi fori nostri de Monte Grecensi supradicti, cuius eciam duas partes ex collacione regia traditam et eollatam eciam in antea ipsum capitulum possidebat integraliter, quasi consolidacionis iure eidem capitulo dedimus, donauimus et contulimus perpetuo integraliter possidendam. Cum eciam sit legali prouisione sanccitum, ut in rebus ecclesie donatiuis optima sit mensura rerum donatarum mensuram non habere. Volentes et statuentes: ut nullus banus pro tempore constitutus, uel officiales eorum predictum capitulum zagrabiensis ecclesie uel tributarios eorumdem racione tercie partis uel totalis tributi fori Grecensis sepedicti de cetero aliquatenus inquietare possint uel molestare. In cuius rei memoriam perpetueque firmitatis presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri magistri Theodori, albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno domini millesimo CC nonagesimo secundo. Regni autem nostri anno secundo, VI. kalendas iulii, indiccione quinta.

Original, na kojem na crveno-svilenoj vrvci visi pečat, jest u kaptol. arkivu u Zagrebu, fasc. 10. no. 46.

Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 228.—229. i Monum. civit. Zagr. I. 69.—70. — Farlati Ill. sacr. V. 385. fragmentarno. — Kukuljević Reg. no. 1498.

79.

1292, 13. jula. U Zagrebu.

Guyllermo meštar templarski zalaže posjed Grag[j]enu Petru Nijemcu.

Nos frater Guyllermus de Nouis magister domorum milicie Templi per Hungariam et Sclauoniam significamus quibus presentes ostenduntur vniuersis: quod cum nos dominum illustrissimum Andream dei gracia regem Hungarie pro diuersis et uariis negociis domorum nostrarum vniuersarum in Hungaria et Sclauonia existencium usque Zagrabiam secuti fuissemus, et nos penes eundem dominum regem pro negociis domorum nostrarum multam pecuniam expendissemus, et Zagrabiam perueniendo tota expensa caruissemus; nos enim necessitate compulsi, vt domos nostras apud dominum regem ad pristinum ius possimus revocare, quandam terram nostram seu predium, quod Gragena nuncupatur, quod quidem predium Butko nomine ab antiquo optinuerat et possederat, adiungendo ad eandem terram quandam terram desertam infra ipsam terram Butko, que iacet usque magnam uiam, que tendit versus Crisiensem uillam, cum omnibus vtilitatibus, pertinenciis ac vineis in hiisdem terris existentibus, ex consensu, consilo et uoluntate fratrum nostrorum videlicet fratris Franconis de Valegio socii nostri, fratris Willami de Brabancia preceptoris domus nostre de sancto Martino, fratris Rogerii preceptoris nostri de Glogonicha, fratris Gregorii de Wrana, et fratris Samsonis, dedimus seu contulimus in pignore Petro Theotonico cuidam probo uiro et honesto pro uiginti septem marcis plenarie ab eodem receptis; tali condicione et ordinacione interiecta, quod quocunque tempore nos vel alter magister ipsarum domorum nos post sequens, vel aliquis preceptor noster de Glogonicha predictam terram impignoratam redimere poterimus ab eodem Petro Theotonico, liberam habebimus et habebunt pro hiisdem viginti septem marcis redimendi facultatem. Hoc eciam addicimus, quod usque tempus redempcionis[1] omnes decime et marturine omnium suorum populorum in terra predicta residencium, seu alia debita et seruicia, ad[2] ius[2] predicti Petri integraliter debeant pertineri (!). Quarum terrarum in pignore obligatarum, sicut per fratrem Rogerium preceptorem nostrum de Glogonicha fuimus certificati, quem ad ipsam terram statuendam eidem Petro et per metas signari miseramus. Prima meta incipit a capite fluuii Gragena, et infra magnam vineam

---

[1] Slijedi ostrugano: quod.
[2] Pisano dva puta.

domus nostre ad occidentem eundo uenit ad semitam, per quam semitam per montem, quod berch dicitur, ad meridiem tendendo peruenit ad arborem byk cruce signatam; et per eandem semitam iuxta terram nostram Zelnicha uocatam uenit ad cerasum; exinde per eandem semitam per ipsum berch peruenit ad arborem harazth cruce signatam, ubi a terra Zelnicha separatur; abhinc iuxta[1] aliam terram domus nostre adhuc per eandem semitam tendit, et per aliquod spacium tendendo separatur a terra Butk prenotati; exinde peruenit ad uiam, per quam uiam adhuc per eundem berch eundo satis per magnum spacium uenit ad magnam uiam, que tendit uersus uillam Crisiensem; per quam uiam diuertit ad orientem, et cadit in fluuium Gragena memoratum, ubi terre iobagionum castri Crisiensis commetatur; per quem fluuium superius ad septemtrionem iuxta terram eorundem iobagionum castri peruenit ad arborem piri, ubi terre empticie eiusdem Petri uicinatur, quam a Petro filio Julga et Nicolao filio Jone et suis proximis empcione comparauit, et iuxta eandem terram per eundem fluuium Gragena peruenit ad caput ipsius fluuii, ubi est meta egressa seu incepta. In cuius rei certitudinem presentes litteras munimine nostri sigilli fecimus insigniri. Datum in quindenis apostolorum Petri et Pauli in ciuitate Zagrabiensi, anno domini M° CC° nonagesimo secundo.

Original u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1345. Stara signatura: N. R. A. fasc. 461. no. 39. — Na listini visi o končanoj vrvci vrlo dobro sačuvan pečat u zelenom vosku. Od legende vidi se samo: [TEM] PLI D[E] VNGARIA . . . .

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 79—80. — Kukuljević Reg. no. 1502.

80.

1292, 18. jula. U Zagrebu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje povelju Bele kralja od god. 1267. 25. novembra o sudovanju županije križevačke.

Nos Andreas dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod comes Johannes frater Th[ome] quondam episcopi Waciensis fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis patentes litteras domini B[ele] regis felicis recordacionis aui nostri karissimi super ex-

[1] Iznad linije.

*

empcione iudicatus comitis Crisiensis pro tempore constituti confectas, petens a nobis cum instancia, ut ipsas patentes litteras ratas habere et nostris patentibus litteris dignaremur confirmare quarum tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Bele izdane »in villa Szenthgerolth in quindenis sancti Martini« bez naznake godine (1267. 25. novembra).* Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis ipsius comitis Johannis fidelis nostri, que nobis et regno nostro semper et ubique locis et temporibus exhibuit, ac inpendit oportunis, predictas patentes litteras domini Bele regis, aui nostri karissimi ratas habentes et acceptas de uerbo ad uerbum presentibus insertas auctoritate presencium patencium litterarum nostrarum duximus confirmandas. Datum in Zagrabia feria sexta proxima post festum beate Margarete uirginis. anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Original kod imovne općine Sv. Jelena-Koruška kraj Križevaca. — Pečat što bijaše na hrptu pritisnut otpao je.

81.

1292, 23. jula. (U Napulju.)

Kralj Karlo zaštićuje trgovce trogirske.

Karlo II. nalaže »Iusticiario Bari« *da istraži slijedeću stvar:* »Conquestus est nuper in nostri presencia Marinus Bosabet mercator de Tragurio devotus noster, quod dum ipse eiusque commercatores in portu insule Trinitane cum quadam eorum barca, onerata vino, carnibus aliisque mercibus et rebus eorum, sub pace et securitate regia morarentur, Vincentius de Trano et quidam alii eius socii cum quodam vase armato, in eos more piratico irruentes, ceperunt et abstulereunt eis per violenciam barcam predictam cum predictis aliisque mercibus et rebus eorum existentibus in eadem, da(m)pnificantes eosdem in unciis auri quadraginta, predictis barca, mercibus et rebus aliis computatis, et insuper duos marinarios ipsius barce secum inde pro eorum arbitrio abduxerunt« etc. . . . . .

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 53. — Rački Rad. XVIII. 219. U opasci 2. samo spominje.

82.

1292, 23. jula. (U Napulju.)

Kralj Karlo zaštićuje trgovce spljetske.

Karlo Martelo nalaže: »Iusticiario terre Idronti.« »Pro parte Michaelis filii Comurcii Petri de civitate Spalatri, mercatoris, devoti nostri, . . . fuit expositum coram nobis, quod dum ipse cum quadam barca cuiusdam nomine Junii Dusise (!) de civitate ipsa onerata pannis laneis, carnibus, passulis aliisque mercibus et rebus suis intendens in Apuliam transfretare, transiret per mare de planta marina inter Vestas et Pesquicium, Leonardus de Mosula de Brundusio et quidam alii eius socii cum quodam galione armato in eum more piratico irruentes, ceperunt et abstulerunt ei per violenciam barcam ipsam cum predictis aliisque mercibus et rebus suis, existentibus in eadem, da[m]pnificantes eundem in unciis auri sexaginta.

(Slijedi o izvršenju ovoga naloga.)

Registri Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 58. — Rački Rad XVIII. 219. i 220. sadržaj imade i izvod.

83.

1292, 3. augusta. U Zadru.

Rava i Andrija braća prodaju ozidano mjesto braći Manfredu i Rogeriju.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indicione quinta, die tercio intrante augusto, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos quidem Raua et Andreas fratres filii condam Petri de Raua ciues Jadrenses, quomodo damus, uendimus atque transactamus vobis namque Manfredo et Rogerio Mostaci fratribus ciuibus Jadrensibus totum nostrum locum positum [in] confinio sancti Stephani cum muris suis et omnibus suis pertinenciis et habenciis; qui locus firmat ex trauersa domus dictorum Manfredi et Rogerii

fratrum, que fuit olim Bogdini pelliparii, ex borea via publica, ex austro et quirina ospicia Johannis de Cernouho, saluo quod ipse Johannes de Cernouho habere debet introitum et exitum per ipsum locum ad eundum ad ospicia sua et cum hac condicione, quod possetis adherere ad culminem(!) domus Johanis de Cernouho, que est super viam publicam, et culmini uestro sine aliqua refunsione cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram cum introitu et exitu suo atque cum omnibus iurisdiccionibus, racionibus et iuribus suis a modo in antea cum plena uirtute et potestate uestra ipsum locum cum suis pertinenciis, cum uestris heredibus et successoribus intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi omnemque aliam uestram voluntatem et utilitatem ex ipso loco cum suis pertinenciis pro anima et corpore indicandi et omnia alia faciendi sicut de vestro proprio, nemine vobis uestrisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante; precio cuius uendicionis siue transaccionis recepimus a uobis predictis Manfredo et Rogerio Mostaci fratribus libras quadringentas denariorum venetorum paruorum, quas nobis dedistis et integre persoluistis. Vnde nos dicti Raua et Andreas fratres cum nostris heredibus et successoribus nos obligamus et promittimus vobis dictis Manfredo et Rogerio fratribus uestrisque heredibus et successoribus dictum locum cum suis pertinenciis et habenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus scilicet: Grisogono de Butouano et Ancelo Stranioto Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Madius Galellus de Cerna examinator manum misi.

Ego Johanes Quali Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, hanc cartam scripsi, roboraui et meo signo signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana caps. XV.

84.

1292, 10. augusta. U Zagrebu.

Bilješka o darovanju zemlje.

Universitas civitatis montis Grechensis notificat, quod Markulinus comes camerae regis civis Zagrabiensis quandam terram suam sive possessionem per comitis Perchini sine heredibus decessum ad eum devolutam prope territorium civitatis Endesseuec existentem cometaneam terris civitatis, capituli et pristaldorum, Vuel filio Herzel cognato suo. Datum in festo sancti Laurentii.

Marcellović Extr. dipl. (rukopis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.) — Kukuljević Reg. no. 1503.

85.

1292, 19. augusta. U Brinoniji.

Karlo napuljski daje i potvrdjuje Vladislavu sinu kralja srpskoga veliki dio Slavonije, što je pomagao njegova prvorodjenoga Karla za prijestolje ugarsko-hrvatsko.

Karolus II. etc. Considerantes igitur devotionem sinceram, quam vir magnificus Ladyslaus, filius primogenitus illustris principis Stephani, regis Servie, erga nos gessit ab hactenus et gerit ad presens, attendentes etiam, quod ipse certa servicia Karolo primogenito nostro regi Ungarie principi Salernitano et honoris montis Sancti Angeli domino in aquisitione dicti regni sui Ungarie efficacia opera, iam laudandis principiis prestitit et autore domino prestare poterit in futurum, de speciali gracia et certa sciencia concessioni, denotationi et confirmationi eidem Ladyslao et heredibus ac suecessoribus eius quibuscunque ex eo legitime descendentibus, facte per prefatum primogenitum nostrum regem Ungarie de ducatu Sclavonie, preter terras, quas possidet Radislaus banus cum fratribus suis, preter eciam terras, quas tenent et possident infra ducatum predictum comes Johannes de Veglia, Modursa (!) et Vinodolis cum fratre suo et comes Duymus consobrinus fratris eiusdem comitis Johannis, comes eiusdem comitatus, tenendo, regendo, habendo et possidendo per ipsum Ladyslaum et dictos heredes suos ad eorum omnimodam voluntatem, iuxta quod in privilegio prefati Karoli primogeniti nostri regis Ungarie sibi indulto plenius continetur, nostrum benigne

prestamus assensum dictasque concessionem, donationem et confirmationem rectificamus et accertamus, ac presentis nostri privilegii robore communimus. In cuius rei etc. Datum Brinonie anno domini 1292. die 19. augusti, ind. V.

Registri Angioini vol. 59. fol. 39.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 32.—33. i 37. — Rački Arkiv za povj. jugoslav. VII. 20.—21. — Wenzel Acta extera I. 95. — Kukuljević Reg. no. 1504.

86.

1292, 19. augusta. U Brinoniji.

Karlo II. kralj napuljski, daruje i potvrdjuje brači Šubićima sva dobra dana im od njegova sina Karla ugarsko-hrvatskoga kralja.

Karolus II. dei gracia rex Jerusolimi, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, provincie et Forcalguere comes, universis presens privilegium inspecturis. Cum devotorum nostrorum merita respicimus, illaque premiorum largitione munifica compensamus, eos in solidiori devotione firmamus, et ad id animamus alios per exemplum. Considerantes igitur devotionem sinceram, quam viri nobiles Paulus Chrovacie, Dalmacieque banus, Georgius et Mladinus comites, fratres eius gesserunt ab hactenus erga nos et gerunt ad presens; attendentes etiam, quod ipsi certa servitia Karolo primogenito nostro, regi Ungarie, principi Salernitano et honoris montis sancti Angeli domino in aquisitione dicti regni sui Hungarie efficacia opera iam laudandis principiis prestiterunt et autore domino prestare poterunt in futurum, de speciali gracia et certa sciencia concessionem, donacionem et confirmacionem eisdem fratribus et heredibus ac successoribus quibuscunque ipsorum ex eis legitime descendentibus, facte per prefatum Karolum primogenitum nostrum, regem Hungarie de territorio, bonis et iuribus infrascriptis, videlicet: tenimento seu territorio, quod Dyesnich[1] vulgariter [appel]latur, nec non progeniem seu generationem, que vocatur Suczunuy[2] et Pset, que est iuxta territorium predictum, et ab inde usque ad confinia provincie, que dicitur Bosna; ac eciam de eo, quod dictus primogenitur noster Ungarie rex dictis fratribus et predictis heredibus eorum concessit et donavit de Chroacia et Dalmacia, quantum scilicet

[1] Dresnich.
[2] Makušev ima »Suczannuy«.

protenditur a finibus comitatus de Chelum usque Segniam, Gazecham et Modrussiam cum omnibus baronibus, vasallis, civitatibus, castris et villis ac omnibus infra se positis maris insulis adiacentibus, et omnibus iuribus et pertinentis suis tenendis, regendis, habendis et possidendis per ipsos, predictis omnibus libere ad eorundem omnimodam voluntatem nostrum benigne prestamus assensum, dictasque concessionem, donacionem et confirmacionem, quatenus in privilegio prefati Karoli primogeniti nostri regis Hungarie eis indulto exinde continentur, ratificamus et acceptamus, ac huius priuilegii nostri robore communimus. In huius autem rei testimonium, et predictorum fratrum et heredum eorum cautelam presens priuilegium eis exinde fieri et pendenti sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum Brinonie (Brignano penes Salernum) anno domini M CC XCII. die 19. augusti, ind. V.

Similes facte sunt sigillo domine regine pro eisdem, verbis competenter mutatis, ut supra.

Reg. Angioini. vol. 59. (Caroli II. 1291.—1292. c) fol. 40. — Rački Arkiv VII. 19.—20. — Wenzel Acta extera I. 95—96. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 32—33.

87.

1292, 2. septembra. U Zadru.

Dujmo iz Paga, sin pokojnog Dragonje, daje svoje solane za četiri godine u najam Matildi, udovici gradjanina Barte.

[In Christi nomin]e amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indiccione quinta, die secundo intrante septembris, [temporibus] equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agna[n]ia Ja[drensis archiepiscop]i ac domini Johannis Contar[eni] egregii comitis, Manifestum facio per hoc presens scriptum instrumentum ego quidem Doy[mus vocatus T]aul de Pago filius condam Dragone, quomodo do et concedo tibi namque Matelde(!) relicte olim Barti ciuis [Jadrensis octo] salinas, quas habui a Bendeto de Slauoso positas in valle Pagi, que firmant ex borrea in sa[linas R]adogosti, ex trauersa in salinas Raduci fratris nostri, ex quirina in salinas Hranci Nonensis et ex [austro] . . . ad aflictum censum siue pensionem hinc ad quatuor annos seu quatuor redditus conplet[os] nu . . . . omnem tuam et tuorum heredum et successorum voluntatem, commodum et profectum pro affictu qua . . .

[h]abui et in me plene recepi a te dicta Matelda libras sexaginta denariorum venetorum paruorum pro in . . . et dictorum quatuor annorum seu quatuor reddituum. Vnde ego dictus Doymus uocatus Tauil[1] cum [heredibus meis] et successoribus me obligo et promitto tibi dicte Matelde tuisque heredibus et successoribus dictas octo [salinas excal]umpniare et defensare ab omni homine et [persona in racione] super me et omnia bona mea presencia et futura usque ad . . . . . [q]uatuor annorum seu quatuor reddituum et completum ipsum terminum quatuor annorum seu qua[tuor reddituum] dicte saline debent in me reddire(!) libere et absolute sine aliqua occasione. Actum est hoc et fir[matum coram h]iis uocatis et rogatis: testibus scilicet Dragosio presbitero sancti Michaelis et Andra filio . . . . . [de] Cotopag[n]a Jadrensi et aliis. . . . . nanus de Uaricassa examinator manum misi.

Ego Johannes [Qua]li Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roboraui et meo [signo signaui.]

(Signum not.)

Originał u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1292. S desne strane listina prirezana i oštećena.

88.

1292, 13. septembra. U Zagrebu.

Ivan biskup zagrebački i ban Radoslav nagadjaju se za Hrastovicu.

Johannes miseracione divina episcopus Zagrabiensis memorie commendantes significamus quibus expedit per presentes universis, quod cum vir magnificus Radozlaus banus tocius Sclavonie adhuc dominum Anthonium episcopum Zagrabiensem predecessorem nostrum bone memorie, racione cuiusdam possessionis Harastuycha nuncupate inpetivisset, asserens, quod eadem possessio de iure attinere deberet sibi, sive ecclesia ipsam vel pignoris sive empcionis titulo possederit; et demum dicto domino Anthonio episcopo de medio sublato, huiusmodi impeticionis questio inter nos super eadem possessione Harastuicha exorta fuisset et diucius ventilata, tandem nos et Raduzlaus banus, ut huiusmodi dissensionis materia de nostri medio tolleretur et eciam sopiretur, compromisimus in arbitrium virorum ydoneorum videlicet magistrorum Manfredi prepositi ecclesie nostre predicte, Gogani prepositi ecclesie nostre chas-

[1] Gore: Taul.

mensis, David de Kamarcha et Bartholomei de Kemnuk, Michaelis de Vaska archidiaconorum et Dominici decani ecclesie nostre Zagrabiensis communiter electorum. Item nobilium regni, videlicet Ivan comitis filii Jarozlay, Mathey filii Endre comitis, Andree iudicis curie nostre et comitis Symonce quondam castellani de Medved per nos assumptorum. Item comitis Gardun, comitis Vulkozlay, comitis Isip de Blina et comitis Andree filii Floriani per predictum Raduzlaum banum assumptorum, videlicet ut quidquid fratres nostri et nobiles prescripti inter nos et Raduzlaum banum in pretacte possessionis Harastuycha facto arbitrarentur pari et concordi acceptaremus voluntate, demum per predictos arbitros decretum extitit, ut nos ipsam possessionem Harastuycha, quam contra consuetudinem regni Sclavonie possidere indebite titulo empcionis videbamur, maxime cum tempore Bele regis Vngarie felicis memorie universi nobiles regni Sclavonie litteras eiusdem obtinuerint, ut ecclesia nullas possessiones nobilium sive pignoris sive empcionis titulo valeat usurpare, eoque eciam eadem possessio Harastuycha ipsum Raduzlaum banum iure proximorum suorum Endre et Mark venditorum scilicet eiusdem possessionis contingere videbatur, sepedicto Raduzlao bano, prout condigne foret, estimata restitueremus et reassignaremus possidendam. Ad cuius itaque possessionis Harastuicha estimacionem comes Isyp et Thomas de Blyna per Raduzlauum banum, comes Andreas et comes Symonka per nos nominati et assumpti et ad faciem dicte terre transmissi decreuerunt, quod sepefatus Raduzlaus banus nobis pro eadem possessione refunderet et persolveret ducentas et triginta mareas, iuxta quorum estimacionem nos receptis ac eodem Raduzlao bano ducentis et triginta marcis integre, singulas cum quinque pensis denariorum zagrabiensium, eandem possessionem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis eiusdem sub metis et terminis infrascriptis reddimus et restituimus de bona et ultronea voluntate dicto Raduzlao bano et per eum suis heredibus perpetuo et irrevocabiliter, omni liti iuri et accioni inposterum contra ipsum Raduzlauum banum susscitandis in hac parte. Et ad maiorem rei evidenciam instrumenta seu privilegia Bele et Stephani inclitorum regum Vngarie, que super eadem possessione confecta habebamus, restituimus eidem Raduzlao bano. Preterea cum sepedictus Raduzlaus banus repeteret litteras, quibus mediantibus Philippus episcopus Zagrabiensis ipsam possessionem Harastuicha comparaverat, nos et fratres nostri capitulum Zagrabiense eo, quod copiam ipsarum litterarum ab antiquo non habuissemus, quia ammisse casualiter fuerunt, assecuramus ipsum Radozlaum banum tam nostro quam capituli nostri iuramento, quod easdem litteras nulla animi nequicia vel fraude sive astucia aliquali aut eciam malicia in eius preiudicium aut eciam contrarium haberemus maliciose reservatas,

ymo assumpsimus, quod si quando eedem littere in iudicio vel extra iudicium coram quovis iudice proferentur in publicum, casse, inanes, irrite nulliusque efficacie vel momenti penitus habeantur et insuper exibitor earundem pene trecentarum marcarum debeat subiacere, hiisdem nichilominus litteris nullam similiter efficaciam habentibus vel vigorem. Cuius quidem possessionis Harastuicha prima meta, sicut vir discretus magister Mychael archidiaconus de Vaska supradictus, quem ad inspiciendum et reambulandum metas ipsius possessionis miseramus, nobis retulit, incipit ab illa parte Petrina occidentali et transit ipsam aquam Petrina ab arbore harazt et in parvo spacio exiens Petrinam venit ad quandam metam terream versus orientem. Inde transiens viam venit ad metam terream. Inde veniens in vallem parvam Suhodol dictam et inde directe veniens in magno spacio versus orientem ac venit ad fluvium quendam ubi est arbor egur cruce signata. Inde veniens ad unam viam ubi est meta terrea. Inde veniens ad vallem quandam ad arborem castanee cruce signatam. Inde venit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam. Inde venit ad arborem castanee iuxta vallem versus septemtrionem tendens in fluvium in parvo spacio de quo exit ad arborem tul. Inde asscendens monticulum venit ad arborem tul cruce signatam. Inde veniens ad fluvium Reznicha vocatum, de quo exiens venit ad arborem byk. Inde asscendens monticulum venit in kalistam. Inde declinans versus occidentem venit in fluvium. Kerlouch et per eundem fluvium tendens in magno spacio cadit in aquam Culpa, per quam tendens in parvo spacio exit in aquam Petrina. Per eandem tendens in magno spacio versus meridiem exit et intrat fluvium Bluoticha, per quam aquam Bluotiche tendens exit ad arborem gertan. Inde venit in Vrachcham tendens superius castrum. Inde desscendit in vallem versus occidentem et tendens per eandem vallem venit superius ad quandam semitam et per eandem tendens cadit in magnam viam et per magnam viam tendens versus orientem venit in quandam kalistam. Inde tendens per viam venit ad quendam montem Selebyk vocatum. Inde descendit supra vineas ad Zeredahel pertinentes. Inde venit ad quendam puteum Neokuz vocatum. Inde directe venit ad metam primitus nominatam et sic terminatur. In cuius rei testimonium presentes concessimus sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum Zagrabie in vigilia exaltacionis sancte crucis per manus discreti viri Gogani prepositi ecclesie chasmensis tunc magistri notariorum nostrorum. Anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo secundo.

Codex dipl. patrius VI., 388.—390. no. 285. Po originalu u arkivu grofova Erdödya u Glogovcu. Pečat na svilenoj modroj vrvci.

Kukuljević Reg. no. 1506.

89.

1292, 13. septembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim raspravlja se izmedju Radoslava bana i Antonija biskupa zagrebačkoga radi Hrastovice.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum vir magnificus Radoslaus banus tocius Sclavonie, adhuc dominum Anthonium episcopum Zagrabiensem bone memorie racione cuiusdam possessionis Harastouicha nuncupate impetivisset etc. In cuius rei testimonium presentes ad instanciam parcium concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia exaltacionis sancte crucis, anno domini milesimo CC⁰ nonagesimo secundo.

Cod. dipl. patrius VIII. 319. no. 263. — Original u arkivu grofova Erdödya u Glogovcu, ostanci pečata vise na svilenoj žutoj vrvci.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 59.—62. imadu cijelu listinu identičnu sa predidućom u br. 88. po primjerku u Blagajskom arkivu.

90.

1292, mjeseca oktobra. U Pečuhu.

Pečujski kaptol čini razvod medja posjeda sv. Martina kod Drave, koji posjed poklonio je biskup zagrebački Ivan županu Sili i njegovim rodjacima, sadržav za se zemljište Reufolu.

Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiense omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod discretus uir magister Guthfreed, canonicus ecclesie Zagrabiensis, nomine ac vice venerabilis patris domini Johannis miseracione diuina episcopi Zagrabiensis, exhibendo eciam nobis ibidem litteras ipsius de ratihabicione ab una parte, comes Nicolaus filius Petri de Sylle pro se et pro Olyuerio fratre suo carnali; item Gregorius filius Symonis de sancto Johanne pro Nicolao filio Berch de Phyles ab altera, personaliter in nostra presencia constituti proponentes sunt confessi viua uoce: quod cum super signis et terminis siue metis cuius-

dam possessionis episcopatus ecclesie Zagrabiensis, Scenthmarthun uocate, ab ista parte fluminis Drawey seu immediate iuxta eundem fluuium Drawey situate et adiacentis verteretur materia questionis, tandem mediantibus probis viris conprouincialibus prefatam possessionem a terris uel possessionibus predictorum nobilium hys terminis siue metis partes concorditer limitassent seu eciam separassent. Incipiendo scilicet a quadam aqua kalista uocata; ubi s[unt duo du]mi horozth et rakathya uocati, tendit uersus meridiem et cadit in caput cuiusdam stagni Otologa uocati, deinde uadit in aliam aquam kalysta, que uocatur eciam alio nom[ine malachycha, et] parumper procedendo ad partem orientalem ad quandam arborem piri diuertitque ad quendam dumum in quodam Ozturga agnomine. Pop-ozturga uocato situm, ibique terminatur. I[gitur predictus magister G]uthfreed ibidem in presenciarum astando retulit uiua uoce: quod cum prefata possessio ecclesie Zagrabiensis Scenthmartun uocata a multis temporibus uel annis retroactis fu[isset desolata, ita quod ecclesie] predicte nulla vtilitas ex eadem resultaret uel proueniret, hac consideracione habita ipse dominus episcopus condicionem ecclesie sue gestiens facere meliorem, memoratam possessionem [Scenthmartun uocatam sub] condicionibus seu sub condicionum articulis et pactis, sicut in priuilegio ipsius domini Johannis episcopi Zagrabiensis et capituli ecclesie sue dixit plenius contineri, concessit, dedit et [donauit prenominatis nobilibus] Nicolao et Olyuerio, filiis comitis Petri de Sylle et Nicolao filio comitis Borch de Phyles cognatis eorumdem, et per eos ipsorum heredibus in perpetuum possidendum, te[nendum pariter et habendum.] Nichilominus excepta et exempta quadam uilla seu terra cuiusdam uille Reufolu uocate, quam quidem uillam Reufolu uocatam in eadem possessione Scenthmartun [in transitu seu in portu Dr]awe situatam et existentem cum omni iurisdiccione et cum omnimodis redditibus et collectis seu cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis quibuslibet ac circumstanciis vniuersis [in suos usus proprios et su]orum idem dominus episcopus reseruavit, nichilue iuris nichilue proprietatis uel condicionis cuiusuis prenominati nobiles habent uel habebunt in eadem villa uel supra populos huius ville. [In cuius rei me]moriam presentes litteras nostro sigillo concessimus roboratas. Actum anno domini MCC nonagesimo secundo, mense octobri, Stephano cantore, Dyonisio custode, Nicolao de[cano, ceterisque] quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Stephani lectoris Quinqueecclesiensis.

Original u arkivu nadbiskupskom u Zagrebu, u sredini uništen, odozgo odrezana pismena. Zeleno crvene vrvce bez pečata. Dopunjke učinismo po Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 50.

Tkalčić Mon. episcop. Zagr. I. 229.—230. — Kukuljević Reg. no. 1508.

91.

1292, 6. novembra. U Zadru.

Bogdana, udova Dimince Zlogodine, dariva samostanu sv. Nikole vinograd u Cerovdolu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indicione sexta, die sexto intrante nouembrio (!) Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et reuerendi patris domini fratris Johanis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johanis Contareni egregii comitis. Manifestum facio ego quidem Bogdana conuersa monasterii sancti Nicolay relicta condam Diminci de Slagodina, quomodo do, remitto et renuncio pro anima mariti mei et mea vobis namque domine Marie humili abbatisse monasterii sancti Nicolai et sororibus uestris omnem(!) meum ius et omnes meas raciones et acciones utiles et directas generales et speciales, quod, quas et que habeo et habere possum et mihi pertinet uel pertinere potest quoquo modo in mea vinea posita in confinio Cerodoli super terra monasterii sancti Grisogoni, que redit dicto monasterio annuatim septimum tocius introitus pro terratico et firmat ex borea in vineam Tradini, ex austro in vineam Andree piscatoris, ex trauersa in viam publicam et ex quirina in terraticos monasterii sancti Grisogoni. Que vinea dictus Dimince uir meus dimisit eam mihi post obitum suum, vt patet in suo testamento scripto et completo per Creste de Taralo Jadrensem notarium sub anno incarnacionis Christi millesimo ducentesimo octoagesimo septimo, mense aprili, die octauo exeunte, indicione quinta decima, Jadre etc. ut in eo legitur; ita quod uos dicta domina abbatissa cum sororibus sine alicuius parte (!) contradicione, salua tamen racione monasterii sancti Grisogoni videlicet septima parte. Insuper ego Bogdana relinquo atque trado uobis sentenciam, quam dedit dominus Jacobus Teopulo comes Jadre tunc tempore videlicet de dicta vinea cum omni meo iure. Et sic hec omnia suprascripta promitto habere firmum et ratum perpetuo et nunquam contrauenire sub obligacione bonorum meorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Dimince filio Johannis et Grotano filio olim Gregorii Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Dobre Damiani de Begna iudex examinator manum missi.

Ego Johanes Quali iadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et meo signo signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVII. m. S. no. 29.

92.

1292, 26. novembra.

Andrija kralj ugarski i hrvatski Ogyozu Buzadovu za velike zasluge daje Lukinu i Vrhovci u virovitičkoj županiji.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet regia pietas manum munificam debeat porrigere vniuersis, illos tamen, quorum experta probitas laudata est in prosperis et aduersis, principaliori debet prosequi munere et fauore, vt alii eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera facilius accendantur. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire; quod nobis regnum Hungarie primo et principaliter adeuntibus comes Ogyoz (!) filius Buzad nostro se iungens lateri multa fidelitatis opera exhibuit indefesse. Demum annuente gracia saluatoris nobis regni gubernacula adeptis et regio diademate decoratis, cum nos exercitum contra filios Herrici bani mouissemus, idem comes Ogyoz, sue fidelitatis experienciam manifestans, dampna non modica [tam][1] in amissione castri sui [quam] et destruccione possessionum suarum, que ad valorem mille marcarum ascendebant, est perpensus, et multi de suis seruientibus per eosdem filios Herrici bani fuissent v[u]lnerati. Preterea cum magister Johannes filius Herrici bani rupto pacis federe inter nos et ipsum ordinato, nostre excellencie personam ausu temerario impediuisset[2], idem comes Ogyoz, ut nos possimus de eiusdem magistri Johannis impedimento liberari, vnicum filium suum eidem tradidit in obsidem et concessit. Consideratis itaque huiusmodi fidelitatibus et seruiciis eiusdem comitis Ogyoz cum summa fidelitate nobis exhibitis, licet maioribus dignus haberetur, respectu seruiciorum suorum premissorum quasdam villas seu predia reginalia in comitatu de Wereuche existencia, Luchyna et Wrihouch vocata, cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, prout

---

[1] Bilo je, ali je poslije izlizano i ostale samo crne točkice.

[2] Ima biti impetiuisset.

ad reginalem pertinebat maiestatem, ab eodem comitatu excepta penitus et exempta eidem comiti Ogyoz et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo ei irreuocabiliter possidenda et habenda. Vt igitur huius nostre donacionis seu collacionis series salua et inconcussa permaneat, nec processu temporum per quempiam in irritum possit uel valeat retractari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori prepositi Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, sexto kalendas decembris, regni autem nostri anno tercio.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1348. Stara signatura N. R. A. fasc. 630. no. 81. — Na listini visi o svilenoj vrvci crvene boje dobro sačuvan odlomak dvostruka kr. pečata.

Po njemu štampali Pray Annal. I. l. c. 187—188. — Fejér Cod. dipl. Hung. VI. 1. 200.—201. skraćeno i s mnogo pogrešaka. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 525.—526. (diplomatički netočno). — Kukuljević Reg. no. 1509.

93.

1292. 30. novembra. U Zadru.

Sud radi paše na Pagu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem 1292., indictione VII., die ultimo novembris. Presentibus(!) equidem domino Petro Gradonico duce Venetiarum et fratre Johanne de Anagnia venerabili Jadrensi archiepiscopo, ac domino Rogerio Mauroceno comite. Cum inter Vitum Zadulinum ciuem Jadrensem filium Georgii Zadulini ex una parte et Crestam diaconum de Pago, capellanum predicte ecclesie sancti Johannis de Vlassich de insula Paghi nomine ipsius ecclesie et Johannem Saracenum et Mattheum Zacconich Pagenses ex altera parte, super pascua et gajo de dicta villa Vlassich [ageretur]. Contradicentibus suprascriptis Cresta diacono, Johanne Saraceno, et Matheo Zaconich Pagensibus quoniam per dominum comitem Jacobum Tiepolo olim comitem Jadre factum fuerit preceptum ipsi Vito Zadulino, quod ipse Vitus exire deberet de ipsa terra, seu de pasculo et eam dimitteret, et non intraret in predictum pasculum et gajum. Tandem predicte due partes concordes posuerunt etc. etc. Nos suprascripti Vitus Zadulinus, Cresta dia-

conus, Johannes Saracenus et Mattheus Zaconich laudamus et confirmamus omnia suprascripta. Actum est hoc et firmatum coram his vocatis et rogatis testibus: scilicet Barthe Grisogoni . . . Andrea filio quondam Andreae . . . presbytero Petro . , . Jadrenslbus et aliis.

† Ego Franciscus Lampa Nicole examinator.

† Ego Henricus imperiali auctoritate notarius et jadrensis iuratus his interfui et rogatus scripsi et roboravi.

Ruich Riflessionii sul Pago p. 1. tom II. 93. — Rukopis u gubernijalnom arkivu u Zadru pod sign. I. G. 8.

94.

1292, 1. decembra. U Napulju.

Karlo Martelo potvrdjuje Radoslavu (Baboniću) banu hrvatskomu sva dobra darovana mu od kralja Ladislava.

Karolus primogenitus illustris Jerusalem et Sicilie regis dei gratia Ungarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus. Nostri gloriam culminis adaugeri nos cernimus, cum elementer agendo de subditis dignis, bene meritos regalis nostre munificentie gratiis preuenimus. Sane vir nobilis Ratislaus banus Sclauonie fidelis noster dilectus, certa bona in regno nostro Vngarie sibi dudum a bone memorie domino Ladislao rege Vngarie, predecessore ac auunculo nostro karissimo asserens munifica donacione concessa; illa, que nunc iuste atque pacifice possidet, suppliciter petiit donationem et concessionem huiusmodi confirmationis nostre patrocinio communire. Nos itaque ipsius Radislai fide laudabili meritisque pensatis, ipsum volentes nostre gracie plenitudine prosequi, donationem huiusmodi regiam de bonis ipsis, que ipse nunc abinde iuste tenet et possidet, prout perinde facta fuit, tenore presentium confirmantes, illam presentis ratificacionis nostre munimine roboramus; presens nostrum inde priuilegium dicto Ratislao in huius rei memoriam concedentes. Datum Neapoli anno domini M CCXCII⁰ die I. decembris, VI. indictionis.

Registri Angioini v. 170. (Caroli II. 1307.—1308). 183.

Makušev Zapiski XIX. 2. 42. — Wenzel Acta extera I, 98—99. — Rački Izvadci Arkiv. VII. 25. i Rad XVIII. 220. — Kukuljević Reg. no. 1510.

95.

1292, 20. decembra. U Zadru.

Kreste de Fusco, gradjanin rapski i Damjan de Nasse, gradjanin zadarski, izmjenjuju svoje zemlje na Rabu i u kotaru zadarskom.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense decembri, die duodecimo exeunte, indicione sexta, Jadre, temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini fratris Johannis de Anania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Creste de Fusco ciuis Arbensis dedit et tradidit in permutacionem seu concambium Damiano de Nasse ciui Jadre suas terras de Cerno, quas ipse Creste habet, tenet et possidet ad presens in quatuor peciis: quarum prima confiniat a parte boree cum uia publica, ex trauersa cum riuo et terris Vulcinne de Mathafarro et de austro similiter cum riuo; alia pecia confiniat ex quirina cum vineis heredum condam Stephani de Blasio cum quatuor gognays et dimidio terre ibidem posite, date per ipsum Creste ad pastinandum ad quartum certis hominibus per publicum instrumentum, quos quatuor gognaios et dimidium habuit per sentenciam domini Albertini Mauroconi olim comitis Jadre et sue curie, et a parte trauerse confiniat ipsa pecia terre predicta cum riuo; tercia pecia terre confiniat cum terris Vulcinne de Mathafarro de quirina, de austro est uia publica, de trauersa et borea sunt terre monasterii sancti Nicolay de Jadra; quarta pecia est posita inter duos bregos, unus quorum est ex trauersa et alius est ex quirina, ab austro et borea possidet Nicola de Dobre et vineam suam positam ad mensas, de austro et trauersa iuxta vineam Blance pelliparii, de borea est vinea Stane uxoris condam Johannis Vulcinne de Salbe, de quirina est derrus condam Madii Sarrachi; subtus terram et supra terram cum omnibus suis habenciis, terminis et pertinenciis et omni suo iure ad faciendum de predictis terris, vinea et terratico tamquam de re propria suam in omnibus uoluntatem. Ob quam quidem permutacionem siue concambium dictus Damianus dedit et tradidit eidem Creste de Fusco in concambium et permutacionem vnum locum suum, vineam et terram positas in Lauro in insula Arbi cum terris suis positis non pastinatis, secundum quod totus locus confinium habet cum uia publica a latere trauerse et uersus austrum apud vineam ipsius Creste et apud vineam heredum condam Pauli de Balia et iuxta vineam Dominici clerici de Crepogna, ex trauersa et de borea iuxta vineam

*

Drage de Biça et uersus quirinam apud uiam publicam; qui locus fuit Çanni Kaçanimici de Arbo; et centum et septuaginta unam libras venetorum paruorum; subtus terram et supra terram cum omnibus suis habenciis, terminis et pertinenciis suisque arboribus omnibus infra se habitis et contentis, ac omni suo iure ad faciendum de predicto toto loco tamquam de re propria suam in omnibus uoluntatem. Qui Creste et Damianus predicta promiserunt sibi ad inuicem excalumpniare ab omni homine ea calumpniante et unus alterum in corporalem possessionem inducere omnium dictorum bonorum super se et omnia bona sua presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus scilicet: Domaldo Zadulino, presbitero Andrea de Cotopagna Arbensi, Benedicto de Mathafarro, Johane de Dumi[n]o et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Frederi[cus] de Martinusio examinator manum mea (!) missi.

Ego Vitus Jadrensis archidiaconus et notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

96.

1292, 22. decembra. U Zadru.

Petar Dominikov Zadranin prodaje svoju zemlju u Bibanu samostanu sv. Marije u Zadru.

In dei nomine amen. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo nonagesimo s[ecund]o, mense decembri, die decimo exeunte, indictione sexta, Jadere, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Petrus filius quondam Dominici habitator Jadrensis, quomodo vendo atque transacto cum consensu et uoluntate domine Nicolote abbatisse sancte Marie monialium tibi quidem Marino presbitero sancte Marie maioris habitatori Jadrensi totam unam meam sasaddam plantatam supra terram ipsius monasterii ad decimam positam in Bibano, cui de borea est vinea Lipse, de austro est vinea Prifke relicte quondam Milco, de quirina est vinea dicte Prifke, et de trauersa est vinea Nicole Gaddi cum arboribus in ea natis, plantatis et cum omnibus suis habenciis et pertinenciis; que

uero sasadda reddit decimam annuatim de omni fructu eius ipsi monasterio pro terratico; amodo cum omnimoda potestate de ea faciendi omne libitum tue uoluntatis et tuorum successorum libere et perpetuo sine alicuius persone contradictione, saluo tamen semper omni iure monasterii suprascripti; precio cuius vendicionis ego predictus Petrus recepi a te prefato Marino presbitero libras octo denarionum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Unde promitto cum meis heredibus et successoribus prefatam sasaddam defensare et excalumpniare tibi et tuis successoribus ab omni persona in ratione super me et omnia bona mea presentia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Bogdano quondam Jurgii et Benco quondam Velcine Jaderensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Dobre Damiani de Begna iudex examinator manum missi.
Ego Johannes diaconus sancte Marie maioris et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika br. 692.

97.

1292, 26. decembra. U Zagrebu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski oslobadja na prošnju Petra Slovinca iz laške ulice i njegovih rodjaka njihov posjed u Sepnici od davanja svake daće.

Nos Andreas dei gracia rex Vngarie. Significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod nos attendentes fidelitates et fidelia seruicia Petri Sclaui de vico latinorum seruientis nostri, ex regia nostra munificencia hanc eidem graciam duximus faciendam: quod nullus banus pro tempore constitutus uel officiales ipsorum seu collectores nostri cuiuslibet collecte pro nobis in quocunque articulo exigende in possessione dicti Petri, Ivan, filii Martini, cognati ipsius et Domaldin proximi eorumdem ac filiorum suorum possessione . . . Scepnicha uocata, hereditaria eorumdem, audeant uel presumant aliqualiter molestare uel turbare. Et ut huiusmodi nostra gracia regalis eisdem facta per quempiam

non possit retractari, presentibus nostrum sigillum duximus apponendum. Datum Zagrabie, in festo beati Stephani martiris. Anno domini MCCLXXXXII.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 41.

Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 230.—231. i Mon. civit. Zagr. I. 71. — Kukuljević Reg. no. 1511.

98.

1292.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Lovri sinu magistra File listinu Ladislavovu od godine 1286. 31. januara za zemlje kraj grada u okolici Vukovara.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Dignum est et consentaneum racioni, vt ea que per inclitos reges suis fidelibus iuste et legitime sunt collata, perpetuo robore fulciantur et inuiolabiliter obseruentur. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Laurencius filius magistri Phyle ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium domini regis Ladizlai inclite recordacionis karissimi fratris nostri patruelis super collacione terrarum castri nostri de Wlko Warasy et Sumug uocatarum confectum, petens a nobis, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od god. 1286. 31. januara po izvorniku.)* Nos itaque iustis peticionibus predicti Laurencii iuuenis nostri fauorabiliter inclinati, considerantesque ipsum priuilegium cum facie sigilli predicti fratris nostri sigillatum, non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo, pro meritoriis seruiciis sepedicti Laurencii, que nobis eo tempore, cum nos post coronacionem nostram adepto pleno gubernaculo regni contra dominum Albertum ducem Austrie, tunc capitalem inimicum regni nostri et nostrum, ut laudabiliter inpendit sic deuote, cum terram dicti ducis potencialiter adhiissemus(!) castrumque eiusdem Roro primo et principaliter fecissemus expugnari, [dic]tus Laurencius sub eodem castro uiriliter et laudabiliter dimicando letalia uulnera tolerauit. Nos in recompensam seruiciorum dicti Laurencii predictum priuilegium ratum et gratum habentes actoritate(!) presencium confirmamus dupplicis sigilli

nostri munimine roborando. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo secundo, regni autem nostri anno tercio.

Original dosta oštećen u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1277. Stara signatura: N. R. A. fasc. 635. no. 15. — Na listini nalazi se o jakoj svilenoj vrvci crvene boje maleni odlomak dvostruka pečata.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 528.—529.

99.

1292. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim kupuju Babonići neke zemlje.

[C]apitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nobili viro Lazaro filio Farcasii proximo videlicet nobilis viri Radizlai tunc bani totius Sclavonie ab una parte, et Paulo filio Bosini vice et nomine domini sui supra dicti videlicet Radizlai bani in nostri presentia personaliter constitutis, idem Lazarus quandam terram suam hereditariam Cremennitícha videlicet nuncupatam inter terras dicti Radizlai bani undique iacentem cum utilitatibus, pertinentiis et adherentiis eiusdem terre universis sub eisdem metis, signis et terminis, quibus ipsam memoratus Lazarus tenuit et possedit, dixit et confessus est se vendidisse, tradidisse et assignasse eidem Radizlao bano et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam sine preiudicio iuris alieni pro septuaginta marcis denariorum zagrabiensium, singulis cum quinque pensis computatis, ab eodem Radizlao bano plenarie et integre habitis et receptis, sicut dixit, obligans se idem Lazarus ad expediendum et emendandum sepe dictum Radizlaum banum et suos heredes ab omnibus impetitionibus, contradictionibus et questionibus contra eundem Radizlaum banum et suos heredes in hac parte per quempiam inposterum movendis et etiam suscitandis, salva semper et integra eadem terra apud sepe dictum Radizlaum banum et ipsius heredes remanente. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem pre-

sentes ad instantiam partium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 62.—63. no. 29.

100.

1292. U Zagrebu.

Mikula sin Miroslava (Hrkuka) i njegov rodjak Stjepan poklanjaju samostanu remetskomu kod Zagreba zemlju Luku za spas duše rečenoga Hrkuka.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Mikula filio Myrozlai, Stephano filio Georgii ab una parte, ab altera vero fratre Venero priore et fratre Petro procuratore fratrum heremitarum de domo et conventu iuxta Zagrabiam pro eodem conventu coram nobis personaliter constitutis, iidem Mykula et Stephanus quandam particulam terre Lonca nuncupatam, ipsos hereditarie contingentem, metis videlicet distinctam infrascriptis, unacum latere monticuli ipsi particule adiacentis pro remedio anime supradicti Myrozlai et suarum animarum dederunt et contulerunt supradictis fratribus heremitis seu conventui memorato iure proprio et irrevocabiliter possidendam et habendam. Cuius mete magistro Dominico tunc decano, socio videlicet nostro per nos ad videndam ipsam particulam terre transmisso, prout intelleximus referente, sunt hec: videlicet ab oriente quidam rivus Blizna nuncupatus eidem vicinatur, a meridie vero in fine eiusdem particule terra nostra, quam magister Valentinus concanonicus noster possidet ex nostra collacione, commetatur, ubi quidam torrens de magno valle ex parte dictorum heremitarum descendens ipsam particulam separat a terra nostra memorata, inde vadit versus septemtrionem per monticulum supradictum inter arbores harazt et pervenit ad quandam arborem castanee, inde revertitur iterum versus orientem et pervenit ad primitus rivum nominatum et sic terminatur. In cuius rei memoriam presentes ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini MCC nonagesimo secundo.

Original bez pečata u državnom zagreb. arkivu. Acta Remet.

Tkalčić Mon. epis. Zagr. I. 231. i Mon. civit. Zagrab. I. 71.—72. — Codex patrius VIII. 319.—320. — Kukuljević Reg. no. 1516.

101.

1292. (U Napulju?).

Karlo Martelo preporuča Šubićima, neka podupiru njegova izaslanika.

Karolus primogenitus etc. Nobilibus viris comiti Georgio et comiti Mladino fratribus etc. Receptis placide uestre fidelitatis licteris nouiter nobis missis, ex ipsarum relatu cognouimus, uos et vestros feruenter assumpsisse pro nobis negotium regni nostri Vngarie, ac uelle feruentius prosequi iam assumptum. Nos itaque sinceritatem vestram dignis laudibus prosequentes ortamur, requirimus et mandamus, vt quod laudabiliter incepistis, continuantes laudabilius in futurum vna cum viro nobili Paulo bano Sclauonie aliisque vestris viriliter curetis resistere conatibus prefati regni Vngarie inuasoris. Viro insuper prouido et religioso fratri Hugoni de Monte Rotundo speciali nuncio et familiari nostro, quem ad partes ipsas specialiter destinamus, in omnibus, que nostri honoris augmentum respiciunt, et specialiter in missione et remissione nunciorum assistatis efficacibus consiliis, fauoribus et auxiliis oportunis; ita quod proinde vberius mereamini nostram graciam et fauorem. Nos enim labores vestros vestreque fidei et seruiciorum merita sic intendimus gratiose respicere, sicque exaltare dignis premiorum retribucionibus vos et vestros, quod vos et ipsi sentiatis plenarie pro nobis in premisso negocio vtiliter laborasse. Missioni autem subsidii galearum ad partes ipsas, cum retrocessit idem inuasor, sicut ex relatione nuncii vestri et aliorum nuper accepimus, supersedemus ad presens. Intendentes fauente domino celeriter ad partes easdem vicarium nostrum premittere cum decenti e honorabili comitiva, et deinde duce deo personaliter nos conferre ad finalem confusionem inuasoris eiusdem suorumque sequacium et factorum, et prosperum ac tranquillum statum prefati regni Vngarie, ac exaltationem vestram, vestrorum et aliorum omnium, qui diligunt nomen nostrum. Huc etiam tendunt illustrium regis et regine Jerusalem et Sicilie parentum nostrorum studia, cogitaciones et vota, ut cum eorum et aliorum consanguineorum et amicorum suorum et nostrorum auxiliis premissam intentionem nostram prosequamur.

Makušev Zapiski XIX. 2. 38—39. — Wenzel Acta extera I. 85—86.

102.

1292. Prema koncu godine.

Andrija kralj ugarski i hrvatski daruje magistru Durislavu zemlju Igrići za velike zasluge.

[A]ndreas dei gracie Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Regie maiestatis sublimitas, licet manum munificam extendere debeat universis, illos tamen favore regio debet prosequi potiori, quos generosi sanguinis alta nobilitas, morumque immensa probitas, et sudores bellici pre ceteris extulerunt. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod considerantes fidelitates et serviciorum merita magistri Duruzlo dllecti et fidelis nostri, que et quas in diversis expedicionibus regni nostri non sine cruoris sui effusione, et occasione innumerabilium serviencium suorum in conflictu Teutonicorum interemptorum exhibuit, ut fideliter sic devote; prout nobis per relacionem baronum ac nobilium regni nostri extitit manifestum. Attendentes itaque ipsius servitia gratuita, que eo tempore, cum magister Johannes filius Herrici bani ausu temerario nostram maiestatem impediverat; idem magister Duruzlo propter liberacionem nostram continuis legationibus fatigatus filium suum pro nostra celsitudine tradidit in obsidem, inpendit indefesse. Nos ipsius serviciis acceptabilibus occurrere cupientes regio favore, licet respectu obsequiorum suorum, que ad presens agimus, modica videantur, quandam terram ioculatorum nostrorum Igrichy vocatam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis, sub metis et terminis suis antiquis, quibus per priores possessores limitata fuerat seu possessa, eidem magistro Duruzlo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo pacifice possidendam et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam eidem magistro Duruzlo presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Th[eodori] Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti ac fidelis nostri, anno domini milesimo CC⁰ nonagesimo secundo, regni autem nostri anno tercio.

Original u arkivu nar. muzeja u Budimpešti: (prije u arkivu obitelji Rumy). Na listini vise o svilenoj vrvci zelene i žute boje trošni odlomci pečata.

Fejér Cod. dipl. Hung. VI. vol. 1. 204.—295. izdao djelomično po coll. dipl. Wagnerio-Jankovichiano. — Wenzel Codex dipl. Arpad. XII. 530,—531. — Kukuljević Reg. no. 1512. i 1513.

103.

1292. (U Požegi?).

Bilješka o daru Lovre preposita požeškoga.

Magister Laurentius prepositus ecclesiae sancti Petri de Possega, nobili viro Zah, filio Farkas et magistro Petro canonico de eadem Possega fratri suo quandam particulam terre ecclesie sue in vicinitate terre eorum a Tristano filio Guthard comparate, situatam pro curia eorum, quamdiu ecclesie sue predicte fuerint, cum metarum designatione confert.

E. collectaneis Czechianis. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 2, 172.

104.

1292. U Trogiru.

Trogirani viječaju kako će se vladati prema Karlu Martelu.

In consilio Philippi domini Zannis de Nappis civis Anconitani, hon[orabilis] potestatis civitatis Traguriensis, in quo quidem consilio proponit coram vobis dictus dominus potestas et petit sibi consilium exhiberi super petitione seu requisitione, que facta est per litteras communis Spaleti, qua pro eis petit consilium ipsis dari, prout vobis videtur super iuramentum fidelitatis, quod per quendam nuntium regis Caruli Martelli postulatur, sicut per me Dominicum dicti domini potestatis notarium vobis nunc presentialiter fuit lectum. Facto partito de sedendo vel levando placuit maiori parti, quod nihil domino Paulo bano significetur de requisitione, que fuit facta a nunciis regis Caruli, quousque dictum commune a dicto bano fuerit requisitum. Dessa Luce surgens arengando consuluit, quod in presenti consilio inveniatur et eligatur quidam sapiens et mittatur Spaletum et quod illi nuncio respondeatur, quod commune Spaleti vult habere concilium cum Paulo bano; deinde ei postea respondeatur, et quod quedam littera mittatur communi Sibenici de ista materia. Item Thomas Zarniche surgens in eodem consilio consuluit arengando, quod quidam sapiens mittatur Spaletum et dicant,

quod illi nuncio regis Caruli non potest modo respondere, quia qui se regem facit Hungarie, solet se coronari in tali civitate, unde illi qui coronaretur in regimine Hungarie, intendimus obedire.

In alio fragmento. Item dominus Matheus Luce surgens consuluit arengando, quod mittatur Paulo bano aliquis nuncius seu ambaxator et asserat totam responsionem, quam fecimus nuncio regis Caruli cum Spaleto et Sibinico. Item quod pro CC libris domini Pauli bani ponatur XX. solidi pro C⁰ et solvantur bani et residuum solvantur domino potestati. Item super solucione hominum qui iverunt in hostem b[ani] colligatur unus grossus pro fumante.

Lucius De regno Croat. et Dalm. lib. IV. cap. 10. — Lucius Mem. di Traù 135. (talijanski regest.) — Notae Joannis Lucii. Starine XIII. 219.)

105.

1293, 13. januara. U Zadru.

Damjan de Nasse gradjanin zadarski, daje Stojači i Stanislavu, podložnicima gospodje Filipe itd. zemlje, da nasade vinograde.

In Christi nomine amen. Anno i[ncarnacionis eius milesimo ducentesimo] nonagesimo secundo, indicione sexta, die tercio decimo intrante ianuario, Jadre, temporibus equidem domini [Petri Gradonici incliti] ducis Venecie et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis [Contareni] egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Damianus de Nasse ciuis Jadre, quomodo do et concedo vobis namque Stoiaço et Stanislaus fratribus filiis condam Jacobi obagionibus(!) domine Philippe ad Cernum tres gonay de terra mea, Obrado et Prefse fratribus filiis condam Radoslaui obagionibus Nicolay de Picega ad Stubel vnum et dimidium gonay de terra, Priuoslauo et Johanni fratribus filiis condam Bratcho obagionibus Nicolay de Begna ad Cernum tres gonay de terra, Radohne et Johanni fratribus filiis condam Stephani obagionibas Barti de Grisogono ad Cernum vnum et dimidium gonay de terra, Georgio et Vulcouino fratribus filiis condam Braiani obagionibus Nicolai de Begna ad Cernum tres gonay de terra, Diminoio filio condam Dragoslaui obagioni Nicolay de Begna ad Cernum vnum et dimidium gonay de terra, Velco et Michaeli fratribus filiis condam Bratco obagionibus mei Damiani unum et dimidium gonay de terra, Stoicho et Pribino fra-

tribus filiis condam Georgii obagionibus Nicolay de Begna ad Cernum unum et dimidium gonay de terra, Vrancio filio condam Bogdani obagioni eiusdem [Nicolai] . . . . . et dimidium gonay de terra, Stanislauo filio condam Dragouini obagioni Vulcine de Mathafaro ad Cernum unum et dimidium gonay de terra, Matheo filio Barineti obagioni Philippi de Grisogono ad Cernum unum et dimidium gonay de terra, Petro uocato Baroneç filio condam Drugoslaui obagioni domine Philippe ad Cernum unum et dimidium gonay de terra mea ad pastinandum uineam positam ad Celopecum; que firmat ex austro iuxta terram mei Damiani, ex borea iuxta viam publicam, ex trauersa iuxta confinium communis Jadre et ex quirina iuxta Celopecum. Quam terram teneamini pastinare incipiente termino in festo pasce nuper venturo usque ad sex annos completos nuper uenturos; sub pena mihi soluendi quilibet uestrum, qui non pastinauerit, sex iperperos taliter, quod, dum ex ipsa terra fructum vini extrahere poteritis, dare teneamini cum heredibus et successoribus uestris annuatim mihi meisque heredibus et successoribus quartam partem tocius vini et omnium aliorum fructuum hic in Jadra [in] domo mea uestris propriis expensis uel in dicta vinea ad meam uoluntatem. Et si de fructibus siccis aut recentibus uendideritis, dabitis mihi fideliter quartum denarium; si uero ficus recentes domum portaueritis causa commedendi ipsas, libere habeas(!); et si in fraude manifesta reperti fueritis contra meam racionem, mihi soluetis sex iperperos nomine pene, quociens contra feceritis; et si per aliquod tempus ipsas vites uendere uolueritis, primo mihi denunciabitis et mihi meisque heredibus et successoribus uendere teneamini cum heredibus et successoribus uestris pro illo precio, quod ab aliis habere poteritis, si eas emere uoluero; quod si noluero, tunc sit uobis licitum uendere cui uolueritis salua semper racione mea quarti et omni alio iure suprascripto. Et teneamini pastinare viginti quinque arbores oliuarum in quolibet gonay; verum tamen si per aliquod tempus aliquis uestrum uenerit habitare extra districtum Jadre cum heredibus et successoribus suis, quod tunc dicte vites sue debent in me remanere; et si uendiderit ipsas vites, unum mensem ante recessionem suam, qui ipsas emerit, habeat dampnum et totaliter in me peruenire debeant. Quam teram ego dictus Damianus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto vobis omnibus suprascriptis uestrisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Et nos predicti Stoiaço, Stanislaus, Obradus, Prefsa, Priuoslaus [et] Johannes, Radohna [et] Johannes filius condam Stephani, Georgius Vulcouinus, Diminoius Velco, Michael Stoicho, Pribinus Vrancius, Stanislaus, Matheus, Petrus et Michael cum heredibus et successoribus

nostris laudamus approbamus et affirmamus omnia predicta et singula et attendere promittimus super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus scilicet: Thomasio vocato Panaço et Dimincio Tocos Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Vite de Petrina examinator manum missi.

Ego Johannes Quali Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et meo signo signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

106.

1293, 16. januara. U Trogiru.

Draga udovica dijeli zemlje u Ostrošcu medju svoju djecu.

In nomine indiuidue trinitatis amen. Anno domini a natiuitate millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indicione sexta, regnante domino Andrea serenisimo rege Vngarie et temporibus venerabilis patris domini Gregorii episcopi, egregii viri Georgei de Birberio comitis et nobilis viri domini Philipy de Napis civis Ancone potestatis ciuitatis Tragurii, die veneris, XVI. ianuarii. Draga uxor condam Dobrose Stoian dedit tradidit et donauit pure, libere, simpliciter et irreuocabiliter inter uiuos Cibriano eius filio pro se suisque heredibus recipienti terciam partem pro indiuiso positam ad Ostrogeç iuxta Bartum Siluestri, iuxta Raddoi Burre et alia latera, reseruatis aliis duobus partibus dicte terre pro Raddosclaua et Stana filiabus ipsius Drage. Quas duas partes promisit non uendere nec alienare, nec aliquid alius (!) de eis facere, nisi ipsis suis filiabus reservare ad habendum, tenendum, possidendum, et quicquid . . . . suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus circumstanciis et pertinenciis suis omnique iure et actione usu seu requisitione . . . . aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam donacionem et omnia et singula in ea contenta promisit firmiter adtendere, ac obseruare et non contrafacere uel venire aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto, nec ipsam donacionem ingratitudine uel causa aliqua reuocare sub obligatione suorum bonorum. Actum ante domum condam Jancii Petri, presentibus Marino Bertagne et Barto Siluestri testibus et domino Duymo Dompmiche examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Duimus Domiche examinaui.

(Signum notarii).

Et ego Siroctus Petri de Ancona imperiali auctoritate et nunc comunis Tragurii iuratus notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi, signaui et publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru g. 1293. no. 28.

107.

1293, 18 januara. U Napulju.

U ime kralja napuljskoga dozvoljuje se prijevoz Girardu prioru Templara i Vučeti rodjaku Pavla bana.

Scriptum est eisdem portulanis Apulie etc. Fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus religiosum virum fratrem Girardum ordinis militie templi et Volcectum cognatum Pauli bani comitis in Vngariam transfretantes cum octo familiaribus eorumque arnesio exire, de quocunque portu Apulie uoluerint, libere permittentes, nullam eis molestiam inferatis. Presentibus post menses duos minimine valituris. Datum Neapoli die XVIII. eiusdem [ianuarii VI. indictionis.]

Wenzel Acta extera. I. 101. — Kukuljević Reg. no. 1520.

108.

1293, 18. januara. U Viterbi.

Dozvoljuje se iz Apulije prijevoz žita Pavlu banu.

Scriptum est magistris portulanis Apulie. Cum nos Paulo bano comiti Brebirensi et Spalatensi deuoto nostro extrahendi, de quocunque portu Apulie uoluerit, ducentas salmas frumenti et totidem ordei, illasque ferendi per mare in Vngariam, licentiam de speciali gratia duxerimus concedendam, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus nuncium eiusdem comitis presentes vobis licteras assignantem, extrahere de quocumque portu Apulie uoluerit, prescriptam victualium quantitatem et in Vngariam per mare deferre, absque iure aliquo exiture, sine con-

tradictione aliqua permictatis; prouiso, ne inde maior aliqua uel alia qualitas extrahatur. Datum ut supra [Viterbii XVIII. ianuarii VI. indictionis.]

Wenzel Acta extera. I. 100.—101.— Kukuljević Reg. no. 1519.

109.

1292, 18. januara. U Zadru.

Marin iz Trogira prodaje Stani, kćeri Preste de Daria, sav svoj posjed u Trogiru.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione sexta, die quarto decimo exeunte mense ianuarii, Jadre, temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini fratris Johannis de Anania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Marinus filius condam Dese de Tragurio ciuis Jadre cum meis heredibus et successoribus do, dono, uendo, trado atque transacto tibi namque Stana filie condam Presti de Daria heredibus et successoribus tuis omnes meas possessiones, quas habeo [et] habere uideor in Tragurio et in eius districtu, in primis: duas domus meas positas in ciuitate Tragurii se ad inuicem tenentes; cuius de borea firmat . . . . tis ad domo(!) Cerne Quallotte, ex parte austri firmat domus Marie uxoris Mathey, de quirina firmat domus Stane Mathei et de trauersa firmat menia [seu m]uri ciuitatis; vnam vineam positam in Biciçi, cuius de [trauer]sa firmat vinea Dimincie relicte olim Marini Barcanne et de quirina firmat vinea Stane vxoris Mathey de Dobre; aliam vero vineam positam ad Podmorie cuius de trauersa firmat uia publica et de quirina firmat vinea filii Odribob et unam terram positam ad Spilan ex parre trauersali sancte Marie iuxta vineam Dese Amblasii et cum omnibus territoriis meis in districtu Tragurii habitis et cum omnium predictarum domorum, vinearum atque terrarum in Tragurio et in eius districtu positarum et cum omnibus eorum pertinenciis, confinibus et habenciis intus et foris tam subtus terram quam supra terram, cum plena uirtute, auctoritate et potestate omnia predicta et singuia intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, vendendi, dandi, donandi, alienandi pro anima et corpore indicandi, nemine tibi in perpetuum contradicente. Ob quam dationem, donationem, uenditionem seu transactionem [eg]o prefatus Marinus a te

dicta Stana recepi et plane habui in pecunia numerata libras [dena]riorum venetorum paruorum quingentas. Vnde promitto cum meis heredibus et successoribus tibi dicte Stane, heredibus et successoribus tuis predictas possessiones excalumpniare et defensare ab omni homine et persona de mundo in ratione super me et mea bona omnia habita et habenda in hoc seculo. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, uidelicet presbitero Stanicha dicti Petri noni et Micha clerico ecclesie sancte Anastasie de Jadra et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Vite de Petrina examinator manum misi.

Ego dompnus Marcus ecclesie sancte Anastasie presbiter et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui et solito signo signaui.

(Monog. not.).

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 18.

110.

1293, 11. februara. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim dariva Henrik ban svoju zemlju Mužinju županima Petru i Ivanu sinovima Krstinim.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam serie presencium uolumus peruenire, quod cum nobilis et magnificus vir dominus Herricus banus tocius Sclauonie propter infirmitatis articulum prepeditus presencialiter accedere ad nostram presenciam non potuerit, ut deberet, per magistrum Herricum notarium et nuncium suum specialem a nobis humiliter postulauit, vt aliquos de sociis et fratribus nostris mitteremus ad eundem, in quorum presencia et testimonio quandam possessionem suam Musinha vocatam, quam ex collacione et donacione domini Andree dei gracia illustris regis Vngarie se dixit obtinuisse et habere, disponeret et eciam ordinaret. Cuius peticiones nos uidentes esse laudabiles et honestas, magistros Johannem lectorem Petrum archidiaconum Chasmensem et Johannem filium comitis Morich quondam ecclesie nostre decanum, socios et concanonicos nostros, viros utique prouidos et discretos ad eundem dominum Herricum banum duximus transmittendos. qui socii nostri demum ad nos reuersi nobis retulerunt, quod predictus dominus Herricus banus ipsam possessionem

Musinha vocatam cum omnibus utilitatibus suis, terris videlicet, silvis, fenetis, vineis, molendinis ac aliis attinenciis vniuersis in presencia et testimonio eorumdem sociorum nostrorum et magistri Herricy(!) predicti hominis eiusdem domini Herrici bani convocatis omnibus commetaneis suis et uicinis permittentibus et eciam consencientibus eisdem, dedit, contulit et donauit comiti Petro et Ivan fratri suo, filiis Cristophori, fidelibus seruientibus et per eos eorum heredibus heredumque successoribus pro multiplicibus et fidelibus eorundem seruiciis, que iidem sibi fideliter et indefesse usque ad hec tempora impenderunt et impendent quoad uiuent in futurum, iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Cuius quidem possessionis mete et termini, prout iidem socii nostri nobis retulerunt, hoc ordine distinguntur vel procedunt, videlicet prima meta incipit a parte orientali iuxta magnam viam ubi est meta terrea sub arbore byk iuxta terras generacionis Dersiuoy, unde per eandem viam vadit directe versus septemtrionem in magno spacio et uenit ad arborem haas meta terrea circumfusam; deinde in eadem via tendit similiter versus aquilonem et pervenit ad arborem ubi sunt due mete terree ibique vicinatur terre filiorum et cognatorum Korusa; deinde in eadem via in cacumine montis tendit et uenit ad quandam arborem cruce signatam, inde ad aliam arborem haas ubi sunt tres mete terree, de quibus ad arbores haas, byk et gertan metis terreis circumfusas, ibique vicinatur terre Bartholomei filii Pauli Meglich vocate, ibi deserens magnam uiam in monte tendit uersus orientem et cadit in uallem iuxta terram Boyche, per quam descendens per potok venit ad arborem fiz ad locum molendini, vnde in eodem potok tendit et pervenit in aquam Gorbonuk et vicinatur terre Kalmerii, per quam directe ad orientem procedens in magno spacio per molendinum in commetaneitate Nycolay(!) filii Demetrii de Predrimeh venit ad locum ubi potok seu uallis Babayznoz uocatam(!) cadit in aquam Gorbonuk, et in eadem ualle ascendit uersus meridiem ad metam terream et ad arborem haas cruce signatam meta terrea circumfusam, vbi uicinatur terre Stephani filii Belus Zuha reka vocate, et in eodem monte pertransiens uiam uenit ad arborem cherasy cruce signatam, sitam in capite uallis Gregoria uocate, per quam descendens uersus meridiem cadit in aquam Zuha reka uocatam, in qua uersus orientem tendens et per eam transiens uenit ad arborem pomi cruce signatam et meta terrea circumfusam, vbi cadit in quandam vallem Veyuoznos uocatam, per quam directe tendens ad meridiem ascendit in monte et in capite uallis est meta terrea, ubi pertransiens uiam et montem uenit ad arborem cherasy et inde ad arbores nucum cruce signatas et metis terreis circumfusas, vbi cadit in uallem Bozuik[1]

[1] Boziuk?

uocatam, per quam procedens cadit infra ecclesiam beate virginis in aquam Musinhe et in eadem descendens uenit ad domum Gordoba, deinde in eadem aqua venit ad unum molendinum vbi vicinatur terre filiorum Bak et ibi exit de eadem aqua in uno potok vbi sunt salices metis terreis circumfuse et in ipso potok per vallem ascendit in montem uersus occidentem in uicinitate terre filiorum Woyn ad arborem piri cruce signatam; inde ad arbores cruce signatas iuxta uineam ad arbores haas cruce signatas, sub quibus sunt due mete terree; deinde ad arborem cherasy, que est iuxta vineam eorumdem filiorum Woyn; deinde per arbores haas in vallem et cadit in riuulum Neznan et per ipsum riuulum uersus meridiem descendens salit de eadem uersus occidentem et uenit ad arborem haas cruce signatam et deinde per arbores gertan et metas terreas in vicinitate terre filiorum Stephani ascendit in montem ad uiam et in ipsa uia tendit uersus aquilonem, in uicinitate terre Petk peruenit ad arbores haas et cherasarum cruce signatas metis terreis circumfusas iuxta quandam vineam ipsius Petk et descendit iuxta eandem vineam a parte septemtrionali uersus occidentem; cadit in alium riuulum Neznan uocatum ad arborem cherasy cruce signatam meta terrea circumfusam, et in eodem riuulo transiens uenit ad arborem pomi in parua ualle sicca cruce signata, de qua per terras arabiles ascendit montem uenit ad metas terreas, que sunt iuxta uiam et transiens per metas terreas in latere montis sitas descendit in uallem Glodnig uocatam, ubi sunt arbores byk cruce signate et in eadem ualle parumper ascendens salit de ipsa ualle in aliam siccam uallem ad partem occidentis, ubi est arbor haas cruce signata et per ipsam siccam uallem ascendit in montem et peruenit ad vineas Petk et cognatorum suorum, iuxta quas a parte septemtrionali ascendit in montem ubi sunt mete terree, vnde pertransiens per montem a capite vnius uallis ad arbores byk et haas metis terreis circumfusas, ubi cadit in magnam uiam ibique uicinatur terre generacionis Dersiuoy et in eadem uia cadit directe uersus septemtrionem per arbores cruce signatas et veteres metas terreas, de quibus peruenit ad priorem metam ibique terminatur. In cuius donacionis memoriam presentes ad instanciam et peticionem comitis Petri et Ivan prefatorum contulimus sigilli nostri patrocinio communitas. Datum et actum in die cinerum, anno domini MCC. nonagesimo tercio.

Iz originalnog prijepisa kaptola čazmanskog od g. 1316.

Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1293.

*

111.

1293[1], 12. marta. U Zadru.

Brijač Marin obvezuje se platiti dužnu svotu od 170 libara Luki Supariju.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione sexta, die duodecimo intrante mense martii, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Marinus barbitonsor, habitator Jadre, cum meis heredibus et successoribus me obligo et promitto plene soluere atque dare seu . . . . . . tibi namque Luca Suppario filio condam Prodani, heredibus et successoribus tuis hinc ad . . . . proximum nuper uenturum libras denariorum venetorum paruorum centum et septuaginta, quas michi prestitisti causa amoris et dilectionis sub pena dupli et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa super me et mea bona omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, uidelicet Stoiano Çudicaro et Tustano capellaro Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Fredericus filius Uolcinne de Martinusis examinator manum meam misi.

Ego Dompnus Marcus ecclesie sancte Anastasie presbiter et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui et solito signo signaui.

(Monog. not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 81. — Ponešto oštećeno.

---

[1] Calc. florentinus.

112.

1293, 15. marta. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim zalaže Sebastijan sin Nikolin neku svoju zemlju Ivanu sinu Hodoševom iz Pakraca.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendamus, quod Sebastianus filius Nicolai filii Dresan ab una parte et Elias seruiens magistri Ivan filii Hodos de Pukur vice et nomine eiusdem domini sui ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Sebastianus dixit et publice est confessus quamdam particulam terre sue hereditarie ipsum solum sicut dixit contingentem, inter terras Laurencii filii Petri bani de Pukur et Pauli ac fratrum suorum filiorum Douecher existentem, vsui unius aratri suficientem cum sessione unius iobagionis Bogdo uocati, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis, videlicet terris arabilibus, campestribus, silvis, fenetis et aliis omnibus spectantibus ad eandem, prefato magistro Iuan(!) pro quatuor marcis plene sicut dixit habitis et acceptis pignori obligasse usque ad festum sancti regis Stephani proxime uenturum redimendam cum eadem summa pecunie in dicto festo coram nobis; hoc tamen adiecto, quod si prefatus Sebastianus in prescripto termino uel sui uicini, cognati seu propinqui quorum magis intererit redimere non curauerint, extunc prefatus Sebastianus pene dupli subiacebit ipso facto. Datum in dominica iudica, anno domini millesimo CC⁰ nonagesimo tercio.

Izvana: »Super obligacione terre Sebastiani filii Nicolai pro magistro Iuan«.

Original u knjižnici narodnog muzeja u Budimpešti (prešao ovamo kupom god. 1899. iz zbirke D. Véghelya.)

Na hrptu vidi se trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

113.

1293, 23. marta.

Guljelmo glavar Ivanovaca odredjuje slobode i dužnosti naseljenika u Čičama.

Nos frater Gwylermus propreceptor de Bela vices gerens magistri domus hospitalis sancti Johannis Hyerosolimitani per Hungariam et Scla-

voniam significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod hospites libere ville de Chichan universi et universaliter, singuli et singulariter ad nostram accedentes presenciam asseruerunt, quod cum durantibus articulis inpacati temporis quondam castrum inter ipsos constructum extitisset per combuscionem eiusdem castri privilegium, quod per venerabilem virum fratrem Rembaldum tunc magistrum per Hungariam et Sclavoniam super ipsorum libertate concesserunt, sicut eciam ex relacione discretorum virorum fratrum videlicet Oris de Chychan . . . . . de Pekercz preceptoris hoc idem nobis constitit evidenter, petendo a nobis cum instancia, ut ipsorum libertatem vigore nostri privilegii innovare et confirmare dignaremur. Nos itaque ipsorum iustis et legitimis peticionibus favorabiliter inclinati, tam presentibus quam futuris hospitibus de predicta villa Chychan hanc libertatem duximus concedendam: Quod si quem ex eisdem sine heredis solacio decedere contingeret, extunc bona sua mobilia et immobilia fratribus vel cognatis vel aliis quibuscunque voluerit, dummodo in ipsa villa Chychan velit commorari, liberam habeat legandi vel eciam conferendi facultatem, nec preceptor dicte ville Chychan ad predicta bona sua manus extendere aliqualiter audebit vel presummet. Item si aliquis civis dicte ville suum concivem interfecerit, extunc occisor pro homicidio interfecti centum pensas solvere tenebitur, preceptori attunc pro tempore constituto ex eodem homicidio quinque pensas, et hanc eandem penam, si extraneus perpetraverit homicidium, inter hospites memoratos pacietur; si vero occisor in claustrum domus hospitalis aufugerit, ipsum preceptor ad manus inimicorum suorum ad effusionem sanguinis tradere non tenetur, imo eundem tuebitur iuxta posse. Quod si preceptor composicionem ordinare poterit inter partes, bene quidem, alioquin occisorem mittet abire salva persona sua recepta una marca supradicto, medio autem tempore, donec cum inimicis concordabit, nullas ad bona sua manus extendet et nec heredes eius molestabit. Item furtum, incendium et effusionem sanguinis preceptor una cum dictis hospitibus iudicabit, quorum iudicium sunt duodecim denarii, de quibus due partes preceptori tercia vero villico dicte ville. Item singulis annis singuli hospites tenentur dare munera preceptori in tribus terminis, videlicet in nativitate domini, in pasca et in assumpcione virginis gloriose. Item in singulis anniversariis tenentur dare magno magistro unam iuvencam vel quadraginta denarios, tres cubulos vini, centum panes et sex gallinas. Item si aliquis recedere voluerit, liberam vendendi die claro cum omnibus bonis suis habeat facultatem una pensa tantum preceptori persoluta, domus autem extraneis non potest venundari, nisi in eadem villa comorantibus. Item preceptor quilibet unam curiam pro utilitate domus potest habere in villa memorata. Item terram communitatem (!)

separatur a terra curie quedam via, que venit de Selyn et vadit in curiam memoratam, ex alia parte vie a parte sylve sunt due possessiones ad eandem curiam pertinentes. Ne ergo serius prefate libertates valeant per quempiam in posterum retractari, presentes contulimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda post dominicam ramis palmarum, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio.

Cod. dipl. patrius VII. 228.—230. no. 186. Po prijepisu kaptola zagrebačkoga od g. 1544. u arkivu grofova Erdődya u Glogovcu.

Kukuljević Reg. no. 1523.

114.

1293, 10. aprila. U Spljetu.

Prodaja komadića zemlje.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indictione sexta, Spaleti, die veneris decimo intrante aprili, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie. Temporibus venerabilis patris domini Johannis Spalatensis archiepiscopi, domini Mladeni clare memorie comitis, Stepconis de Birberio illustris comitis, domini Francisci, domini . . . . Spalatensis potestatis, ac . . . orum Joseph, Petri, Miche et Theodosii alti iudicum, domina Buna relicta Magasii posuit et locauit domine Stane abbatisse monasterii sancti Benedicti unam suam paratineam positam ad portas Ciive de Pestucio prope terram beati monasterii et iuxta mare puplica propensione sine contura triginta soldorum in quolibet anno, qua paratinea possit uti dicta domina abbatissa in uita sua ad suam beneplacitam uoluntatem sine condictione(!) alicuius persone dando dicte Bune triginta soldos memoratos in quolibet anno, de quorum soluit conturam primi anni post . . . uero decem abbatisse paratinne(!) ad suam dominam libera permaneat, que omnia promitit altera alteri stipulando otendere(!) et observare cum suorum bonorum presentium et futurorum obligacione. Actum in monasterio presentibus Petro Leonardi et Junio Dragi Ulcine testibus et aliis.

Ego Janzius Duymi filius examinaui conscius.

Ego Stancius clericus imperiali auctoritate notarius et comunis Spaleti iuratus hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum notarii).

Original oštećen u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

115.

1293, 19. aprila. U Zadru.

Dobroslava itd. prodaju svoj dio Domku za 7 libara.

[In dei nomine] amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, mense aprili die duodecimo exeunte, indiccione sexta, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jaderensis archiepiscopi ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos Dobroslaua, Radda et Soriça sorores filie condam Michaelis Telchani habita[trices] ad Blatam, quomodo vendimus atque transactamus tibi quidem Domco filio Vidone ha[bitatori] in insula sancti Damiani de Monte ad Octuno vnum nostrum derrum positum ad Postumanum sub corona, cui de borea est vinea Radine Sipiçe, de austro est [der]rum Diminche Drascouig, de trauersa est vinea dicti Radine Sipiçe, et de quirina est derum(!) heredum Malec et cum omni longitudine et latitudine derri ipsius cum omnibus suis [cer]tis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram a modo cum plena uirtute, auctoritate et potestate, totam ac omnimodam uoluntatem tuam ex eo pro anima et cor[por]e faciendi; ob quam vendicionem siue transactacionem tu dictus Domco nobis bene et [ple]narie pro precio in pecunia numerata dedisti et persoluisti libras septem et dimidiam [denariorum] venetorum paruorum, de quibus iam bene pacate sumus. Vnde nos predicte Dobroslaua, Radda et Soriça cum nostris heredibus et successoribus debemus et tenemur tibi tuisque heredibus et successoribus prefatum derrum ab omni persona in racione defensare et excalumpniare super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Guido de Matafarro et Stephano filio Marini Jaderensi et aliis.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio rogovski.

Na hrptu savremena bilješka: »Qualiter Domcho emit unum derum(!) in Pasmano a quibusdam de Sablata«.

116.

1293, 9. maja. U Zadru.

Marino Dubrovčanin prodaje zemlje svoga brata u Zadru samostanu sv. Krševana.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, mensis mai die nono intrante, indicione sexta, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Ego namque Marinus filius Tysciçe et frater condam presbiteri Thomasii de Ragusa vendo, do, trado atque transacto vobis quidem dompno Johanni de Curtisia abbati dignissimo monasterii sancti Grisogoni de Jadra vestrisque successoribus quasdam decretales, que fuerunt dicti presbiteri Thomasii fratris mei, et quas ipse frater meus adhuc viuens vobis pro soldis vndecim grossorum Venecie pignerauit (!) a modo cum plena virtute, auctoritate, ratione et potestate totam ac omnimodam voluntatem vestram ex eis faciendi nemine vobis exinde in perpetuum contradicente. Ob quam venditionem, dationem, traditionem siue transactationem vos prefatus dompnus abbas mihi bene et plenarie pro precio in pecunia numerata dedistis et persoluistis soldos denariorum Venecie grossorum triginta, de quibus iam pacatum me teneo. Vnde ego predictus Marinus cum heredibus et successoribus meis debeo et teneor vobis suprascripto dompno abbati vestrisque successoribus prefatas decretales ab omni homine ipsas petente uel requirente nomine ac vice dicti presbiteri Thomasii fratris mei seu quolibet modo, ordine, iure uel ingenio aut qualibet occasione huius mundi defensari (!) et excalumpniari (!) super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Et ego siquidem Grubsa piliparius filius quondam Radoslaui olym de Guaro nunc habitator Jadre obligo me vobis predicto dompno abbati sancti Grisogoni vestrisque successoribus pro dicto Marino Ragusino de predictis decretalibus fideiussorem et principalem defensorem et excalumpniatorem, si ipse Marinus ipsas decretales vobis, vt premissum est, excalumpniari et defensari non poterit, sub pena vobis vestrisque successoribus restituendi atque soluendi soldos denariorum Venecie grossorum decem et nouem super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Jacobo de Ghaya, Paulo Stephany Bossaçi et Dobre de Carbono Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

† Ego Simon de Slorado examinator manum misi.

Ego Vincentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.).

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana Caps. XIV.

117.

1293, 10. maja. U Zadru.

Stojan i Marija supruzi dijele zemlju u Bibanu s Bogdanom i Grubišom.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indicione sexta, die decimo intrante madio, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici (!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Nos quidem Stoianus filius condam Meharini et Maria filia condam Drahce coniuges pro parte una, Bogdanus et Grubsa fratres filii condam Prefse et eiusdem Marie pro parte altera, sumus confessi et manifesti, quomodo vinea, quam pastinauimus usque nunc in terra sancte Marie monialium ad Bibanum, que reddit decimum dicto monasterio sancte Marie pro terratico, eam pastinauimus de comuni labore, et firmat ex omnibus partibus iuxta montaneam. Vnde uolumus de spontanea uoluntate nostra, quod nos dicti Stoianus et Maria coniuges habeamus unam medietatem ipsius vinee et nos Bogdanus et Grubsa fratres habeamus aliam medietatem, ut a modo in antea queque pars possit et ualeat facere ex sua medietate omnimodam suam uoluntatem et utilitatem absque alicuius persone contradicione; saluo semper iure dicti monasterii, videlicet decima parte tocius introitus. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Daniele filio condam Dominici et Radoslauo filio condam Bratcho et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Stephanus de Labe examinator manum missi.

Ego Johannes Quali Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roborarui et meo signo signaui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

118.

1293, 12. maja. U Spljetu.

Ivan nadbiskup spljetski i hrvatski primas opominje biskupa skradinskoga, da svoju jurisdikciju ne vrši u tudjim biskupijama.

Johannes diuina miseracione Spalatensis archiepiscopus, tocius Dalmatie, Chroatie, Sclauonieque primas venerabili fratri domino N. per eandem episcopo Scardonensi salutem in domino. Testante sacro concilio anno preterito in Spaleto celebrato ordinasse ac firmiter precepisse recolimus, quod nullus suffraganeorum nostrorum in preiudicium alterius clericos alterius diocesis ad sacros ordines promouere aut alia ecclesiastica et episcopalia sacramenta ministrare presummat sub pena quingentarum librarum, sed sue diocesis finibus sit contentus, quod preceptum et tam salubre statutum venerabilis frater noster G. dei gracia Traguriensis episcopus in festo beati Dompnii presentibus nostris suffraganeis et uniuerso clero vos infregisse grauiter nobis est conquestus, dicens uos Sibenicenses clericos ad sacros ordines promouisse ac eis crisma contulisse nec non baptisma paruulorum ac alia sacramenta ecclesiastica et episcopalia celebrasse in sui preiudicium et grauamen. Cum dicti clerici Sibenicenses et totum Sibenicum subiecti sint de iure episcopo et episcopatui Traguriensi excusantes uos omnia supradicta nostro mandato et auctoritate fecisse, hanc totam suam querimoniam nobis impingendo et contra nos conuertendo plurimum nobis, quin potius supra modum debitum extitit infestus et molestus tamquam grauiter sauciatus et afflictus, et si bene recolitis, cum nuper in societate Pauli bani ad nos accessistis super eodem facto, non solum a Traguriensibus sed eciam a Spalatensibus grauissimas lamentaciones et terribiles conquestiones in presencia domini potestatis Spalatensis et omnium nobilium Spalatensium non absque magno nostri cordis dolore et multi certaminis agone opposita etiam contra nos rigida, dura, aspera et molesta appellacione audiuimus. Super quibus omnibus grauiter afflicti et perturbati ad instanciam et preces multas omnium suffraganeorum nostrorum, qui presentes in festo sancti Dompnii extiterunt, taliter uestre

fraternitati scribimus et per hoc presens scriptum nostrum firmiter et districte precipimus et precipiendo mandamus, quatenus in antea sicut graciam beati Dompnii et nostram caram habetis et dicti concilii penam uultis effugere, supradicta nullatenus atemptetis et im(!) predictis nullatenus excedatis, alioquin indignacionem beati Dompnii et nostram ac supradicti concilii penam, si contra feceritis, procul dubio incurretis. Data Spaleti in palacio archiepiscopali, die martis XII. madii infra octauas beati Dompnii, indictione sexta.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1293. — Na hrptu listine vidi se ovalni trag pritisnuta nekoč pečata. — Na hrptu je upisana godina 1283. (bilo prije god. 1293, ali je ispravljeno.)

Lucius Memorie di Traù. 134. — Farlati Illyr. sacr. III. 293.; Ib. IV. 15. donosi sadržaj. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 4. p. 239.—241. — Kukuljević Jura regni I. 95. (pod g. 1283!) i 98—99. (pod g. 1293.) Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 117—118. po Luciću pod g. 1293. Ibid. XII. 401—402. po Kukuljeviću pod g. 1283. — Kukuljević Reg. no. 1524.

119.

1293,* 22. maja. U Šomogju.

Andrija III. kralj ugarski i hrvatski javlja banu hrvatskomu, da je kaptolu zagrebačkomu kraj uživanih dviju trećina pijacovine zagrebačko-gričke poklonio i treću trećinu.

Andreas dei gracia rex Vngarie dilecto et fideli suo bano tocius Sclauonie pro tempore constituto salutem et graciam plenam. Fidelitati tue notum facimus presencium per tenorem, quod nos terciam partem tributi fori libere ville nostre Grecensis dilectis et fidelibus nostris capitulo Zagrabiensi ob remedium anime nostre et salutis ex plenitudine regie gracie duximus conferendam, perpetuo percipiendam et habendam, prout in priuilegio nostro duplici sigillo consignato continetur. Igitur tue fidelitati firmiter preciendo mandamus, quatenus dictum capitulum in percepcione dicte tercie partis tributi supradicti nec per te, nec per officiales tuos quoscumque presumas molestare uel turbare, ymo ipsos in pace percipere permittas et habere; aliud non facturus si nostram gra-

* Kralj veli u pismu na bana, da je izdao privilegij kaptolu, koji je točno datiran 26. juna 1292., a Tkalčić datirao ovo pismo za 30. maja 1292., dakle bi opomena, da se čuva privilegij bila izdana prije samoga privilegija, zato metnusmo ovo pismo u godinu 1293.

ciam caram habes et favorem. Datum Simigii, sexta feria proxima post festum pentecostes.

Original s kojeg je pečat otrgnut, u ark. kapt. zagr. fasc. 10. no. 46. Tkalčić Mon. episc. Zagrab. I. 228. i Mon. civit. Zagr. I. 72. meće u god. 1292. 30. maja. — Kukuljević Reg. no. 1495.

120.

1293, 12. juna.

Kralj Andrija III. riješava ljude župana Ivana sina Junka plemića hrvatskog od kunovine i kolekte 7 dinara.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Personam decet sublimium et maiestati congruit imperantis votis subiectorum perspectis manus eis porrigere largitatis, vt satisfiat et gracie, cum pro meritis impenditur et digne respondeatur accipientibus, cum eis gracia non negatur. Proinde ad vniversorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum annuente sumpmo creatore nos in culmen regiminis regni Hungarie successissemus e uicino iure et ordine geniture et per venerabiles patres dominos archiepiscopos, episcopos, barones et vniversos nobiles regni Hungarie coronati sollempniter fuissemus, comes Johannes filius Junk comitis, nobilis vltradravanus maiestati nostre indesinenter, semper et vbique fidelissimos et gratissimos impendit famulatus locis et temporibus oportunis, non parcendo rebus nec persone; ceterum cum contra dominum Albertum ducem Austrie et Stirie, tunc capitalem hostem nostrum et regni nostri inimicum convocato exercitu nostro gegerali pro repulsanda iniuria regno nostro per ipsum illata processissemus, idem comes Johannes personam suam fortune casibus submittere non formidans in expugnacione castri Weller letaliter extitit uulneratus. Ad hec cum idem comes Johannes de fidelitate corone regie debita nullatenus voluisset resilire, set(!) pocius maiestati nostre fidelitatem fidelitati cupiuit cumulare, ipsum quidam de pocioribus regni est persecutus in destruendis possessionibus suis, conburendis, et populis suis aufugandis, dampna non modica et gravamina quam plurima inferendo. Nos itaque cuius interest circa regiam celsitudinem singulorum sibi subiectorum prospicere fidelitatem, et vnicuique iuxta exigenciam suorum

meritorum occurrere muneribus donativis, vt alii eo inspecto feruencius ad fidelitatis opera exercenda inducantur, concessimus et statuimus, vt populi ipsius comitis Johannis collectam marturinarum et collectam septem denariorum vbique in regno Sclauonie existentes non persoluant. Et vt gracia nostra huiusmodi ipsi comiti Johanni per nos de consensu baronum nostrorum sollempniter facta perpetuo perseueret, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCC. nonagesimo tercio, pridie idus iunii, regni autem nostri anno tercio.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.841. Bivša Kukuljevićeva zbirka. Vidi se trag, gdje je visio pečat.

Potvrdjena od kralja Karla I. god. 1322. 18. januara. — Potvrda ova u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1293. — Kukuljević Reg. no. 1537.

121.

1293, 21. juna. U Spljetu.

Darovanje kuće opatici samostana.

In nomine domini amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indictione sexta, die uigesima prima mensis iunii, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie. Temporibus uenerabilis domini Johannis archiepiscopi Spalatensis, illustris uiri domini Maladeni de Berberio comitis, egregii uiri domini Francisci, domini Borus de Ciuita noua potestatis ciuitatis Spaleti, ac nobilium uirorum dominorum Petri Leonardi, Egidii Rainaldi et Tomasi Dusize iudicum. Domaldus Duimi Sichini sua plena et bona uoluntate nulla ui nec dolo inductus dedit, restituit ac etiam resignauit Dese monache sancti Benedicti domum quamdem positam ad sanctum Johannem de Fonte liberam et expeditam ab omni persona, ita quod deinceps dicta domus sit in potestate dicte Dese ad faciendum omnem suam uoluntatem tamquam de re sua propria sine contradictione aliqua, de qua domus(!) questio uentilata fuit coram domino archiepiscopo inter ipsum Dessam quondam Domaldi fratrem, quod apparebat per sentenciam latam per dominum archiepiscopum scriptam manu magistri Stephani notarii, quam sentenciam restituit dicto Domaldo cancellatam, cassam, irritam et nullius ualoris coram me notario et testibus infrascriptis.

Datum in ecclesia sancti Johannis de Fonte, presentibus dompno Luca canonico, et domino Egidio testibus uocatis et rogatis et aliis.

Ego Margaricus Uiti Amirandi conscius examinaui.

Et ego Tomas Vitalis de Perusio auctoritate imperiali et nunc auctoritate ciuitatis Spaleti iuratus notarius omnibus interfui, et a sepedicto Domaldo rogatus eius uoluntate scripsi et publicaui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

122.

1293, 23. juna. U Nuceriji.

Karlo kralj napuljski zapovijeda, da se vrate stvari Mihajlu Kamurciju gradjaninu spljetskomu.

Carolus II. rex Siciliae iusticiariis terrae Hidrunti iubet: querulanti Michaeli filio Camurtii de civitate Spalatri restitui merces et res (vel aequivalentem pecuniam) eidem per Leonardum de Monila et socios vi ablatos, e barcha cuiusdem Junii Dušice de civitate ipsa, onerata pannis, laneis, carnibus, passulis, aliisque mercibus et rebus, dum transfretaret in Apuliam.

Rački Izvadci. Arkiv VII. 23. — Kukuljević Reg. no. 1527.

123.

1293, 23. juna. U Tarasconiji.

Karlo kralj napuljski i kraljica Marija daju vlast svom sinu Karlu u Ugarskoj.

Carolus II. Siciliae rex et Maria regina illius consors, filio Carolo regi Hungariae dant liberum arbitrium et plenam potestatem conferendi in eodem regno Ungariae terras, castra, villas, honores, banatus, dignitates et libertates.

Rački Izvadci. Arkiv VII. 24. — Kukuljević Reg. no. 1528.

124.

1293, 24. juna. U Tarasconiji.

Karlo II. napuljski prima u milost odane njegovu sinu.

Carolus II. rex et regina significant, se omnes et singulos banos, comites, nobiles, plebeios et cuiuscunque conditionis, quos Elisabetha regina relicta Ladislai regis Ungariae dicet, esse et fuisse fideles primogenito suo Karolo regi Ungariae in sua gratia habituros et retenturos.

Rački Izvadci. Arkiv VII. 24. — Kukuljević Reg. no. 1529.

125.

1293, 2. jula i 2. novembra.

Dubrovčani tuže se na napuljske gusare.

»Leotarus ambassator comitis et comunis civitatis Ragusie« *došao je kraljevskomu namjestniku Karlu, sinu Karla II. i* »pro parte comunis eiusdem graviter conquerendo monstravit, quod dum Matheas de Dersia et Petrus de Cervia mercatores Ragusani cum quodam vassello, in quo habere dicebantur merces valoris unciarum auri septingentarum septuaginta septem, versus partes Dalmacie navigarent, Marinus Bulgarus de Yscla, habitator Neapolis, olim armator unius vasselli, in predictos mercatores Ragusanos more piratico irruit eosque disrobavit bonis et mercibus ipsorum omnibus, quas ferebant.« *Bilo im je vraćeno samo 40 unca zlata, pa kralj Karlo nalaže:* »Capitaneis civitatis Neapolis« *i* »ducatus Amalfie« *da ih posve namire.**

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. p. 61. — Rački Rad XVIII. p. 220.

---

* Ovoj naredbi nije odma udovoljeno, kako se vidi iz druge naredbe izdane 27. aprila 1294.

126.

1293, 8. jula. U Melfiji.

Kralj Karlo II. napuljski pozivlje Šubiće u Napulj.

Carolus II. rex Siciliae, eius consors regina Maria et filius Carolus rex Hungariae, notum faciunt universis: se »Paulo bano Croatorum et comiti Georgio, et eorum alteri veniendi simul vel separatim ad presentiam suam (nostram), morandi et abeundi cum voluerint . . . licentiam et securitatem plenariam in personis et rebus eorum dedisse«.

Reg. Angioini. 63. (Caroli II. a.1292.—1294. A.) fol. 173.
Rački Arkiv VII. p. 25.

127.

1293, 10. jula i 1329, 20. augusta. U Dubrovniku.

Samostan sv. Andrije de pellago daje u najam svoj vinograd Drasični itd.

Hoc est exemplum vnius carte notarie minute et non cançellate scripte per manum presbiteri Johannis olim iurati notarii comunis Raguse, cuius tenor per omnia tallis est continencie: Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indicione sexta, die decimo intrante mensis iulii, Raguse, coram nobis subscriptis testibus. Nos dompnus Stephanus prior monasterii sancti Andree de pellago, frater Johannes de Gauçolo, frater Uolcassius, frater Petrus de Cicana, et Paulus et totus conuentus eiusdem monasterii confitemur, quod vineam et terram predicti monasterii in Dallafodo, que confinat ex parte orientis cum vinea predicti monasterii, [q]uam tenet Marinus de Drugano et ex parte occidentis cum vinea sancti saluatoris et cum vinea predicti monasterii, quam tenet predictus Marinus, et ex parte greci cum vinea et terra Mirosclaue de Pesagna, dedimus et locauimus ad affictum Drasichne et Millosclauo et Çureno et Milloe filiis Dobrichne usque in terciam generacionem teneant predictam porcionem, dando predicto monasterio in festo sancti Andree apostoli pro adfictum(!) yperperos tres et duas libras de cera munda. Et hec locatio facta fuit de uoluntate domini Marini Baduarii millitis(!) comitis Raguse et sui consillii(!) et procuratorum predicti

monasterii Nicole de Cressio, Marini Çirene et Triponis Georgii; et de hoc facto sunt due carte simillcs; hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Nicola de Cressio iuratus iudex. Et ego presbiter Johannes iuratus notarius comunis scriptor sum et testis.

Et ego Johannes de Fenis comunis Raguse iuratus notarius autenticum huius exempli predicte carte notarie sanum et integrum, non uiciatum, non incisum, non abolitum nec cancellatum uidi et legi et manibus contractaui, et prout in eo uidi contineri, ita de uerbo ad uerbum nil adens uel minuens, quod sensum mutet preter punctum uel sillabam hic fidelliter(!) exenplando(!) transscripsi, meoque sollito(!) signo coroboraui sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione duodecima, die vigesimo mensis augusti.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio rogovski.

Na gornjem rubu listine vide se dijelovi pismena, te izgleda kao parikle.

128.

1293, 11. jula.

Andrija kralj ugarski i hrvatski daruje za zasluge banu Radoslavu grad Želin u županiji zagrebačkoj.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Regie liberalitatis inmensitas dum votis occurit fidelium et largiflu . . . . onum mun . . . . tes reficit subditorum, medetur omnibus, quia segnes incitat, tepidos recreat, fideles fideliores efficit, et de promptis promptos reddit prompciores. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus pervenire, quod quia Radwzlaus banus filius Stephani dilectus et fidelis noster per frequentes nuncios nostros et suos se nostre per omnia studuit subicere humiliter maiestati. . . . . . . devota precum instancia a nostra postulavit maiestate, ut quandam terram seu possessionem castri seu comitatus Zagrabiensis Selyn vocatam, de munificencia regia sibi dare et conferre dignaremur. Nos cuius est propositum metiri merita singulorum et unicuique pro meritis respondere, considerantes fidelitates et servicia ipsius Raduzlai bani omni premio dignissima nobis exhibita in eo videlicet, quod cum nos magistrum Ugrinum dilectum

et fidelem nostrum ad partes maritimas domine matris nostre karissime obviam misissemus, et idem magister Ugrinus per quosdam infideles nostros fuisset captivatus, idem Raduzlaus banus recepto nostro mandato pro fidelitate corone regie, cum ipsis infidelibus nostris iniens conflictum se et sua fortune casibus submittendo eosdem infideles nostros militari potencia debellauit et predictum magistrum Ugrinum de eorum captivitate liberavit, quamquam unus de consanguineis prefati Raduzlai bani et quinque servientes sui in eodem prelio interempti et quam plures de suis militibus vulnerati extitissent. et eciam servicia ipsius Raduzlai bani recensentes in animo, que excellentissime domine matri nostre karissime studuit exercere, cum predicta domina mater nostra karissima ex nostra vocacione in regnum nostrum venire voluisset et propter insidias infidelium nostrorum aditum liberum nulla racione habere potuisset, nos eciam quibusdam necessariis negociis regni nostri occupati personaliter obviam ipsi domine matri nostre eo tempore nequivissemus accedere, idem Raduzlaus banus fidelitatem cupiens accumulari fidelitati, collectis suis viribus non parcens laboribus et expensis, contra omnium infidelium insidias manifestas prefatam dominam matrem nostram omni reverencia debita qua decuit, ad regnum nostrum solempniter introduxit, maximam quantitatem sue pecunie expendendo et eciam distrahendo. In recompensacionem et remuneracionem serviciorum ipsius Raduzlai bani et restauracionem suarum expensarum et eciam racionem mortis consanguinei sui et serviencium suorum, ut premissum est, et prefatam terram seu possessionem castri nostri Zagrabiensis Selyn vocatam, memorato Raduzlao bano dilecto et fideli nostro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus prefata possessio per castrenses dicti castri nostri Zagrabiensis habita fuerat et possessa, a iurisdictione, potestate dicti castri seu comitatus Zagrabiensis exceptam penitus et exemptam, habita deliberacione regia diligenti et eciam venerabilium patrum Lodomerii Strigoniensis et Johannis Colocensis ecclesiarum archiepiscoporum et aliorum baronum regni nostri, qui presentes aderant consilio et consensu. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini . . . . quinto ydus iulii, regni autem nostri anno tercio. Venerabilibus patribus [Lodomerio] Strigoniensi et Johanne Colocensi dei gracia archiepiscopis, Petro Transilvaniensi, Andrea Agriensi, Gre-

gorio Chanadicnsi, Andrea Jauriensi, Pouka Syrmiensi, Thoma Bosnensi, Benedicto Waradiensi, Pasca Nitriensi, Johanne Zagrabiensi, Benedicto Wesprimiensi, et Paulo Quinqueecclesiensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; Omodeo palatino iudice Cumanorum, Dominico magistro tavarnicorum nostrorum, magistro Opour iudice curie nostre, Rolando woyouoda Transilvano comite de Zonuk, Stephano filio Iriney magistro tavarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Ladislao magistro dapiferorum, Nicolao magistro pincernarum, alio Thoma magistro agazonum nostrorum, magistro Ugrino comite de Posoga, et Dominico magistro tavarnicorum karissime matris nostre comite de Wolkow, et aliis quam plurimis comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Codex dipl. patrius VII., 230.—233. no. 187. Po originalu u arkivu grofova Erdödya u Glogovcu. Ima trag visećem pečatu.

Kukuljević Reg. no. 1532.

129.

1293, 5. augusta. U Zadru.

Lampredije Civalelo gradjanin zadarski zamjenjuje svoju zemlju za zemlju samostana sv. Marije.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indicione sexta, die quinto intrante augusti, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici (!) incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Lampredius de Ciualello ciuis Jadre, quomodo nomine cambii et permutacionis do, trado atque transacto uobis namque domine Nicolotte venerabili abbatisse monasterii sancte Marie monialium de Jadra nomine ipsius monasterii totam vnam meam terram de vno gognay et quartam de comuni positam in insula Pussimani (!), que firmat ex borea et trauersa in terras dicti monasterii, ex austro in terram Bogdi de Laurechena, et ex quirina in terram Marini de Screbez; a modo in antea cum plena virtute et potestate cum vestris succetricibus nomine ipsius vestri monasterii ipsam terram intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, vendendi, donandi omnemque aliam vestram voluntatem vtilitatemque ex ea libere faciendi, nemine vobis uel vestro monasterio in perpetuum contradicente uel molestante; cum omnibus suis certis terminis, pertinen-

ciis, confinibus et habenciis ipsi terre tam subtus terram quam supra terram in integrum pertinentibus uel que pertinere sibi possunt. Pro quo cambio et permutacione ego prenominatus Lampredius plene habui et recepi a vobis iam dicta domina Nicolota(!) tantam de terra dicti vestri monasterii, que valet tantum et plus quantum valet ipsa mea terra, quam vobis trado. Quare cum meis heredibus et successoribus me obligo et promitto ipsam terram excalumpniare et defensare vobis et vestro monasterio in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram his vocatis et rogatis testibus, scilicet Pribislauo presbitero sancti Petri noui et Johanne Firmano et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Michael Uaricasse axaminator manum misi.

Ego Fredericus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

130.

1293, 1. septembra. (U Napulju).

Odaslanstvo hrvatskih velikaša u Napulj.

Karlo Martelo nalaže: »Magistris portulanis et procuratoribus Apulie« *da propuste slobodno:* »cum sPoncius acerdos et Ladislaus de Ossel, nuncii Radislay bani de Sclavonia, et Benedictus nuncius illustris domine Elisabet quondam regine Ungarie, ad partes Ungarie de nostra licencia revertantur«, »predictos nuncios cum equis sex et personis septem«. *Radislavovog poslanika* »Ladislaum de Ossel«, *kojega je kralj* »de hospicio suo pro valletto et familiari recepit« *8. decembra VI. ind. god. 1292.*

Registri Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 42. — Rački Rad XVIII. 220.

131.

1293, 3. septembra. (U Napulju.)

Izvoz žita dozvoljen iz Napulja u Zadar.

Dozvoljuje se »Domaldi Zadulini de Jadara« *zastupniku Georgiju de Jadara, mjesto dužnih mu novaca izvesti iz Manfridonije u Zadar* »salmarum ordei quadringentorum pro usu equorum suorum«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 50.

132.

1293, 22. septembra. U Zadru.

Zadarski sud odsudjuje Buchia, da plati Ivanu Varikaši 25 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, die nono exeunte mense septembri, indicione sexta. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anagnia venerabilis Jadarensis(!) archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni egregii comitis. Cum nos Johannes Contarenus comes Jadre inuenerimus in quaterno, quod medietas domus cuiusdam, quam Johannes de Varicassis emerat a Buchi et eius vxore, erat obligata per testamentum Bunne de Carbono in libris denariorum paruorum viginti quinque, recitari fecimus ipsum Johannem mandantes eidem, quod solueret libras predictas. Qui respondit quod ipse non tenebatur soluere libras ipsas, set Buchi, qui recepit ab eo totum pagamentum pro medietate ipsius domus. Nos tamen sibi mandauimus, quod solueret libras viginti quinque paruorum reseruando sibi totum ius, quod posset sibi conpetere in exigendo libras ipsas a dicto Buchi; quas libras, ut sibi mandauimus, ipse soluit. Veniente postmodum dicto Buchi in nostra presencia pro quibusdam negociis aliis, Johannes predictus peciit ab eo coram nobis libras viginti quinque, quas ipse soluerat de mandato nostro Miche de Susella et Volchinne de Mattafarro commissariis dicte Bunne occasione medietatis domus, quam ab eo emerat. Qui respondit: uerum esse me recepisse pagamentum ad plenum ipsius domus, quam tibi uendidi, set male fecisti, quod soluisti libras

ipsas commissariis ipsis, quia ipsi tantum receperant iam de reditibus bonorum ipsius Bunne; ut credo, quod medietas ipsius domus non erat ulterius in aliquo obligata. Et nos mittentes pro commissariis ipsis dixerunt, quod dictus Buchi tenetur soluere libras ipsas et non alius secundum testamentum ipsius Bunne. Quare nos prenominatus comes vna cum nostris iudicibus et curia auditis allegacionibus et responsionibus hinc inde factis, habito consilio diligenti sentencialiter dicimus, quod dictus Buchi teneatur satisfacere de libris viginti quinque ipsi Johanni solutis ab eo occasione domus predicte commissariis ipsis, et dictus Johannes habeat potestatem recuperandi et rehabendi libras ipsas a dicto Buchi super se et omnibus bonis suis; dantes eidem in pristaldum Andream Contarenum tribunum curie nostre ad hec omnia fideliter percomplenda. Et ego prenominatus Andreas tribunus et pristaldus testificor omnia uera esse in salute anime mee coram hiis uocatis testibus et rogatis, videlicet Panacio et Henrico Bono Veneto et aliis.

(Drugi rukopisi).

† Ego Johannes Contareno comes Jadre manum missi.

(Drugi rukopis).

Ego Gregorius de Betono iudex manu mea scripsi.

Ego Guillelmus presbiter ecclesie sancti Petri noui de Foro, Jadarensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 12.

133.

1293, 27. septembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački svjedoči o uvedenju bana Radoslava u gradove, koje mu je darovao kralj Andrija III.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod cum excellentissimus dominus noster Andreas dei gracia illustris rex Hungarie possessiones seu terras Vrbas, Galas, Petrina, Vynodol, Selen, Oclich, Podgoria et Zamobor nuncupatas cum castris in eisdem constitutis, nec non aliis utilitatibus et pertinenciis earundem universis viro magnifico Radozlao tunc bano tocius Sclavonie pro meritoriis et fidelibus serviciis eiusdem contulisset et donasset mediantibus privilegiis suis perpetuo possidendas et habendas, et

ad statuendum ac assignandum sibi easdem possessiones, idem dominus rex Gregorium specialem et familiarem iuvenem suum transmisisset, dictus Gregorius coram discreto viro magistro Gueroldo archidiacono de Zana, Vrbaz et Dobicha et concanonico nostro per nos ad mandatum ipsius domini regis pro testimonio transmisso, predictas possessiones eidem Radozlao bano statuit presentibus et astantibus regni nobilibus; privilegia eciam eiusdem domini regis super huiusmodi collacione et donacione sua confecta et concessa ad manus dicti Radozlai bani assignando nemine contradictore in hac parte existente. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in die sanctorum Cosme et Damiani, anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio.

Cod. dipl. patrius VII. 835.—839. no. 190. — Po originalu u arkivu grofova Erdödya u Glogovcu.

Kukuljević Reg. no. 1533.

134.

1293, 27. septembra i 6. oktobra. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim biva prodaja zemlje Gromačnik.

Nos capitulum ecclesie sancti Petri de Posoga memorie commendantes significamus vniuersis, quod Johanne filio comitis Petri pro se et pro Borichio ac Belud fratribus suis ab una parte, Nicolao filio Inocha ab altera coram nobis personaliter constitutis, predictus Johannnes confessus est viua uoce, quod quandam terram suam Gramachnik uocatam suam porcionem contingentem, quam pater suus a Raitoldo et Mathia filiis Lorandi bani pro triginta duabus marcis comparauerat, supradicto Nicolao et suis heredibus pro eisdem triginta duabus marcis plene receptis ex uoluntate predictorum Borichii et Belud fratrum suorum uendidisset perpetuo possidendam; expediturus se assumpmendo ab eisdem fratribus suis, si processu temporum super hoc facto contradixerint. Cuius terre prima meta incipit a parte occidentali in capite riuuli Dolboki uocati, et ibi sub arbore piri est meta terrea; inde ascendit ad berch versus aquilonem et peruenit ad viam antiquam et ibi est meta terrea; inde per idem berch tendit versus orientem et peruenit ad quoddam kalista, et ibi sub arbore harazth est meta terrea; et peruenit ad locum Vadista uocatum; inde per idem berch et antedictam viam per-

uenit ad viam, que venit a parte meridionali et ibi sub arbore yhor est meta terrea; inde flectitur ad meridiem et peruenit vsque ad vnam kalista[m], ubi sunt tres arbores cherasorum et sub ipsis meta terrea; inde venit ad arborem pomi, sub qua est meta terrea; deinde descendit ad tres arbores cherasorum, et ibi prope est fons, qui dicitur Gramachnikfew in ipsa terra, a parte orientali commetatur terre filiorum Zabow, ab aliis vero partibus in eadem latitudine, qua in capite metarum ipsa terra extenditur per siluam usque Murzuna, usque ad Zawam protenditur. Dixit eciam idem Johannes, quod quandocunque presentes nobis fuerint reportate, non obstante ipsius absencia, litteras nostras priuilegiales faceremus super hoc facto emanari. Datum infra octauas beati Michaelis archangeli anno domini M⁰CC⁰ nonagesimo tercio.

Prijepis kaptola požeškoga od god. 1310. 18. oktobra u arkivu knezova Eszterházy. Moli ga: »Comes Nicolaus filius Inocha«.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 547.—548. — Kukuljević Reg. no. 1535.

135.

1293, 29. septembra. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuvskim mire se Toma biskup bosanski i brat mu Dmitar i Lovro sin Filipov zbog zemlje Koporne.

Nos capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie memorie conmendamus per presentes, quod magister Abraam notarius capituli ecclesie Boznensis pro dominis suis venerabile patre domino Thoma dei gracia episcopo Boznensis ecclesie, et pro magistro Demetrio fratre carnali eiusdem, filiis Elek de genere Scentemagych, exhibendo litteras eiusdem domini episcopi Boznensis de ratibicione ab una parte, nobilis iuuenis magister Laurencius filius magistri Philipi pro se et pro fratre suo carnali et magistro Philipo uocato ab altera personaliter in nostri presencia constituti, dixerunt, quod cum super facto illius porcionis terre, quam porcionem in terra Koporna vocata dominus episcopus Boznensis ecclesie, et magister Demetrius frater suus carnalis titulo empcionis dignoscuntur possidere, inter partes uerteretur materia questionis, partibusque diucius alterquantibus(!) tandem secundum arbitrium proborum virorum conprouincialium prefata porcio terre in Koporna sub eodem titulo empcionis cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet cessit et remansit eidem domino Thome episcopo Boznensi et fratri suo magistro Demetrio, eorumque heredibus et successoribus irretractabiliter et irre-

uocabiliter iure perpetuo possidenda; prenotati autem nobiles iuuenes, magister Laurencius et Philippus cesserunt et renunciarunt omni liti et accioni sue, quam forte nunc uel in posterum racione huius porcionis terre collate in Koporna aduersus eosdem dominum episcopum et fratrem suum mouere potuissent. Item super omnibus et omnimodis destruccionibus, combustionibus, dampnis datis, et iniuriis uel iniuriosis faccionibus quibuslibet hinc et inde subo[rtis et] illatis usque modo, sev usque datam presencium litterarum, secundum arbitrium proborum virorum conprouincialium sibi invicem et ab invicem mutuo satisfacientes, perpetuam pacem se habere et conseruare in futurum sunt confessi oraculo uiue uocis; et quod neutra parcium alteram partem super preteritis dampnis quibuslibet uel iniuriis poterit molestare in futurum. Si que vero parcium ab huiusmodi composicione resiliens, super preteritis quibuslibet dampnis uel super quibuslibet iniuriosis faccionibus aduersus alteram partem litem mouerit quamcumque; item post datam presencium rixarum susscitatrix uel controuersiarum incitatrix, iniuriarum irrogatrix, dampnorum datrix, quorumlibet cedium illatrix extiterit in futurum, et hoc nobis et capitulo Boznensis ecclesie per homines nostros certitudinaliter constiterit, extunc sicut iam nunc, ad nostrum et eiusdem capituli Boznensis ecclesie scitum et ad inquisicionem hec pars sicut rebellis preuia citacione facta, absque strepitu alicuius iudicii, omni occasione, dilacione et qualibet tergiuersacione remotis, in termino, quem iudex assignandum duxerit, centum marcas parti aduerse soluere teneatur; nos vero capitulum Boznensis ecclesie dabimus litteras nostras ad dominum regem transferendas, transgressoris uel transgressorum nomina sueque transgressionis modum siue seriem continentes. Ad hec utraque pars uoluit et assumpsit, vt venerabilis pater dominus noster P. dei gracia episcopus Quinqueecclesiensis hanc partem rebellem et quoslibet suos ad ipsam pertinentes interdicendi, suspendendi et excommunicandi habeat plenariam potestatem, quam quidem potestatem, quam quidem sentenciam excommunicacionis idem dominus noster episcopus absque intermissione in eandem partem et contra suos promulgare et promulgari, publicare et publicari facere teneatur. Ymmo nec absoluere possit, donec leso uel lesis de dampnis eorum satisfiat competenter, ab hac tamen sentencia excommunicacionis sola venerabilis persona domini episcopi Boznensis ecclesie excipitur excludendo. Datum in festo sancti Mychaelis archangeli, anno domini millesimo CC° nonagesimo tertio.

Original u narodnom muzeju budimpeštanskom. Na hrptu vidi se trag pritisnutog ovalnog pečata u običnom vosku.

Weuzel naznačuje, da je original u narodnom arkivu tormanskom u Csiko-Keresztúru: te bi po tom izgledalo, kao da su dva izvornika. No ova naznaka valjda ne stoji, jer Karlo Szabó, koji je ovu listinu za Cod. Arp. prepisao, naznačen je na hrptu našeg originala kao prepisač.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. V. 84. — Kukuljević Reg. no. 1534.

136.

1293, 30. septembra. U Čazmi.

Župan Dominik sin Mihajla prodaje magistru Tomi sinu Heze neki svoj posjed u Glogovnici.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in omnium saluatore salutem. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod comes Dominicus filius Michaelis ab una parte, et magister Thomas filius Heze, coram nobis personaliter constituti, idem comes Dominicus quamdam terram suam in Glogonicha existentem a Stephano filio Farcasii secundum continentiam litterarum nostrarum patencium exinde confectarum sibi in pignore et ad ipsum deuolutam, cum omnibus vtilitatibus, fenetis, siluis, molendinis et aliis que solent in possessionibus reperiri, sub certis metis, terminis et signis sicut inferius exprimetur, distinctam, pro uiginti quinque marcis plenarie numeratis, habitis, sicut dixit et receptis, eidem magistro Thome se uendidisse est confessus, eiusque per ipsum heredibus heredumque suorum successoribus in posterum iure perpetuo possidendam et habendam. Astitit etiam coram nobis comes Johannes filius Gud personaliter predicte uendicioni in nullo contradicens et empcioni, imo fauorabilem prebuit consensum et asensum; obligans se predictus comes Dominicus expediturum prefatum magistrum Thomam ab omni questione, lite uel accione, quam decursu temporis racione dicte terre per quempiam et specialiter per Stephanum filium Farcasii prenotatum contra ipsum oriri contingeret propriis laboribus et expensis. Cuius quidem terre mete sicut magister . . . . . socius et concanonicus noster per nos ad hoc deputatus nobis retulit presentibus commetaneis et vicinis pacifice et quiete . . . . destinguntur: Prima meta incipit a septentrione ubi est iuxta riuum [arbor] tulfa, sub qua est meta terrea, inde iuxta terram Wolkoy ascendit super montem vbi est iuxta . . . . . . narfa, sub qua est meta terrea iuxta arborem quercus, deinde descendit iuxta uiam ad

arborem narfa cruce signatam, sub qua est meta; inde uadit ad pirum sub qua est meta terrea . . . . . . transit riuum Dobrounych ad partem orientalem, iuxta quem ab oriente est pirus et ab occidentali cerasus cruce signata, et sic ascendit ad paruum montem fruticosum ad arborem egurfa, sub qua est meta terrea iuxta terram eiusdem Wolkoy, inde distat paruo spacio caput uallis ubi est quercus una pro meta et ibi deficit terra Wolkoy, terra autem magistri Thome uicinatur terre filiorum Johannis, quam separat ab oriente eadem uallis, que uallis tendit directe ad austrum; item transit uallem illam ad partem orientalem et ibi est meta terrea et inde uenit ad cerasum, ad quam prope est meta terrea iuxta semitam, que semita est pro meta usque magnam uiam, que uīa tenens ab aquilone terram filiorum Johannis, ab austro terram magistri Thome, inde tendit ad orientalem super pontem Glogonicha, ibi est meta terrea et ibi deficit terra filiorum Johannis. Terra autem magistri Thome tendit ad austrum iuxta Glogonicha, que Glogonicha ab oriente tenet terram Laurentii comitis, inde Glogonicha declinat iuxta mlaka ad dumum scil et ibi uicinatur terre filiorum Pousa, ubi prope est pomus iuxta uiam, que fere tendens ad occidentalem et ibi ascendit monticulum et in uertice eiusdem quedam uia, que uenit per terram magistri Thome cruce signat uiam illam; inde descendit ad fontem, iuxta quem est arbor egurfa, qui fons fluit ad riuum prope existentem, qui riuus currit per terram magistri Thome et cadit ad primum riuulum qui tenebat primam metam; riuulus autem ille usque primam metam ab occidentali parte primo tenet terram ueteris uille, postea terram noue et peruenit ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rei memoriam, robur et firmitatem perpetuam ad peticionem comitis Dominicy concessimus nostras litteras priuilegiales nostri sigilli munimine roboratas. Datum quarta feria in crastino [festi] Michaelis archangeli, anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo tertio. Guerino preposito, Johanne lectore, Gregorio cantore, Dominico custode, Petro decano ceterisque fratribus deo iugiter famulantibus in ecclesia Chasmensi.

Original dosta oštećen u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Documenta a. 1293.

Iz vana: »Ad terram Golgoncha«.

U prorezima vrvca od crvene i zelene svile. Pečat je otpao.

137.

1293, 13. oktobra. U Senju.

Petar Bàrte gradjanin zadarski dariva samostanu malobraćana u Senju neku kuću.

In eterni dei nomine amen. Anno a natiuitate domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indictione sexta, die terciodecimo intrante octubri. Tempore quidem domini nostri Andree dei gracia serenissimi regis Hungarie, et domini Nicolai eadem gracia Segniensis episcopi, ac nobilis uiri domini Johannis Vegle, Uinodol, Modrusse et Gezche comitis nec non Segnie perpet[ui] potestatis, et domini Phylippi vicecomitis, ac dominorum Dymini, Corradi, Raduchi et Andree iudicum ciuitatis eiusdem. Dominus Petrus de Barthe civis Yadrensis, quondam Segnie vicecomes corporali egritudine languens et mortis inevitabilis periculum metuens, divini numinis intuitu et pro suorum remedio peccatorum sponte et scienter coram me notario et testibus infrascriptis presentem mortis causa fecit donacionem. Donavit namque Çouello Nosdrogne de Yadria procuratori conventus fratrum minorum de Segnia, recipienti vice et nomine dicti conuentus fratrum minorum, nunc et per tempora futura in Segnia degentium, domum suam, quam habet in ciuitate Segnie. Que domus est prope domum Zanni ex una parte, et prope domum iudiciis Mathei ex altera, et prope domum Couaciç et domum relicte Tolimer ex tercia, et ex quarta est via publica uel si qui alii sunt confines. Constituens se ex nunc dictam domum donatam ipsius donatarii vice et nomine ipsius conventus recipienti nomine possidere uel quasi. Et volens, ut ex nunc ipsius domus donate in ipsum Çouellum procuratorem dominium sit translatum et ipsa res de cetero fiat eius tali condictione et pacto, quod predictus dominus Petrus toto tempore vite sue dictam domum debeat gaudere et tenere et usum fructum ipsius recipere et de ipso suam facere voluntatem. Et quod ipsa domus post mortem suam per procuratorem dicti conuentus fratrum minorum affictetur et locetur cum voluntate et requisitione guardiani qui erit per tempora et non aliter. Qui procurator retentis sibi annuatim soldis (!) quadraginta denariorum paruornm venetorum de ipso affictu et pensione, residuum dare teneatur in adiutorium vestrum siue tunicarum dictorum fratrum, et non in alia aliqua utilitate vel usu. Item, quod prefati fratres vel eorum pocurator, nec aliqua alia persona dictorum fratrum vel suo nomine nulla ratione vel causa possit ipsam domum vendere vel

alienare vel sine pensione alicui concedere nec aliquem cotractum vel actum facere, ex quo alienatio vel sine pensione concessio sequeretur. Quod si contra hoc dicti fratres et aliquis procuratorum faceret vel veniret cum fratrum consensu, ex nunc pro tunc voluit et consentiit ipse donator, quod ipsa domus sit monasterii sancti Crisogoni de Yadria cum condictione premissa. Quos predictos fratres minores rogat prenominatus donator, quod post eius decessum unam missam cantent omni mense pro anima sua. Et consimiles porrigit preces monachis sancti Grisogoni, si deficiente condictione pretraiecta in dominium eorum peruenerit prenominata domus. Quam quidem donationem nulla ex causis illis, quibus de iure mortis causa donationes reuocari dicuntur, sive alio aliquo iure, ratione vel causa, statuto, consuetudine provinciarum, ciuitatum et locorum seu canonum et legum auxilio, per quod contra dictam donationem posset ire vel allegare, aut ipsam infringere quoquomodo, ac istud publicum instrumentum in aliis impedire penitus non obstante, perpetuo firmam et ratam et omnino irreuocabilem esse, quod sepedictus dominus Petrus scienter et spontanee pactus et voluit et mandauit. Actum Segnie in domo suprascripti domini Petri, presentibus Ricciardo de Gageta notario predicti domini comitis, Laurentio Siluestri de Firmo, Andrea Mathei, Georgii de Yadria, magistro Laçario, magistro lignaminum et magistro Petro segatore de Parma, ac aliis testibus ad hec rogatis et vocatis.

Jacobus physicus condam Guidonis filius, imperiali auctoritate notarius publicus, in hiis omnibus interfui, et ut supra legitur scripsi atque firmaui rogatus.

(Signum not.)

Original u ark. samostana na Trsatu.

138.

1293, 28. novembra. (U Napulju.)

Dozvola izvoza žita iz Napulja u Zadar.

Dopušta se Ivanu de Jadara, mjesto dužnih mu novaca (certa de causa Ivano de Jadara debetur per curiam certa pecunie quantitas, pro qua sibi concessimus etc.) *izvesti iz Manfridonije ili Barlette* »salmas frumenti centum viginti« — ad terram Jadere.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 50.

139.

1293, 30. novembra. U Napulju.

Karlo II. kralj napuljski zapovijeda, neka se Gjuri (Šubiću) priskrbi otšteta, što ga orobiše na moru.

Carolus II. justitiario Capitanatii prouinciae jubet, ut »Comiti Georgio fideli nostro de partibus Sclavoniae« qui per nuncium nobilem virum Johannem de Jacobo conquestus est, quod Damianus de Tragurio, qui in vasello ipsius comitis redux cum mercibus ex Aprucio »more piratico« a nonnullis hominibus Temularum cum gallono armato spoliatus fuit mercibus, convocatis patronis, nauclero et aliquibus marenariis galoni predicti, satisfaciat, retentamque navim restitui faciat.

Rački Izvadci. Arkiv VII. 25—26. — Kukuljević Reg. no. 1536.

140.

1293, 2. decembra. U Zadru.

Ivan Varikaša obvezuje se platiti Jakobici, udovi Magera Varikaše 850 libri.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indicione septima, die secundo mensis decembris, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Rugeri Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Johannes fi[lius] Raynerii de Varicassa ciuis Jadre, quomodo cum meis heredibus et successoribus me obligo et promitto plene hic in Jadra soluere atque dare tibi namque Jacobine vxori condam Mageri de Varicassa fratris mei uel tuis heredibus aut successoribus libras denariorum venetorum paruorum octingentas et quinquaginta, a modo in ante usque ad proximum festum resurectionis nostri domini Jesu Christi primitus venturum sub pena dupli et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa super me et omnia bona mea presencia et futura. Et hoc est pro debito, quod tibi tenebatur prenominatus olim vir tuus Mager frater meus, qui predictas octingentas et quinquaginta libras denariorum par-

uorum habuit et recepit de tuis bonis mobilibus paternis condam Mathei Tussanini patris tui, que venerunt tibi in parte tua ad diuisionem seu parçognam, quam fecisti cum sororibus tuis de predictis bonis paternis. Quas uero octingenta et quinquaginta libras denariorum accipio ad soluendum tibi super me et omnibus bonis meis ad suprascriptum terminum omnibus capitulis, excepcione et occasione remotis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Theodoro de Fumato et Micha de Scolatura Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Henricus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 15.

141.

1293, 4. decembra. (U Napulju.)

Ulovljena ladja i roba prodana.

». . terida eiusdem Domaldi mercibus onerata« *oslobadja se svake lučke i onozemske carine. No ta* »terida, que vino fuerat onerata« *bila je* »per quosdam Ysclanos« *uhvaćena i teret prodan, te se oni tuže.*

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. 50.

142.

1293, 11. decembra. U Zadru.

Jakob de Zadulino daje Sumiji udovi Grisogona stanovnika zadarskog 4 gonjaja svoga vinograda na obradnju.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indictione septima, die vndecima intrante decembri, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradenici (!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agna[n]ia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Rogerii Mauroceni egregii comitis. Ego quidem Jacobus de Çadulino ciuis Jadrensis facio manifestum, quomodo

do et concedo tibi namque Sumie relicte Grisogoni habitatrici Jadere quatuor gonay de terra ad pastinandum vineam positam in insula Casta[n]i et firmatam ex trauersa iuxta vineam tuam, que est super terra mea, ex austro sunt vites Bertose, ex borrea sunt vites Thomasine, et ex quirina est terra desuper mea taliter, quod, dum ex ipsa terra fructum vini extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim mihi meisque heredibus et successoribus quartam partem tocius vini et omnium aliorum fructuum ex ipsa terra proueniencium, et si de fructibus siccis aut recentibus uendideris, dabis mihi fideliter quartum denarium, si vero fructus recentes domum portaueris causa commedendi, ipsas libere habeas. Et si in fraude manifesta repertus fueris contra meam racionem, mihi solues sex iperperos nomine pene quociens contrafeceris, et si per aliquid tempus ipsas vites uendere uolueris, primo mihi denunciabis et mihi meisque heredibus et successoribus uendere tenearis cum heredibus et successoribus tuis pro illo precio, quod ab aliis habere poteris, si eas emere uoluero, quod si noluero, tunc sit tibi licitum uendere cui uolueris salua semper racione mea quarti et omni alio iure suprascripto. Quam terram ego dictus Jacobus de Çadulino cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicte Sumie tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione, super me et bonis meis habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Philippo filio condam Grisogoni de Mauro, et Mauro filio condam Vulcigne de Barthe et aliis.

† Ego Blasius de Soppe examinator manum misi.

Ego Johannes Cauali Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roboraui et meo signo signaui.

(Sign. not.).

Originat u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1293.

143.

1293, 15. decembra. U Veneciji.

Dubrovački izaslanici ugovoriše s mletačkim trgovcem Markom Perom, da osnuje u Dubrovniku trgovinu sitne robe.

(Signum notarii). ✝ In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indictione sexta, die quintodecimo in-

trante decembri. Presentibus dominis Vitale de Bodatiis, Çugno de Dersa, Blasio de Mença ciuibus Ragusii et aliis testibus rogatis et ad hec specialiter conuocatis. Nobiles viri domini Pasqua de Bolchasso, et Nicola de Crose de Ragusia ambaxatores comunis et hominum de Ragusia, vt asserunt, nomine et vice comunis hominum dicte terre taliter, quod si comune et homines ipsius terre uelet (!) se tueri ab infrascripta (!) promissione et obligatione, quod ipsi de bonis suis propriis obseruare et atendere (!) teneantur cum expensis et obligatione comunis et hominum de Ragusia, promiserunt et obligauerunt se dare et soluere magistro Marco Pero speciali sancte Marie formose de Venecia centum viginti libras denariorum venetorum paruorum omni anno usque ad duos annos proxime uenturos pro suo salario, videlicet libras sexaginta denariorum paruorum usque ad sex menses, et alias libras sexaginta denariorum paruorum in finem anni, et si intelligatur de anno sequenti incipiendo terminum salarii prima die quo intrabit dictus magister Marcus Ragusiam. Et hoc, quia dictus magister Marcus ire debet Ragusiam et stare ibi continue usque ad duos annos predictos ad tenendum stacionem ypotecharie siue speciarie ad honorem comunis et hominum de Ragusia, recipientibus nomine et vice comunis et hominum dicte terre ire Ragusiam et ibi continue stare et stationem speciarie siue ypothecarie habere et tenere usque ad dictos duos annos, incipiendo (!) salarium, ut dictum est, et in ea habere omnia necessaria dicte arti (!) et vendere cuilibet uolenti emere, quod iustum fuerit, habendo suum salarium, ut est superius declaratum. Et promiserunt partes predicte sub ypotheca suorum bonorum et expensis et comunis predicti sub pena de quinque in sex per annum secundum consuetudinem terre Ragusie predicta omnia obseruare, que (!) pena (!) pars non obseruans parti obseruanti soluere teneatur, et nichilominus presens contractus habeat firmitatem. Hec autem addita fuerunt per partes predicte (!), quod si per comune Ragusie facta fuerit similis carta et obligatio dicto magistro Marco de salario sibi dando infra dies quindecim, postquam dicti ambaxatores intrauerint in Ragusiam, quod presens instrumentum irritum sit et cassum et nullius ualoris, promitentes ad inuicem partes cum obligatione bonorum comunis predicti et suorum et expensis non monstrare solutionem, finem, remissionem neque aliquid aliud contra formam promissionis et obligationis predicte, nisi in contrata sancti Marci de Riuoalto in domo dictorum ambaxatorum a partibus quoque habita licentia, ut duas cartas, scilicet unam parte (!) vnius tenoris consonis facere possim.

Ego Bonauentura de Buscarino sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi.

Obadva originalna primjerka ugovora u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

144.

1293.

Andrija III. kralj ugarski i hrvatski, daje Pavlu Šubiću i braći nasljedno banstvo u Hrvatskoj.

Andreas etc. uniuersis etc. Regiae liberalitatis immensitas donatiua largiflua fidelibus suis fluens et si quosdam interdum minus magnanimos incitare valeat, ad insignia martialium actionum viris tamen militaribus, in quorum precordiis proprio suo metu pro corona regia et regno sublimius triumphalis gloriae calcar addit, et cum quandoque ad uirtutum sublimia non satis solutos ad appetenda praemia virorum fortium regia magnificentia prouehit, vt est dictum, longe tamen vberiores virtutum cumulos addicit voluntate propria virtuosis, quorum fides et deuotia nullis contenta terminis, nihil se praestitisse putat, nisi recentioribus semper obsequiis accumulare valeat merita retroacta; hanc enim sibi nobilis magnanimitas legem ponit, vt cum virtutum operibus crescendi capux esse destiterit, suorum profectum cum dolore defleat decrementa. Hac igitur ducti consideracione dilectorum et fidelium nostrorum virorum militarium Pauli bani maritimi, Georgi et Mladini comitum fratrum suorum, qui a primaeuis progenitorum suorum personis, quasi haereditario quodam iure in multis et magnis praeliorum congressibus militari meruerunt laurea decorari, per frequentes suos nuncios atque nostros et specialiter per religiosum et discretum et amicabilem virum fratrem Desiderium ordinis heremitarum sancti Augustini oblatas humiliter et instanter excellentiae nostrae preces admittere, decreuit regia nostra clementia regio cum fauore, et quidem praefati dilecti et fideles nostri Paulus banus et fratres sui praenotati nostram cum deuota precum instantia interpellauere clementiam, vt cum progenitores eorum et ipsi progenitoribus nostris regni Hungariae regibus illustribus per obsequia multiplicia in feruore fidelitatis exhibita meminerint complacere, ipsorum patrum nostrorum munificentiis aliquid superaddere dignaremur, donando scilicet eis et eorum haeredibus, haeredumque successoribus banatum maritimum cum iuribus, vtilitatibus, redditibus et prouentibus banalibus vniuersis, assumentibus eisdem suo haeredumque suorum nominibus cum quingentibus militibus apparatum

habentibus militarem in expeditionibus nostris regalibus, siue contra hostes nostros externos siue aduersus domesticos inimicos, quibus familiaribus scilicet inimicis nulla pestis potest inveniri efficacior ad nocendum, solicite et solerter nobis assistere praecipua fide et sincera deuotione, solo studio, toto conanime, toto posse, et hoc vel in personis propriis vel saltem fratrum filiorum, necessariorumque(!) suorum personis idoneis decenter et sufficienter habentibus experientiam militarem. Nos igitur eorundem dilectorum et fidelium nostrorum humilibus et deuotis instantiis inclinati, ipsum banatum maritimum cum omnibus iuribus, vtilitatibus, reditibus et prouentibus banalibus, quocunque nomine censeantur, eis et eorum haeredibus, vt est dictum, contulimus iure proprietatis et perpetui dominii sub praefatis conditionibus et quibusdam aliis infrascriptis, videlicet, quod maiestatem nostram dominamque serenissimam nostram dei gratia ducissam totius Sclauoniae et maritimarum partium principissam charissimam matrem iuxta debitum fidelissimae subiectionis et deuotissimae in strenarum et aliorum clenodiorum oblationibus iuxta vulgatissimam consuetudinem regni nostri honorabiliter recognoscant, et quod ad nostram, dominaeque matris nostrae praesentiam per se vel si aliquibus legitimis forte impedimentis fuerint impediti, per subiectas fratrum, filiorum vel quorumlibet sibi necessitudinis vinculo coniunctorum personas veniant convocati. Nos cum eisdem dilectis et fidelibus nostris Paulo bano et fratribus suis praemissa omnia et alia his similia attendentibus fideliter cum effectu non solum prouisionem praefatam in collatione praescripti banatus eis factam conseruabimus, sed et multis aliis regalis munificentiae donatiuis eos et eorum posteros prosequemur toto desiderantes ąffectu, ut eorum fides et deuotio quoad nos, nec non vicissim quoad eos fauor et gratia nullo unquam termino concludatur, quam diuinae et humanae placitam, inconcussam et integram inter nos et ipsos ac uniuersos regni nostri nobiles et barones totis obsecramus affectibus, vt diuina conseruet dispositio pietatis. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio.

Lucius Memorie di Traù (additamenta) 63.—64. — Fejér Codex dipl. Hung. VII. 225—228. — Kukuljević Reg. no. 1538. — Listina u ovom obliku sumnjiva.

145.

1293. U Čazmi.

Ivan biskup zagrebački podjeljuje posjed Gvešće kod Vaške županu moslavačkomu Stjepanu i njegovom potomstvu.

Johannes miseracione diuina episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum quedam possessio ecclesie nostre Guesche uocata, circa Vaska existens, propter turbacionem et guerram presentis temporis, que in regno Vngarie et Sclauonie a multis retroactis temporibus miserabiliter in dispensium(!) et detrimentum regni et incolarum eiusdem inoleuit, exstiterit desolata et fere habitatoribus destituta. Nos uolentes condicionem dicte possessionis ecclesie nostre, ut tenemur, facere meliorem, et maxime, ne predicta possessio sine habitatoribus et fructu omnino remaneret, eandem possessionem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis eiusdem sub signis et terminis infrascriptis dedimus, donauimus et contulimus nobili et probo uiro comiti Stephano de Monuzlo et per eum suis heredibus perpetuo possidendam et habendam more et condicione aliorum predialium nostrorum de Vaska, seruiciis debitis et consuetis nobis et nostris successoribus per dictum Stephanum comitem et suos heredes in eadem plenarie reseruatis. Hoc cauto nichilominus et adiecto, quod idem comes Stephanus et sui heredes nobis et nostris successoribus omni fidelitatis studio processu temporum assistere tenebuntur, quos si videlicet vel quempiam ipsorum contra nos et statum ecclesie nostre in notam infidelitatis vel ingratitudinis incidere contingerit, quod non optamus, cadere debebunt a iure et proprietate possessionis supradicte nullo tempore ad eandem reuersuri. Cuius quidem possessionis signa et termini, prout nobis magister Mychael archidiaconus de Vaska socius noster et uir religiosus frater Laurencius prepositus fratrum ordinis sancti Augustini de Vaska, per nos ad reambulandum dictam terram destinati in scriptis aportarunt, tali ordine distinguntur: Incipit prima meta in aqua Berzenche, ubi cadit aqua Achyn in Berzenche, in eadem aqua tendens versus meridiem satis in magno spacio exit ad arborem tul, sub qua est meta terrea et ibi vicinatur terre Michaelis, inde tendens uersus septemtrionem in magno spacio uenit ad magnam uiam, ubi est arbor tul, sub qua est meta terrea, inde uenit ad arborem piri, et ibi cadit in potok Kacha dictum, et per eundem potok ueniens superius satis in magno

spacio uenit ad duas siccas arbores nar, deinde tendens ad uiam uenit ad duas metas terreas, inde per uiam versus orientem uenit ad magnam arborem tul, inde declinans versus aquilonem uenit ad arborem nar, inde in arborem piri et ibi cadit in aquam Hadinech, et per eandem cadit in aquam Zumolch, inde per eandem aquam tendens superius in magno spacio versus orientem exit in Bohorch chereth, inde versus meridiem tendens uenit in Virilck, inde tendens uenit in aquam Trinoych inde per eandem procedens versus meridiem exit in arborem tul cruce signatam, inde in vicionacione(!) Tumbul tendens uenit in arbores cruce signatas, uenitque in campum ad arborem tul, sub qua est magna uia, inde uenit ad arborem cher, deinde procedens uenit ad arborem tul, sub qua est puteus, inde procedens versus meridiem in paruo spacio et cadit in aquam Berzenche ubi est arbor has, et per dictam aquam uenit ad primam metam et sic terminantur. In cuius rei memoriam et stabilitatem presentes concessimus literas sigillo nostro autentico consignatas. Datum Chasme, per manus discreti viri magistri Gogani socii et protonotarii nostri, anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio.

Original bez pečata u nadbisk. arkivu u Zagrebu: Donationalia. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 231.—232. — Kukuljević Reg. no. 1540.

146.

1293. U Ivaniću.

Ivan biskup zagrebački daruje zemlju Lubenu u županiji čazmanskoj županu Salamonu.

Johannes miseracione diuina episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos considerantes et attendentes merita probitatis et servitia probi viri Salamonis comitis filii Gozo, sperantesque ipsum nobis et ecclesie nostre ac populis nostris esse successu temporis profecturum, quandam terram nostram, que quondam fuit castrensis Lubena vocatam in comitatu nostro Chasmensi sitam et existentem, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis ipsius terre universis dedimus, donavimus et contulimus predicto comiti Salamoni et per eum suis heredibus sub signis et terminis infrascriptis perpetuo possidendam et habendam more et consuetudine predialium nostrorum aliorum, servitiis debitis et consuetis nobis et nostris succes-

soribus in eadem reseruatis. Hoc cauto nihilominus et adiecto, quod idem Salamon comes et sui heredes nobis et nostris successoribus omni fidelitatis studio in[servir]e tenebuntur, quos si in infidelitatis vel ingratitudinis vicium incidere contigerit, quod non optamus, cadere debebunt a iure terre memorate nullo unquam tempore ad eandem reuersuri. Cuius quidem terre mete prout magister Andronicus quondam comes noster Chasmensis, per nos ad limitandum ipsam terram transmissus nobis in scriptis destinavit, tali ordine distinguntur: Incipit prima meta a quadam arbore has cruce signata iuxta quandam viam a parte aquilonis in vicinitate Georgii filii Petri inter duas vineas et pervenit ad . . . . . in eadem via, et divertit de eadem via inter duas arbores cerasi versus meridiem et transit per medium vinee Georgii filii Gregorii et pervenit ad quamdam vallem, ubi est arbor nucis et transit in eadem valle versus meridiem in eadem vicinitate satis per longum spacium, et inde divertit ad vicinitatem Danych et exit ad duas arbores eger et procedit versus meridiem in quibusdam dumibus avellanarum, et inde divertit de hiisdem dumibus versus orientem et transit quoddam nemusculum, ubi sunt arbores cerasi et pervenit in partibus meridiey per quandam stratam communem, et transit ad unam vallem in vicinitate dicti Danych, et in eadem valle transit per longum spacium et ascendit per unum stratum in vicinitate dicti Danych, pervenit ad arborem harast, ubi est magna via, procedens per eandem magnam viam pervenit ad metas terre Gurk Vngari, inde ad unam vallem, ubi est potok nomine Lubena et intrat in alium potok Tyzkeuch vocatum et partes occidentales transit per eundem potok in vicinitate Gurk, inde declinat versus septemtrionem et uenit ad quoddam nemusculum et ibi cadit in magnam viam exercitualem et per eandem per bonum spacium revertitur ad metam primitus nominatam et sic terminatur. In cuius rei testimonium et stabilitatem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Iwanch, per manus discreti viri Gogani prepositi tunc magistri notariorum nostrorum, anno domini MCC nonagesimo tertio.

Original u arkivu narod. muzeja u Budimpešti. Na listini vidi se trag, gdje je ob uzici visio pečat.

Fejér je jošte imao: »Ex orig. membrana per dominum Puztay advocatum Posoniensem communicata exscripsit et communicavit Joannes Czech«.

Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 5. 3. 15—17. — Kukuljević Reg. no. 1539.

147.

1294, 2. januara. U Zadru.

Dešimir gradjanin zadarski prodaje dozvolom samostana sv. Marije Mahači i Vukostani vinograd u Bibanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, die secundo intrante mense ianuario, indicione septima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anagnia venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Rogerii Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Desimirus filius quondam Radun ciuis Jadre per hoc puplicum(!) instrumentum, quomodo trado, uendo atque transacto uobis Machaçe et Vulcostane Oriente matri et filio habita licencia et consensu domine Nicolette(!) abbatisse sancte Marie monialium de Jadara(!) totam vnam meam vineam plantatam in terra ipsius monasterii positam in loco qui dicitur Bibanus, et omnes arbores in ea existentes, cui de trauersa est vinea Bratco patris presbiteri Martini clerici sancti Stehani(!) de Jadra, de austro vinea Stoyce sororis eiusdem Desimiri, de borea vinea Diminosclaue sororis mei Desimiri predicti, de quirina vinea Mile relicte quondam Dragosse; de qua sunt gongnay(!) duo minus quarti; cum omni latitudine et longitudine sua et cum omnibus suis terminis et pertinenciis tam supra(!) terram quam supra terram a modo cum omnimoda potestate de ea faciendi omnem libitum tue uoluntatis et heredum ac successorum tuorum saluo semper iure dicti monasterii sancte Marie, scilicet decima parte vini et omnium fructuum inde habenda nemine uobis in perpetuum contradicente; pro precio cuius uendicionis ego Desymirus(!) predictus recepi a uobis Michaçe et Vulcostane Oriente predictas(!) libras denariorum paruorum viginti quinque et dimidiam, quas mihi plene et integre persoluistis. Vnde cum meis heredibus et successo[ribus] promitto dictam vineam cum omnibus suis proprietatibus uobis uestrisque heredibus et successoribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bona mea omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Desegna filio quondam Salue, Drasine filio Stange Ruge et aliis.

(Drugi rukopis).

† † Ego Blasius de Soppe examinator manum misi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancti Petri noui de foro Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

148.

1294, 4. februara. U Zadru.

Lipa i Kreste Grubonja daju Damijanu zemlju, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indiccione septima, die quarto intrante februario, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici (!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini, fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Rogerii Mauroceni egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos quidem Lipa relicta Vulagne de Barthe et Creste filius condam Andree de Grubogna ciues (!) Jadre, quomodo damus et concedimus tibi namque Damiano filio condam Johannis habitatori Jadre quinque gonay de terra nostra ad pastinandum vineam positam in insula Gilani, cui ex quirina est rerra Martini de Spaurasantis, ex omnibus aliis partibus est terra nostra; quos quinque gonaios terre tenearis in integrum pastinare usque ad septem annos completos nuper uenturos sub pena sex iperperorum taliter, quod, dum ex ipsa terra fructum vini extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim nobis nostrisque hetedibus et successoribus quartam partem tocius vini cum gaspo et omnium aliorum fructuum ex ipsa terra proueniencium in barcha nostra, ad ripam maris tuis propriis expensis; et se (!) de fructibus siccis aut recentibus uendideris, dabis nobis fideliter quartum denarium, si uero fructus recentes domum portaueris causa comedendi, ipsas (!) libere habeas; et si in fraude manifesta repertus fueris contra nostram racionem, nobis solues sex iperperos nomine pene quociens contrafeceris; et si per aliquod tempus ipsas vites uendere uolueris, primo nobis denunciabis et nobis nostrisque heredibus et successoribus uendere tenearis cum heredibus et successoribus tuis pro illo precio, quod ab aliis habere poteris, si eas emere uoluerimus, quod si noluerimus, tunc sit tibi licitum uendere cui uolueris salua semper racione nostra quarti et omni

alio iure suprascripto. Quos quinque gonaios terre nos dicti Lipa et Creste cum heredibus et successoribus nostris nos obligamus et promitimus tibi dicto Damiano tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super nos et bonis nostris omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne uocato Stochora, et Laurencio filio condam Radovani et aliis.

(Drugi rukopisi).

† Ego Franciscus Lampredii Nicole examinator manum misi.

Ego Johannes Quali Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et meo signo signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

149.

1294, 9. februara. U Zadru.

Ivan Varikaša obvezuje se Girardu trgovcu iz Mletaka, da će platiti 70 libara za kupljene stvari.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indicione septima, die nono intrante mense februario, Jadre. T[emporibus equi]dem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et fratris Johannis [de] Agnania [venerabilis Jadrensis] archiepiscopi, ac domini Rugerii [Mau]roceni egregii comitis. Manifestum [facio per hoc presens] instrumentum ego quidem Johan[nes filius] Rayneri de Varicassa ciuis Jadre, quomodo em[i] atque . . . et recep[i] a te namque G[yrardo Lo]nato de Veneciis mercatore Jadre tresdecim(!) braçias de auricella, octo braçias . . . . . mcia, duas guarnaçias vnam de arcolinia et aliam de schyllatis finito . . . . . septuaginta libras denariorum venetorum paruorum. Vnde cum meis heredibus et succe[ssoribus] . . . . . promitto ipsas septuaginta libras denariorum venetorum paruorum plene hic [in Jadra] soluere atque dare tibi prenominato Gyrardo Lonato uel tuis heredibus aut successoribus saluis in terra absque omni p[ericu]lo usque ad primum diem mensis madii proxime venturum sub pena dupli [et] omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa super me et omnia bona mea presencia et futura et omnibus capitulis, excepcione et occasione remotis. Actum est hoc et firmatum coram hiis

vocatis et rogatis testibus, scilicet Symone nappario et Radoslauo Igliça Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Franciscus Lampredii Nicole examinator manu missi.

Ego Henricus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 16. — Listina je na više mjesta krnja.

150.

1294, 7. marta. U Zadru.

Luketo Ivanovac prima od opata sv. Krševana obveznicu Domalda Zadulina i brata mu Jakoba o dugu redu Ivanovaca.

Anno incarnacionis Christi millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, die septimo intrante mense marcii, indictione septima, aput Jadram. Vniuersis presentem paginam inspecturis pateat manifeste, quod ego frater Luchettus ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani preceptor Ypocriçe cum uoluntate et assensu nobilis et religiosi viri domini fratris Alberti domorum hospitalis predicti per Hungariam et Sclauoniam prioris, accepi a venerabili et religioso viro domino fratre Johanne abbate sancti Grisogoni de Jadra quoddam instrumentum, quod aput(!) ipsum extitit depositum nomine domus hospitalis predicti, in quo continetur nobiles viros Domaldum Çadulinum et Jacobum fratrem ipsius teneri in certa pecunie summa domui hospitalis predicti et ad manus predictorum nobilium. De mandato magnifici viri domini fratris Johannis de Villaris magistri domus hospitalis predicti ipsum instrumentum tradidi et assignaui ita, quod ipsi deberent soluere debitum in quo tenentur domui hospitalis predicti nomine ipsius hospitalis domino fratri Alberto predicto, secundum quod magister ordinauit et uoluit. Vnde licet ego ordinauerim antea domino abbati predicto, quod ipse deberet assignare instrumentum ipsum debiti ad manus fratris Jacobi de Cerisala preceptoris Mugnani, quod eciam frater Jacobus voluit et ordinauit domino abbati predicto, quod si dicti nobiles, videlicet Domaldus et Jacobus Çadulinus transmitterent debitum soluendum et assignandum nomine domus hospitalis predicti Venecias ad manus fratris Angerani de Gri-

gnano preceptoris Veneciarum, quod ipse deberet tradere et assignare ipsum instrumentum ad manus predictorum nobilium, satisfacto primo de ipso debito, in quo tenentur domui hospitali, tamen quod dictus dominus magister attendens paupertatem et penuriam magnam prioratus Hungarie et Sclauonie mandauit et uoluit, quod ipsum debitum soluetur fratri Alberto priori domorum hospitalis pro Hungaria et Sclauonia. Idcirco ego assignaui instrumentum ipsum predictis nobilibus et ordinaui, quod debitum assignaretur predictum priori Hungarie et Sclauonie predicto, secundum quod ipse dominus frater Albertus prior predictus mandauit mihi pro parte ipsius domini magistri, cui secundum quod ipse prior dixit magister predictus hoc tibi commisit. In quorum omnium euidenciam presentem paginam sigillis domini Alberti prioris Vngarie et Sclauonie predicti, et nostri fratris Luchetti fecimus communiri.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula IX. m. X. no. 125. — Vise dvije pergamene vrvce, pečati su otpali.

151.

1294, 3. aprila.

Andrija III. kralj ugarski i hrvatski, potvrdjuje na molbu župana Sebreta, sina Marcelova, listinu kralja Ladislava (od god. 1286.) o imanju Ibran u vukovskoj županiji.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod comes Sebreth filius Marcelli fidelis noster, nostram adiens presenciam exhibuit nobis patentes litteras capituli de Kw continentes tenorem priuilegii regis Ladizlai fratris nostri patrvelis super facto cuiusdam possessionis Ibran uocate connfecti, petens nos humiliter et deuote, ut ipsas patentes litteras ratas habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem patencium litterarum tenor talis est: Nos[1] capitulum ecclesie de Kw significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod Sebreth comes accedens ad nos peciit a nobis, quod priuilegium suum, quod

[1] Listina nije dobila posebno mjesto, jer je bez datuma i svakih indicija. — Pisaru listine očito je izmakao eshatokol.

propter discrimina uiarum et inpacati temporis existenciam pro causis sibi imminentibus secum deferre uel mittere non posset nec auderet, transscribi faceremus. Nos igitur eiusdem peticionibus iustis annuentes ipsum priuilegium de verbo et verbum transscribi fecimus, eidem transscripto sigillum nostrum apponentes. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od god. 1286.)* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus ipsius comitis Sebridi(!) fauorabiliter inclinati, dictas patentes litteras non cancellatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte uiciatas de uerbo ad uerbum presentibus insertas auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCC⁰ nonagesimo quarto. tercio nonas aprilis, regni autem nostri anno quarto.

Original u arkivu grofova Draškovića u Trakošćanu fasc. 12. no. 8. Na listini visi o crvenoj i bijeloj svilenoj uzici odlomak pečata.

Fejér Cod. dipl. Hung. VI. 1. 295. po ruk. Kaprinajevom. — Cod. dipl. patrius. VI. 404—405.

152.

1294, 7. aprila. U Klisu.

Mir izmedju Trogirana i kneza Gjure bribirskoga.

In nomine indiuidue trinitatis amen. Anno domini a natiuitate 1294., indictione septima, regnante domino Andrea serenissimo rege Hungariae, et tempore magnifici et potentis viri domini Georgei de Birberio ciuitatum maritimarum illustris comitis, die mercurii 7. aprilis. Cum dominus Mattheus domini Lucii sindicus et procurator communis et hominum Traguriensium, vt de ipsius sindicatu constat publico instrumento scripto manu mei subscripti notarii procuratorio et sindicario nomine dicti communis et hominum Traguriensium predicto domino Georgeo comiti et pro communi et hominibus Almissi, nec non pro gente sua, ac subditis fidelibus et districtualibus se et dictum commune et homines Tragurienses obligauerit et promiserit egregio viro domino Rogerio Mauroceno comiti Jadre recipienti et stipulanti nomine et vice domini ducis Venetorum, communis et hominum ciuitatis eiusdem, necnon habitatorum fidelium subditorum et districtualium suorum de M. M. M. denariorum venetorum paruorum occasione treugue facte et firmate inter

predictum Georgeum comitem et dictum dominum Rogerium super quolibet recipienti nomine quo supra. Idcirco predictus dominus comes Georgeus tam nomine suo, quam nomine omnium subditorum fidelium et districtualium suorum, et etiam nomine dicti communis et hominum Almissi promisit solemniter sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando domino Desse Amblasii ciuitatis Traguriensis sindico et procuratori communis et hominum Traguriensium sindicario et procuratorio nomine dicti communis et hominum Traguriensium recipienti et stipulanti se facturum et curaturum taliter cum effectu, quod si dictum commune Tragurii inciderit in dictam penam M. M. M. librarum, et ipsa pena ab ipso communi exacta fuerit, faciet et compellet illos, qui contrauenerint ad dandum et soluendum dicto communi Traguriensi dictam quantitatem M. M. M. librarum, quod dictum commune Tragurii conseruabitur a predictis M. M. M. librarum penitus et totaliter sine damno, alioquin ipse dominus Georgeus comes de suo proprio promisit dicto sindico et procuratori communis et hominum Tragurii soluere dicto communi Traguriensi predictam quantitatem M. M. M. librarum sub pena et obligatione suorum bonorum et pena soluta vel non, rato manente contractu, quod instrumentum predictus Georgeus comes voluit et iussit sigilli sui pendentis munimine roborari.

Actum in castro Clissi, in domo dicti domini Georgei comitis, presentibus Radoslauo olim Domogne de Policia comite, Slauano, Stanislauo de Birberio seruientibus eiusdem comitis, et magistro Benuenuto medico eiusdem domini comitis, testibus de hiis vocatis et rogatis. Et ego Siroctus Petri de Ancona imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scribere scripsi sic rogatus a dicto domino comite.

Lucius Mem. de Traù. I. p. 132.—133. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. vol. 4. 228.—229. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 171. — Kukuljević Reg. no. 1546.

153.

1294, 9. aprila. U Omišu.

Pogodbe izmedju Trogirana i Omišana.

1294. indictione 7. Regnante domino Andrea etc. et tempore magnifici et potentis viri domini Georgei de Birberio comitis Almissi, die veneris 9. aprilis. Cum dominus Mattheus domini Lucii sindicus . . . . . Tr[aguriensis] pro domino Georgeo comite et pro communi et hominibus

Almissi, ac aliis fidelibus dicto domino comiti se et commune Tragurii obligauerit etc. Idcirco prudentes viri domini Nicola comes, Radigosti, Priuoslauus et Budi[slauus] iudices dicti communis et hominum Almissi cum consensu et voluntate consilii seu potius parlamenti dicti communis Almissi, in platea dicti communis ad vocem preconis de mandato eiusdem domini Nicole comitis et dictorum iudicum more solito congregato promiserunt etc. se liberaturos commune et homines Tragurii ab ipsa fideiussione M. M. M. librarum, si occasione hominum Almissi inciderit in penam dictarum M. M. M. librarum, et reficere damna, expensas, interesse ab obligatione, dantes authoritatem realiter et corporaliter retinendi homines de Almisso, donec fuerit integre satisfactum, renunciantes priuilegio. Actum in platea dicti communis Almissi, presentibus Zula filio zupani Budislaui, Stoislauo fiilio Barbani, Petre Cuitane Conaci et pluribus aliis de dicto parlamento omnibus hiis vocatis et rogatis. Et ego Siroctus Petri.

Lucius Mem. di Traù 133. — Wenzel Coa. dipl. Arp. cont. X. 172. — Kukuljević Reg. no. 1548.

154.

1294, 27. aprila. (U Napulju).

Ladja krcata iz Napulja za obale dalmatinske porobljena.

Karlo II., kralj napuljski piše: »Vicario, magistro, iusticiario et iudicibus magne curie« . . . . »Raynerius Michael consul Venetorum in Apulia, et Lucas de Muco ambassator civitatis Ragusii, devoti nostri in nostra presencia constituti, graviter conquerando monstrarunt, quod cum dudum Matheus Derehie[1] et Petrus Tome, cives et mercatores Ragusii, onerassent et onerari fecissent in partibus Romanie quandam barcam magnam seta, cera, grano et aliis mercibus valentibus uncias auri 777 et ultra, et de eisdem partibus cum ipsis barca et mercibus navigarent secure, Marinus Bulgarus« etc. spoliarunt, ipsosque mercatores male tractarunt.

Reg. Angioini vol. 63. (Caroli II. 1293.—1294. A.) fol. 74. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 61. — Rački Rad. XVIII. 220. u opaski spominje. — Rački Arkiv VII. 26. — Kukuljević Reg. no. 1549.

---

[1] Rački ima »Derchie« što je jamačno ispravnije.

155.

1294, 21. maja. (U Napulju).

Tužba na gusare.

Tužba: »quidam nomine Pasca de Ragusio, patronus cuiusdam navis vocate sancta Maria la bella una cum quibusdam aliis Venetis de dicta navi sua, pace ac securitate nostris temere violatis, in Petrum Bufum de Janua, cuiusdam alterius navis patronum, et illos de comitiva sua, cum quadam barcha, quam idem Pasca et alii armari propterea fecerant, ex concepto invicem odio in portu Manfridonie more piratico irruentes, conati sunt pro viribus navim ipsam capere ipsosque Januenses imaniter ac male tractare, ita quod dictum Petrum et tres alios de navi sua de personis capientes ad navim abduxerunt eorum ibique per totam noctem sub custodia detinuerunt eosdem.«

Registri Angioini
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 61.—62. — Rački Rad XVIII. 221. ima sadržaj.

156.

1294, 25. maja. U Zadru.

Dragača, udova Simonova, prodaje Žanu i supruzi njegovoj vinograd u Žirodolu.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, mense madii die septimo exeunte, indicione septima, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici (!) incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Rogerii Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Dobraça relicta condam Simonis pestrinarii habitatrix Jadre, quomodo vendo atque transacto vobis quidem Çeno filio condam Teodori et Agapi uxori tue habitatoribus Jadre vnam meam vineam de tribus gonay positam in Çirodolo, cui de borea est vinea Petri filio (!) Crasogne, de austro est vinea Bogdanne, de trauersa est vinea Cu[n]ce, et de quirina est vinea Creseuanni de Metcaueç; cum omni longitudine et latitudine vinee ipsius cum omnibus sius certis terminis, habenciis et pertinenciis tam

subtus terram quam supra terram amodo cum plena uirtute, auctoritate et potestate totam ac omnimodam voluntatem uestram ex ea pro anima et corpore faciendi. Ob quam vendicionem siue transactacionem vos dicti Çenus et Agapi coniuges mihi bene et plenarie pro precio in pecunia numerata dedistis et persoluistis libras denariorum venetorum paruorum centum, de quibus iam bene pacatam me teneo. Vnde ego predicta Dobraça cum meis heredibus et successoribus debeo et teneor vobis uestrisque heredibus et successoribus prefatam vineam ab omni persona in racione defensare et excalumpniare super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Marco Rombaldo et Antonio de Cupo et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Jacobus de Petriço examinator manum missi.

Ego Johannes diaconus sancte Marie maioris et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XXII. no. 547.

157.

1294, 28. maja. U Anagniji.

Daje se sloboda izvoza žita iz Apulije u Hrvatsku.

Pro rege Vngarie. Scriptum est Henrico de Heruilla stabiliendo. Cum pro munitione quorundam castrorum sitorum in partibus Sclauonie, que nuper ad Karoli primogeniti nostri regis Vngarie, principis Salernitani et honoris Montis Sancti Angeli domini, ac nostri in regno Sicilie vicarii generalis fidem et dominium peruenerunt salme frumenti mille illuc per mare mictende(!), de partibus Apulie necessarie reputentur. Volumus et fidelitati tue precipimus, quatenus nuncium dicti regis Vngarie in continenti extrahere libere a iure quolibet exiture de quibuscunque portubus iurisdictionis tue uoluerit, licitis et permissis, predictas frumenti salmas mille ad generalem mensuram, ferendas per mare ad predictas partes Sclauonie pro munitione predictorum castrorum, vt est dictum, absque impedimento uel conditione permictas(!), non obstantibus conuentionibus habitis inter curiam nostram, ac Ceccum et socios mer-

catores, presertim cum conuentiones ipse ad munitionem castrorum curie nostre seu liberorum nostrorum nullatenus extendantur. Datum Anagnie per manus Bartholomei etc., die XXVIII. maii, VII. indictionis.

Wenzel Acta extera I. 123.—124. — Kukuljević Reg no. 1562.

158.

1294, 20. juna. U Bariu.

Karlo kralj napuljski daje Pavlu banu i braći njegovoj jamstvo za dolazak i odlazak u Napuljsku.

Karolus secundus etc. et Karolus eiusdem regis primogenitus eadem gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus etc. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod cum nos super prosecutionem negotii nostri predicti regis Vngarie de regno nostro Vngarie cum viro nobili Paulo bano conferre, ac eius consilio vti volentes, eundem Paulum ad nostram proinde presentiam duxerimus euocandum. Volentes huiusmodi vocationem ipsi Paulo, vel illi ex fratribus suis, quem ad nos in defectu personalis accessus eiusdem Pauli venire contingerit, dubiam vergere, licet eis dubitare super hoc de aliquo non sit opus; assecuramus eos per presentium seriem et quemlibet eorundem in persona, familie equitaturis, et rebus eorum omnibus in veniendo, morando et etiam redeundo, ut tam venire ad nos quam morari nobiscum, quam etiam redire eorum ad propria possint salue, libere et secure, nullis per nos ac gentes vel fideles nostros, aut subditos valitores nostros, ipsis fratribus vel eorum alteri, siue in persona, siue in familia, equitaturis, rebusque ipsorum quibuslibet molestia, dampno, aut quouis prepedio quomodolibet inferendis; has nostras eis in testimonium et cautelam etiam concedentes. Ad hec, quia superius nomina fratrum dicti Pauli bani minime ad euocationem explicantur, ne dubium emergat eisdem, ipsorum nomina presentibus lucidamus, et securitatem videlicet comiti Georgio et comiti Meladino, vt supra distinguitur, in eorum testimonium et cautelam duximus concedendum. Datum Bari etc., die XX. iunii VII. indictionis.

Registri Angioini v. 63. (Caroli II. a. 1293.—1294. A.) fol. 164. — Makušev Zapiski XIX. 2. 41. — Rački Izvadci Arkiv. VII. 26. — Rački Rad XVIII. 221. — Wenzel Acta extera I. 114. — Kukuljević Reg. no. 1550. i 1551.

159.

1294, 22. juna. U Bariu.

Kralj napuljski zove k sebi Zadranina Maura Zadulina.

Scriptum est nobili viro dompno Mauro Zabilino[1] de Zadara dilecto et deuoto suo etc. Reuoluentes in animo tue fidei et dilectionis constantiam, quam erga celsitudinem nostram prompto animo continuatis successibus ostendisti; merito inducimur te exinde ad benemeritorum consortium aggregare. Verum cum propter tue deuotionis merita et obsequia indefessa, que operum experientia probata cognouimus, intendamus te dignis fauoribus adaugere, volumus et mandamus, vt statim ad nostram accedas presentiam, quia te videre plurimum affectamus. Datum Bari, per B. de Capua etc., die XXII. iunii, VII. indictionis.

Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 51. — Wenzel Acta extera. I. 116 — Rački Izvadci. Arkiv VII. 23. meće u godinu 1293. ne naznačuje u svom regestu indikciju VII., kojoj doista odgovara g. 1294.

160.

1294, 23. juna. U Budimu.

Andrija III. kralj ugarski i hrvatski odredjuje prihod državne blagajne na susdržavanje medvedgradskih čuvara.

Andreas dei gracia rex Hungarie fidelibus suis de Monte Grecensi salutem et graciam plenam cum dileccione. Noueritis, quod pro eo, quod de castro nostro Medwe uocato, uobis et ad vos spectantibus per comitem Gyanum illata fuisse dicuntur nocumenta, nos ipsa cupientes nocumenta a uobis et uestris amouere, cameram nostram de Zagrabia eidem Gano(!) duximus conferendam ita, ut amplius de eodem castro nostro nullum nocumentum inferri presumatur, sed de nostris rebus custodes nutriantur. Si qui autem contra hoc nostrum preceptum presumpnentur, nobis in uestris literis curetis intimare, ut huius mandati

[1] Jamačno Zadulino.

nostri transgressores digna vlcione per nos feriantur. Datum Bude, in vigilia beati Johannis baptiste..

Liber privileg. eppatus Zagrab. list. 66.

Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 233. i Monum. civit. Zagr. I. 73. — Kukuljević Reg. no. 1553.

161.

1294, 8. jula. U Melfi.

Karlo kralj napuljski daje slobodan dolazak i odlazak banu Pavlu i bratu njegovu Gjuri.

Pro Paulo bano et comite Georgio. Karolus secundus dei gratia rex Jerusalem ex Sicilie etc. Maria consors eius predictorum regnorum regina, et Karolus eorum primogenitus eadem gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris Montis Sancti Angeli dominus, notum facimus vniuersis, quod nos Paulo bano Chroatorum et comiti Georgio, et eorum alteri ueniendi simul uel separatim ad presentiam nostram et alicuius ex nobis, morandi et abinde cum uoluerint ad propria redeundi, licentiam et securitatem plenariam in personis et rebus eorum omnibus et aliorum omnium, qui in comitiva ipsorum accesserint, sub verbo fidei regie maiestatis tenore presentium impartimur. In cuius rei testimonium presentes licteras(!) nostras eis exinde fieri, et nostris sigillis pendentibus iussimus communiri. Datum Melfie per Bartholomeum de Capua militem, regni Sicilie prothonotarium et magne curie nostre magistrum rationalem, anno domini M⁰CC⁰XCIIII⁰., die VIII⁰. iulii, VII. indictionis, regnorum nostrorum predictorum regis et regine Jerusalem et Sicilie anno decimo, nostri uero regis Vngarie anno tercio.

Wenzel Acta extera I. 119. — Rački Izvadci. Arkiv VII. 25. ima g. 1293, koja ne odgovara indikciji VII. — Kukulievič Reg. no. 1531. pogrešno po Račkom u god. 1293.

162.

1294, 4. augusta. U Aquili.

Karlo kralj napuljski moli Mlečane i Genoveze, neka puste slobodno putovati do njega bana Pavla Šubića.

Karlo II., kralj napuljski, piše Mlečanima i Genovezima i moli ih, da puste slobodno putovati k njemu bana Pavla i njegovu braću: »sub verbo ac fide regie mayestatis, quod in persona, familia et rebus eiusdem nullam ei fieri pacieremur iniuriam, molestiam vel offensam«. »Si vero Paulus ipse«; *nastavlja Karlo II.* »causa excusabili« *ili bi pako ban* »presentis egra condicio temporis« »aliquo impeditus venire nequiret et in eius defectu ex fratribus eius unus accederet, comes Georgius scilicet, aut comes forsitan Maladinus, similem ei securitatem promittimus«. etc. (Datum Aquile die 4. augusti, indictione VII.)

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. p. 41. — Rački Rad XVIII. p. 221. samo izvod.

163.

1294, 21. augusta. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim mire se banovi Stjepan i Radoslav.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit universis presentium per tenorem, quod magnifici viri Stephanus banus ab una parte, et Radozlaus banus frater eiusdem ab altera in nostri presentia personaliter constituti, retulerunt et confessi sunt, quod cum inter eos dissensio, controversia et adversitas suborta fuisset et per consequens dampna et iniurie sibi invicem irrogate et diutius ventilate inter eosdem extitissent, tandem iidem huiusmodi dissensionis, controversie et adversitatis materiam eradicare volentes, propter bonum perpetue pacis et fraterne dilectionis intuitu ad plenam pacis et concordie devenerunt unionem, placando et satisfaciendo ad plenum alterutri de dampnis, iniuriis ac offensis in huiusmodi dissensionis tempore peractis in hunc modum, quod nulla mentio vel iteratio haberi debeat eorundem, et super hoc firmiter observando tam Stephanus banus cum filiis suis, quam Radozlaus banus similiter cum filiis suis prestiterunt iuramentum, imo ut

se invicem fraterno amore et sincera dilectione amplecterentur, voluerunt etiam et firmiter assumpserunt, ut nullus ipsorum in mortem seu captionem alterutrius persone seu suorum potiorum ac occupationem castrorum niteretur; quicunque vero ipsorum mortem aut captionem persone alterius, ac occupationem castrorum vel etiam captionem seu necem solempniorum hominum ad eos spectantium attemptaret, idem periurus et fidei violator haberetur et insuper sententiam excommunicationis incurreret, quam dominus noster episcopus Zagrabiensis in ipsum temeratorem pacis et fidei promulgaret; et pro maiori vigore ac stabilitate huiusmodi sententie partes unanimiter assumpserunt et obligaverunt se, quantocius poterunt, literas apostolicas similiter sub sentencia excommunicationis obtent[ur]os. Ad hec pro firmiori certitudine pacis et concordie prescripte eedem partes voluerunt, ut quicunque ipsorum dictam ordinationem pacis temeraret, mille marcas pro pena parti formam pacis observanti solvere teneretur. Subiunxerunt etiam et utrique parti placuit, ut si Stephanus banus cum aliquo guerram iniret, et prefatus Radozlaus banus forsan ob favorem consanguinitatis seu amicitie, contra quem ipsa guerra haberetur, nollet ipsi Stephano bano astare vel auxilium impendere contra huiusmodi emulos, extunc idem Radozlaus banus neutri parti auxilium preberet, sed supersedendo communis persona existeret inter partes, et idem Stephanus banus obligavit se dicto Radozlao bano in hac forma pacis econverso. Voluerunt equidem, ut eorum heredes sepedictam formam pacis modo prescripto debeant inviolabiliter observare. In cuius rei memoriam presentibus ad instantiam partium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in crastino sancti regis Stephani, anno domini M.^{0} CC^0 nonagesimo quarto.

Thallóczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 64. no. 30.

164.

1294, 1. septembra. U Zagrebu.

Zemko i njegovi rodjaci prodavaju banu Stjepanu neke svoje zemlje u Drozgometu.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Zemk filio Bose pro se et fratre suo Wlkoy nuncupato, item Radey filio Wlkovoy pro se et fratre suo Ramona, item Rethk filio Nenadai de genere Rach ex una parte, et Jacobo sacerdote pro nobili viro Stephano bano ex altera, in

nostra presencia personaliter constitutis, idem Zemk et ceteri de parte sua prenominati quasdam particulas terrarum suarum hereditarias in Drozgometh existentes, metis videlicet distinctas infrascriptis, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earumdem sine preiudicio iuris alieni, contradiccione qualibet non obstante, de bona ac libera ipsorum voluntate dixerunt et confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto Stephano bano et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendas irrevocabiliter et habendas pro septem marcis, singulis cum quinque pensis denariorum Zagrabiensium computatis, ab eodem Stephano bano integraliter receptis et habitis, ut dixerunt. Obligantes se prenominati venditores et assumpmentes tam pro se quam pro fratribus suis supradictis ad expediendum prefatum Stephanum banum et ipsius heredes ab omni, si qua racione predictarum particularum terre per quempiam in futurum oriri contingeret questione, in propriis suis laboribus et expensis, salvis semper et integris terris apud eundem Stephanum banum et heredes suos remanentibus. Mete autem particularum terre per Zemk et Radey nec non fratres eorumdem prenotatos venditarum, sicut socius et canonicus noster per nos ad reambulandum easdem transmissus in scriptis nobis attulit et partes retulerunt: Incipit ab oriente ab arbore harazth cruce signata, inde tendit versus meridiem et cadit in quendam rivum, ibi est arbor cerasi cruce signata, inde per parvum spacium tendit ad arborem nucis, inde versus occidentem ad quandam antiquam viam tendit ad arborem graber vocatam, ubi cadit in rivum, et per eundem rivulum per parvum spacium tendit ad arborem cerasi cruce signatam, inde tendit iuxta quandam arborem piri, inde tendit versus septemtrionem ad quandam viam, et per eandem viam per parvum spacium in fine predii Radey est arbor harazthfa cruce signata, inde tendit ad priorem metam et sic terminatur. Item meta particule terre per antedictum Rethk vendite incipit ab oriente in transitu cuiusdam rivi ubi est dumus zyvibov grum nuncupatus, inde tendit versus occidentem per eundem rivum et cadit in quandam mlakam, inde cadit in fluvium Maya, et per eundem fluvium Maya ibi est transitus, inde tendit versus orientem iuxta quandam silvam ad arborem piri, inde tendit versus meridiem ad priorem metam et sic terminatur. In cuius rei testimonium presentibus ad instanciam parcium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in festo beati Egydii, anno domini MCC. nonagesimo quarto.

Privileg. monast. B. V. Mariae de Toplica no. 1. — Tkalčić Mon. episc. Zagr. I. 233.—234. — Kukuljević Reg. br. 1555.

165.

1294, 1. septembra. U Spljetu.

Radi se o zemlji u Gladniku.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, Spaleti, die mercurii, primo septembris, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie. Temporibus domini Jacobi uenerabilis archielecti, illustris uiri domini Mladeni domini Stepconis de Bribirio comitis, domini Stephani de Otohodis egregii Spalatini potestatis, ac dominorum Tomasii Dusizze, Theodosii Alberti et Leonardi Petri iudicum. Cum coram nobis uenerabili uiro domino Jacobo archielecto procuratore archiepiscopatus et uicario capituli sancti Dompnii esset exorta questionis materia et diutius uentilata inter Budinnam Desimiri ex una parte agentem, et dominam Stanam abbatissam monasterii sancti Benedicti ex altera respondentem, que quidem questio talis est: Exponit et agit Buna (!) memoratus contra dictam Stanam abbatissam monasterii sancti Benedicti dicens: quod cum sibi a parentibus de Kelco quarta pars totius teritorii de Kelco data esset et dicta domina abbatissa tenebat eius territorium positum in ualle quod sclauonice d[icitur] Gladnik; unde petebat ipsam conpelli od restitucionem quarte partis territorii, quod dicebat esse suam, uidelicet quod . . . . ad cuius peticionem dicta domina abbatissa respondebat per suum aduocatum dicens, se nescire quid petebat Budinna memoratus, quod si possidebat, possidebat, possidebat (!) ut suam et relictam atque legatam monasterio . . . . annis, cum iam prescriptum erat dictum terretorium(!) monasterio memorato et de iure . . . . spondere et plura alia inter se litigantes iamdicta abbatissa quia unum priuilegium . . . . . . esse probabat dictum territorium esse suum et prope rescripcionem eo, quod multis annis iam possiderat, ac ultra certum tempus, unde de iure non debebat respondere. Nos uero dominus archielectus procurator archiepiscopatus et uicarius eiusdem finem uerborum cupientes imponere, auditis potius allegacionicus utriusque partis iuribus et cunctis que causa desiderat diligenter inspectis et perspicaciter examinatis, de consilio fratrum minorum et predicatorum, canonicorum et aliorum proborum uirorum, quorum intererat, Christi quoque nomine inuocato, de cuius uultu iudicium prodest, preterea que uidimus et cognouimus nunc cognoscendo uidemus, talem in scriptis difinitiuam sentenciam duximus promulgandam,

videlicet predicta abbatissa possideat suum terretorium(!) memoratum, ut possedit secundum suam uoluntatem. dicto Budinne et aliis perpetuum silencium imponendo, nec ipsam de cetero debeant molestare. Lata et pronunciata fuit hec sentencia in curia archiepiscopali utraque parte presente coram hiis uocatis et rogatis testibus: sacrista sancti Dompni Nicolao Johannis Andree, Dragomiro Peregrini, dopno(!) Luca canonico et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego clericus Nicolaus conscius examinaui.

Ego Stancius clericus imperiali auctoritate notarius et comunis Spaleti iuratus hiis et prolatis interfui, et a dicto domino archiepiscopo rogatus eius mandato scripsi et propria manu [signaui].

(Signum not.)

Original djelomice oštećen u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

166.

1294, 1. septembra. U Zagrebu.

Grobša prodaje svoje zemlje uz Unu banu Stjepanu.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus uniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod nobili viro Grobsa filio Stephani de Lapech ex una parte, et Jacobo sacerdote pro nobili viro domino suo Stephano bano ex altera, in nostri presencia personaliter constitutis, idem Grobsa dixit et confessus est, quod cum ipse omnes terras seu possessiones ex ista parte fluuii Wn vocati inter Zakop et terras eppiscopatus(!) Tyniniensis ecclesie existentes, sicut dixit per mortem Ozorias filii Ludgarys proximi sui sine heredis solacio decedentis, ad ipsum iure hereditario deuolutas, antedicto Stephano bano iuxta continenciam priorum nostrarum literarum perpetualiter vendidisset sub eisdem metis, signis et terminis, quibus easdem predictus Ozorias dignoscitur possedisse, ob fauorem et dilectionem dicti Stephani bani specialem consensit et admisit de bona, spontanea et libera sua voluntate eidem Stephano bano, ut ipse et ipsius heredes terras, si que per supradictum Ozorias essent pignori obligate, liberam redimendi sine preiudicio iuris alieni habeant facultatem, cum eidem Grobsa ad redimendum prefatas terras obligatas propria non suppetat facultas, nec aliqui ex proximis ipsius sint superstites, quibus predicte terre obligate competerent redimende; obligans se ad expediendum sepedictam Stephanum banum et heredes

suos ab omni si quam(!) tam racione predictarum terrarum venditarum, quam eciam redimendarum aut metarum earundem per quempiam in futurum oriri contingeret questione, in propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentibus ad instanciam parcium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in festo beati Egidii, anno domini M⁰CC⁰ nonagesimo quarto.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagreb. od g. 1393. 13. maja u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.179. Stara signatura N. R. A. fasc. 320. no. 7.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. XII. 561.—562. — Kukuljević Reg. no. 1554.

167.

1294, 1. septembra. U Napulju.

Salvus conductus poslanicima bana Radoslava i kraljice Elizabete.

Pro Pontio et quibusdam aliis de Vngaria. Scriptum est magistris portulanis Apulie deuotis suis etc. Cum Pontius sacerdos et Ladislaus de Ossel nuncii Radislai bani de Sclauonia, et Benedictus nuncius illustris domine Elisabet quondam regine Vngarie, ad partes Vngarie de nostra licentia reuertantur, deuotioni uestre districte precipimus, quatenus predictos nuncios cum equis sex et personis septem exire de quocunque portu Apulie uoluerint licito et permisso, et transfretare per mare, cum rebus et uictualibus necessariis uictui, equis et personis eisdem ad predictas partes Vngarie libere permictentes(!), nullam eis in persona uel rebus inferatis molestiam uel offensam; prouiso quod equos ad arma seu alia de regno prohibita secum aliquatenus non transducant. Presentibus post mensem unum minime ualituris. Data Neapoli, die primo septembris, VII. indictionis, regni nostri anno secundo.

Wenzel Acta extera I, 120.

168.

1294, 14. oktobra. U Zadru.

Blance i Ivan ovršitelji oporuke pokojnoga Sergija dijele njegovu ostavštinu.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, mensis octubris die quarto decimo intrante, indicione octaua, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Rogerii Mauroceni egregii comitis. Nos namque Blance piliparius (!) et Johannes dictus Çechtinga comissarii quondam Sergii griparii habitatoris Jadre volentes adimplere ea omnia, que ipse Sergius in suo testamento ordinauit nobisque comisit faciendum pro anima sua et animabus defunctorum suorum, auctoritate officii comissarie quam habemus et habere videmur per ipsius Sergii testamentum scriptum et completum manu Vincentii subscribendi notarii, quod sic dignoscitur inchoare: In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo octuagesimo nono, mensis februarii septimo intrante, indicione tercia. Jadre etc., ut in eo plenius continetur, vendimus, damus, tradimus atque transactamus vobis quidem Marco filio Stanneni, Radoslaue filie quondam Nycole coniugibus habitatoribus Jadre vestrisque heredibus et successoribus vnam integram medietatem pro indiuiso vnius vinee olym dicti Sergii posite in Çerodolo, cuius aliam medietatem ipse Sergius per suum testamentum dimisit tibi suprascripte Radoslaue dudum vxori sue gaudendam et usufructuandam in vita tua et ad obitum tuum dimittendam seu reliquendam pro anima sua et anima tua, sicut tibi melius videbitur expedire; item nos prenominati Blance piliparius et Johannes dictus Çechtinga comissarius dicti Sergii griparii auctoritate officii comissarie, quam habemus et habere videmur per testamentum predictum Sergii ipsius, vendimus, damus, tradimus atque transactamus vobis predictis Marco et Radoslaue iugalibus vestrisque heredibus et successoribus totam vnam vineam ipsius Sergii positam in Dragha monasterii sancti Grisogoni de Jadra versus quirinam iuxta vineam Budislaui biccarii, et uersus boream iuxta vineam Çanini Hegidii Martini Ragusei, cum omnibus longitudinibus et latitudinibus ipsius medietatis dicte vinee de Çerodolo et totius vinee predicte de Dragha dicti monasterii sancti Grisogoni cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram atque cum om-

nibus iurisdiccionibus, racionibus et iuribus suis a modo cum plena virtute, auctoritate, racione et potestate totam ac omnimodam voluntatem vestram ex eis pro animabus et corporibus faciendi, nemine vobis exinde in perpetuum contradicente; saluo tamen semper omni iure et racione dicti monasterii sancti Grisogoni, silicet septima parte sua totius fructus recentis et sicci habenda ex suprascripta vinea de Dragha. Ob quam vendicionem, dacionem, tradicionem siue transactacionem vos dicti Marcus et Radoslaua coniuges nobis bene et plenarie pro precio in pecunia numerata dedistis et persoluistis libras denariorum venetorum paruorum quinquaginta tres; de quibus iam a vobis pacatos nos tenemus. Vnde nos prefati comissarii pro nobis nostrisque successoribus foris exinde de cetero nos facimus in perpetuum, nec debemus neque tenemur vobis defensari(!) et excalumpniari (!) dictam medietatem vinee de Çerodolo neque totam suprascriptam vineam de Dragha sancti Grisogoni. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Çerne Gardamello et Vito Radouano de Radogniça Jadrensibus.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVII. mas. S. no. 4.

169.

1294, 16. oktobra. U Zagrebu.

Druško i njegova braća prodavaju Stjepanu banu zemljište s trsjem u Turji.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod Drusk, Petro et Vincer filiis Stephani ex una parte, et Mark filio Descych pro nobili viro Stephano bano domino suo ex altera in nostri presencia personaliter constitutis, idem Drusk quandam terram suam in Turya existentem a Wlchyslo, Dimyntha, Beloca filiis Ceuetan, Craban filio Brocynan, Strestrona filio Gordoan et Wlkyna filio Roppe, nec non quandam vineam suam in terra Zavarcha existentem, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum comparatas; item Petrus et Vincer memorati quandam terram ipsorum per supradictum Drusk eisdem donatam et collatam, sicut idem Drusk et fratres sui prenominati asseruerunt coram nobis, quam videlicet sepedictus Drusk ab Ban et Alexandro filiis Ivanus, Wlkoyn filio Mosila

et Martino filio Radona, similiter iuxta continenciam predictarum literarum nostrarum comparavit, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis dixerunt et confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto Stephano bano et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendas et habendas pro viginti septem marcis, singulis cum quinque pensis denariorum Zagrabiensium computatis, ab eodem Stephano bano plenarie receptis, ut dixerunt, obligantes se ad expediendum eundem Stephanum banum et ipsius heredes ab omni, si qua racione terrarum et vinee predictarum per quempiam in futurum oriri contingeret questione in propriis suis laboribus et expensis. Et in evidencius huiusmodi vendicionis argumentum supradicti venditores literas nostras privilegiales, quarum vigore prescriptas terras et vineam possederunt, in manus supradicti Mark in persona sepefati Stephani bani assignarunt coram nobis. In cuius rei memoriam presentibus ad instanciam partium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum sexta feria proxima ante festum sancti Galli, anno domini MCC nonagesimo quarto.

Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica, no. LI.
Tkalčić Mon. episcop. Zagr. I. 234.—235. — Kukuljević Reg. no. 1557.

170.

1294, 12. novembra. U Napulju.

Ivan kanonik zadarski pravi svoju oporuku.

In nomine domini dei eterni et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, regnante domino nostro Karulo secundo rege Jerusolimi, Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, comitatuum Prouincie et Forcalquere comitis, anno eius dominacionis decimo, die duodecimo mensis nouembris, octaue indicionis, aput Neapolim. Nos Petrus Brancaqu[u]s miles, iudex ciuitatis Neapolis et Petrus Maior puplicus eiusdem ciuitatis notarius et testes subscripti, videlicet notarius Robbertus de Acrio de Calabria, Bonacursus de Gerimignano, Accursus de Thoda, Griffus Johannes de Seuis, Puecius de Pisis, Jacobus de Sacca et Jacobus de Reate ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico declaramus, quod Johannes de Somla Jadrensis canonicus, decretorum doctor, licet in lecto infirmus iaceret, tamen sane mentis erat, suum vltimum presens testamentum voluit facere in hunc modum. In primis reliquid(!) domino nostro regi

Karulo secundo car[atum] auri vnum; item voluit, quod corpus suum sepeliatur in ecclesia sancti Laurencii de ordine fratrum minorum; item reliquid pro obsequiis suis faciendis florenos auri quatuor; item reliquid fabrice ipsius ecclesie tres florenos auri; item reliquid pauperibus et mendicis quatuor florenos auri pro remedio anime sue ita tamen, quod intra tres dies post mortem suam fiant tunice de ipsis florenis pauperibus et mendicis predictis. Cetera sua bona mobilia et stabilia reliquid Bartholomeo fratri suo pauperi et ipsum in hiis heredem instituit; bona autem que habet sunt Neapoli, in quibus predictum fratrem suum heredem instituit, et sunt ista videlicet: decretales decretum, apparatus Innocencii super decretalibus, instituciones cum apparatu ordinario, digestum vetus cum apparatu extraordinario, codex cum apparatu extraordinario, summa Goffredi, lectura abbatis qui modo est episcopus Tripolitanus, casus Bartholomei super decretis, libelli Roffredi in iure canonico, libelli Egidii de Bononia in iure canonico, libelli fugitiui, qui dicuntur Abagarocca compositi, summa Orlandini de passagiis de notaria, questiones Bartholomei, distinciones Petri Sansoni non tamen complete cum magno defectu, Conpostellanus casus institucionum, casus decretalium et omnes alii libri parui et magni; item capa vna de bleueto(!) clausa, quarnachia vna de breueto sine manuis infoderata de arculinis, tunica vna de breueto, item quarnachia vna de canbellina infoderata de agninis, tunica vna de canbellina, item mantellum vnum de sirria . . . . colore de breueto infoderato de zundaco sanguineo, capucium vnum de eodem surano; mucciam suam reliquid hospiti suo et capucium suum; voluit sepelliri cum tunica sua de perso; item reliquid Petrulo quarnachonum suum de breueto scuro cum agninis; et quia dominus Geudettus de Mediolano cappellanus domini pape habet suos decem et nouem florenos auri in depositu[m], verum est autem, quod nuper cum de Agla recedebat, dixit ei . . . consilio suo hoc modo ipse dimittebat ipsos denarios penes quosdam custos(!) amicos[1] suos, ipsi dabunt ei ipsos denarios quandocunque indigeret; item voluit et mandavit, quod sint executores huius testamenti dominus Guidotta(!) de Mediolano predictus, dominus frater Symon de ordine minorum electus Justinopolitanus, dominus Albertus electus Placentinus, et dominus Vitus archidyaconus Yadrensis; et hoc voluit esse et voluit et mandauit, quod si presens testamentum non valeret iure testamenti, ualeat saltim(!) iure codicillorum et cuiuslibet alterius vltime uoluntatis. Vt huius testamenti presens scriptum robur optineat firmitatis, presens instrumentum factum est exinde per manus mei predicti notarii signatum et subscriptorum testium subscripcionibus

---

[1] Ove dvije riječi pisane su dva puta.

roboratum. Quod scripsi ego predictus Petrus puplicus Neapolis notarius, quia predictis rogatus interfui et ipsa meo signo signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana caps. XXII. no. 530.

Na hrptu savremeno: »Testamentum magistri Johanis de Scomla«.

171.

1294, 8. decembra. U Kotoru.

Mir i prijateljstvo izmedju Kotora i Dubrovnika.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, mense decembri die octauo intrante, coram nobis testibus infrascriptis, uidelicet homine comitis Dobroe et iudicibus Cattari Nicolao uidelicet Dabrone, Johanne Bualiçe atque Sergio Basilii Dragonis ac comunitatis totius predicte, cum conscilio ciuitatis predicte congregato, ut eorum mos est. Ego Vrsus Perclusus de Trane nunc habitator predicte terre Cattari, uolens amicitia(!) omnium ciuium et comunis Ragusii, licet quedam questio inter ipsos et me orta fuerit occasione unius ligni armati, michi acceptis(!) per homines dicte terre Ragusi. Qua de causa acceptaui litteras a domino rege Vrossio, pignorandi homines predicte ciuitatis Ragusii. Vobis nobili uiro domino Sauino de Bunda anbaxator(!) egregii uiri domini Nicolai Justiniani comitis Ragusii, iudicum, consiliariorum et uniuersitatis prenominate ciuitatis Ragusii ad dominos iudices, consiliarios et comunem Cattari pro certis negotiis do et restituo licteram(!), quam dominus rex Vrosius michi fecerat de pignora (!) supradicta, quam licteram uolo cancellari et haberi pro irrita et inane(!), faciens quoque uobis domino Sabino(!) predicto recipienti uice et nomine omnium Raguseorum et comunis eiusdem perpetuum finem et remissionem de dicto ligno et omnibus, quas in dicto ligno habui, promictens(!) et affirmans ad sancta dei euangelia pacem et tranquilitatem habere cum omnibus Ragusinis, remictens(!) omnem iniquitatem et malam uoluntatem, quam in eis habebam occasione predicta, et quod per me nec per aliquam aliam personam nullomodo uel ingenio in perpetuum coram domino rege Sclauonie nec coram aliquo alio barone uel iudice seu rectore ciuitatis uel loci aliquam questionem promouebo de ligno predicto, nec de rebus habitis in ipso. Et hec omnia, et singula attendenda et obseruanda promicto(!) bona fide sine fraude sub pena et bando perperorum

mille, in qua pena et bando cadam domino regi sine aliqua questione, etiam si per me uel per aliquem alium questio moueretur contra homines et comune Ragusii coram aliquo domino uel rectore de questione predicta, et comune uel homines Ragusii aliquod dampnum, expensas siue contrarium substinerent. Promicto et obligo me et omnia mea bona circa pena predicta dictis Ragusinis integraliter satisfacere, et pro hiis omnibus do eis potestatem et auctoritatem pignorandi et intromitendi et omnia mea bona in quocunque loco sine aliqua questione. Actum est hoc Cattari in presentia iudicum et consciliariorum predictorum atque auditarum causarum. Et ego Thomas de Firmo iuratus notarius Cattari totum quod per dictum Ursonem(!) abbreuiatum extiterat, scripsi et signo solito roboraui ad ipsius prephati Ursonis(!) petitionem.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

172.

1294, 30. decembra. (U Napulju.)

Bilješka.

Karlo II., kralj napuljski nalaže: »Magistro iusticiario regni Sicilie« *da dade zadovoljštinu Zadranima (spomenutim u spomeniku od 4. decembra 1294.)*

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 50.—51.

173.

1294, mjeseca decembra. U Pečuhu.

Pred prepoštom Nikolom i kaptolom pečuvskim daruje Egidij sin Grgurov svoje posjede Gaj, Odrohu i Drnovac, meštru Mihajlu prepoštu sv. Mihajla u Erdelju i bratu mu knezu Petru sinovima kneza Stjepana.

Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum nos ad iustam peticionem magistri Egidii filii magistri Gregorii de genere Thome bani, Georgium

sacerdotem prebendarium et capellanum domini prepositi ecclesie nostre transmisissemus ad eundem, ut coram eo profiteretur seu confiteretur ordinacionem per ipsum factam uel faciendam suis cognatis, sicuti exprimetur; idemque homo noster ad nos rediens nobis retulit viua uoce, quod predictus magister Egidius filius magistri Gregorii coram venerabili patre domino Petro episcopo Transiluano fratre suo et coram ipso homine nostro, et coram multis aliis scilicet sacerdotibus, clericis, laicis virisque nobilibus conprouincialibus et ceteris inferioris gradus hominibus ad hoc ibidem conuocatis publice proponens fuit confessus oraculo viue uocis, quod licet discretus uir magister Michael prepositus ecclesie sancti Michaelis de partibus Transiluanis et magister Petrus comes Siculorum, filii videlicet comitis Stephani filii Deers de genere Bew, in linea consanguinitatis proxima sibi attineant et in secundo gradu collaterali solummodo distet ab eisdem, siquidem magistro Gregorio fratre suo carnali uiam vniuerse carnis ingresso, et per cuius mortem solacio proprie fraternitatis orbatus est et priuatus, eosdem magistrum Michaelem prepositum et comitem Petrum fratrem suum ex proprio precipui amoris zelo et ex intime dileccionis affectu in fratres sibi susscepit(!) et recepit adoptiuos, et ut indissolubilis fraternitatis opem et operam obsequi et auxilium, tutamen et iuuamen ab esdem[1] tanquam fratribus suis carnalibus in uita sua et in euum in omnibus suis negociis et in quibuslibet suis agendis consequi valeat et habere semper et ubique; pro eo de possessione sua Ogona vocata istas terras suas seu possessiones a uulgo terrestri tres vyznycatus dictas, scilicet Gaay, Odroha et Dornolch vocatas vicinanter et continue adiacentes et situatas, cum montibus, siluis, molendinis, fenilibus et fenetis, vineis et uinetis et cum ceteris omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis quibuslibet ac circumstanciis vniuersis certis metis et terminis vndique circumdatas et vallatas, dedit, contulit et tradidit prenominatis fratribus suis magistro Mychaeli preposito et comiti Petro fratri suo, filiis comitis Stephani sibi et per eos suis heredibus et successoribus irretractabiliter et irreuocabiliter iure perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas; nichilominus ipso magistro Michaele preposito decedente, porcio eiusdem in prefatis terris et possessionibus absque ulla difficultate et contradiccione cuiuslibet uel quorumlibet non obstante, eidem comiti Petro fratri suo carnali suisque heredibus et posteritatibus in perpetuum remaneat atque cedat, nec aliter quouismodo ipse magister Michael prepositus si uellet, quod absit, legare valeat uel ordinare, quin prefate possessiones cum omnibus suis vtilitatibus totaliter et omnino eidem comiti Petro filio Stephani, suis heredibus et

---

[1] Ima biti »eisdem.«

posteris remaneant perpetuo atque cedant possidende. Ad hec si idem comes Petrus heredum solacio decedere destitutus, eciam prenominate possessiones Gaay, Odroha, et Dornolch vocate eiusdem comitis Petri posteris et posteritatibus, qui de generacione sua in paternis bonis eidem succedere deberent, secundum regni consuetudinem irretractabiliter et irrefragabiliter, inmutabiliterve cedant et debeant remanere iure perpetuo possidende, tenende et habende, eodem pleno et plenissimo iure, quo easdem possessiones predicti magister Michael prepositus et comes Petrus filii comitis Stephani habuerunt, detinuerunt et possederunt. Hoc non pretermisso, quod iuxta predictas terras et possessiones Gaay, Odroha et Dornolch uocatas, sicut premittitur metis circumdatas et uallatas, adiacent terre magistri Egidii supradicti, filii magistri Gregorii, et terre episcopatus ecclesie Zagrabiensis; item a parte orientali adiacent terre Zegue bani et Juan bani; item a parte meridionali et occidentali adiacent montes seu alpes Posogahouosa dicte. Hoc tamen declarato, quod sepedictus magister Egidius filius magistri Gregorii cum venerabili patre[1] domino Petro episcopo Transiluano, et cum eisdem magistro Mychaele preposito, et comite Petro et vniuersis nobilibus conprouincionalibus ad hoc uocatis et ibidem presentibus, supra faciem predictarum terrarum uel possessionum personaliter accedendo, easdem terras et possessiones Gaay, Odroha et Dornolch uocatas, metis siue signis seu terminis circumdatas, ut est prelibatum, coram homine nostro supradicto tradidit et statuit ipsis magistro Mychaeli preposito et comiti Petro filiis comitis Stephani cognatis et fratribus suis, sicut premittitur in perpetuum possidendas et habendas, ipsosque filios comitis Stephani in corporalem possessionem sepedictarum terrarum et possessionum introducendo et intromittendo deinceps in perpetuum. Igitur venerabilis pater dominus Petrus episcopus Transiluanus frater eorundem super facie harum terrarum et harum possessionum personaliter comparendo, huiusmodi donacioni et collacioni palam dedit et publice attribuit consensum beniuolum et assensum liberalem. In cuius rei memoriam presentes litteras nostro sigillo concessimus roboratas. Actum anno domini millesimo CC^{0} nonagesimo quarto, mense decembri, Stephano cantore, Nicolao custode, Mathya decano, ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Galli lectoris Quinqueecclesiensis.

Original u kr. ugar. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.090. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1504. no. 19. — Na listini visi zelena svilena vrvca bez pečata.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 557.—559. po istom izvoru. — Kukuljević Reg. no. 1558.

[1] Slijedi »suo« prekriženo.

174.

1294. U Dubrovniku.

Neke opredbe dubrovačkog vijeća, da se zapriječi kolanje krivoga novca.

Anno domini 1294. Nos Marinus Badoarius miles comes Ragusii cum voluntate minoris et maioris consilii et laudo populi congregati sonitu campanarum more solito, videntes, quod follari falsi in magna quantitate per civitatem quotidie discurrebant et de foris multi etiam deducebantur, unde damnum et contrarium generaliter omnibus accidebat, nollentes hoc amplius tolerare, sed ipsam falsam monetam consumare penitus, diligenter statuimus et firmamus, quod nulla persona debeat de aliquibus partibus ducere in Racusium(!) nec eius districtum follaros falsos sub pena et banno ipperperorum centum pro quolibet et qualibet vice et amittendi follaros ipsos, quod si solvere non poterit, perdat manum dexteram, et accusator qui contrafacientem accusaverit habeat medietatem dictae penae si etc. Item quod aliqua persona non debeat in Racusio nec in suo districtu expendere nec uti falsos follaros(!) sub paena et banno unius denarii grossi pro quolibet falso follaro, et quilibet possit accusare contrafacientem et habeat medietatem dictae paenae. Et ille cui datum fuit falsum follarum teneatur in continenti accusare illum qui dedit ei falsum follarum et habeat in hoc credentiam per totam diem sequentem. Item quod tabernariae si domino seu patrono vini apportabunt falsos follaros, teneatur ille patronus seu dominus in continenti ipsos falsos follaros consumare et tabernaria ipsa eidem domino bonos follaros assignare teneatur. Et ut haec omnia bene observentur, volumus, ut omnes de maiori consilio et omnes officiales comunis per sacramentum teneantur accusare contrafacientes et habeant medietatem paenae; teneantur etiam ipsi de maiori consilio et officiales sacramento uti, cumque viderint et invenerint grossos falsos non existentes de argento incidere. Istos volumus cognosci et haberi pro falsis follariis: Stamenos de Dyrachio et Romania. Follaros de Armenia et Turchia novos et veteres. Follaros factos de petiis de rame sine litteris et figuris. Follaros incisos. Follaros qui dicuntur Capuciae. Et generaliter omnes follaros novos factos et facturos in formam veterem.

Pucić Spomenici srpski II. 169. — Bullettino XIV. Supl. I. 119. — Kukuljević Reg. no. 1559.

175.

1295, 2. januara. U Zadru.

Ivan Varikaša Zadranin posudjuje novaca od svoga sugradjana Mihe Scolature i obećaje, da će ih pošteno vratiti.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, indictione octaua, die secundo intrante januario, Jadere. Temporibus eisdem domini Petri Gradenici(!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Rogerii Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Johannes filius Raynerii de Varicassis ciuis Jaderensis, quomodo habui et recepi a te namque Micha filio Jacobi de Scolatura ciue Jaderensi solidos viginti grossorum venetorum, quos mihi causa amoris in meis negotiis peragendis mutuo concessisti. Unde ego dictus Johannes cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Miche tuisque heredibus et successoribus aut tuo certo [mis]so per me uel per meum dictum missum predictos tuos solidos viginti grossorum dare et reddere hic [in] Jadera, saluos in terra absque omni periculo et occasione vel ul[lis] interpositis capitulis usque ad festum sancti Petri mensis iunii proxime venturum sub pena dupli et omnium expensarum, quas in curia vel extra feceris hac de causa super me et omnia bona mea presentia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo filio quondam Damiani de Begna et Simeone supano filio Petrosi et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Franciscus Lampredii Nicole examinator manum missi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jaderensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 679.

176.

1295, 5. januara. U Zagrebu.

Nikola kastelan medvedgradski i Zagrebčani prisižu, da neće činiti jedni drugima nasilja.

Nos Johannes miseracione divina episcopus Zagrabiensis et capitulum loci eiusdem significamus quibus expedit universis memorie commendantes, quod comes Nicola castellanus domini regis de Medwe, et Janinus frater eiusdem ab una parte, et Andreas maior ville ac universitas civium Grecensium ex altera, in nostri presencia personaliter constituti, omnibus litibus, adversitatibus et inimiciciis super iniuriis, dampnis et personarum capcionibus seu detencionibus hinc inde irrogatis inter eos racione occisionis Petrilce filii Benk subortis, paci consulentes, iuxta mandatum domini regis penitus renunciarunt ita, quod predictus comes Nicola et Janinus frater suus ac quilibet in eorum servicio constituti aut ad ipsos pertinentes pretextu huiusmodi aduersitatis vel detencionis personarum amodo nulla dampna seu nocumenta vel iniurias aliquas, presertim donec idem comes Nicola et frater suus custodiam conservacionis castri Medue habebunt, memoratis civibus et ad eos quibuslibet pertinentibus inferrent aut inferri facient manifeste vel occulte, et super hoc cavendo et observando inviolabiliter dicti comes Nicola et frater suus tactis sacrosanctis reliquiis prestiterunt iuramentum; et e converso predictus maior ville et universitas civium promisit et assumpsit, quod nulla dampna et iniurias eisdem comiti Nicola et fratri suo Janino aut quibuspiam ad eos spectantibus inferrent vel inferri facient per se aut quoslibet ad eos similiter pertinentes. Super quibus similiter observandis et attendendis iidem maior ville et cives prestiterunt iuramentum tactis sacrosanctis evangeliis, excepto seu deducto facto occisionis filii Benk, quod execucioni Benk est relictum. Preterea, si aliquis vel aliqui ad comitem Nicola et fratrem eiusdem pertinentes aliquid nocumenti ipsis civibus extra civitatem Grecensem vel alias irrogarent, ipse comes Nicola et frater suus infra spacium unius mensis accedendo ad castrum Grecense satisfacere dampnum vel iniuriam passo tenebitur, ut assumpsit, nonnisi ex adversitatibus evidentibus fuerint prepediti; et infra idem tempus memorati maior ville et cives de suis aut ad eos pertinentibus de iniuriis et dampnis comiti Nicola et fratri eiusdem ac ad eos pertinentibus irrogatis satisfaccionem impendere tenebuntur, tali ad hec observando et attendendo condicionis modo inte-

riecto, quod si sepefatus comes Nicola et Janinus frater eiusdem in aliquo horum, que assumpserunt transgressores seu violatores fidei reperti fuerint, possessiones suas in civitate Grecensi vel extra civitatem ubique existentes amittat comes Nicola antedictus, ad manus et ius communitatis Grecensis devolvendas, insuper notam periurii ipse et frater suus incursuri, et similiter si cives seu communitas predicta assumpta et promissa in hac parte non attenderet, comiti Nicola et fratri eiusdem nec observaret, notam periurii incurreret ipso facto. Datum in vigilia epiphaniarum domini, anno eiusdem MCC nonagesimo quinto.

Tkalčić Monum. eppatus Zagrab. I. 235.—236. — i Monum. civit. Zagrab. I. 73. no. 87.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. V. 128.—129. — Kukuljević Reg. no. 1560.

177.

1293, 13. januara. U Zrinu.

Stjepan ban i sinovi njegovi darivaju zemlje samostanu sv. Marije u Kostajnici (na medji hrvatsko-kranjskoj).

Uniuersis tam presentibus quam futuris presencium paginam inspecturis Stephanus banus filius quondam Stephani comitis salutem et eterne beatitudinis optatum effectum. Quoniam ea que aguntur pro tempore, de facili a memoria hominum labuntur, icirco (!) que in presenti geruntur, scriptis viuacibus perpetuentur. Nos igitur ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod de communi consilio, voluntate et assensu domine consortis nostre et filiorum nostrorum Ladislawi et Stephani comitum, volentes animabus nostris et ad nos pertinentibus in futurum prouidere, largitore omnium bonorum inspirante, contulimus, legauimus et donauimus possessiones sitas in ducatu incliti viri domini Mainhardi ducis Karinthie, ipsius fauore et beniuolencia mediante, cum omnibus vtilitatibus ac pertinenciis suis monasterio fontis sancte Marie de Landestrost et fratribus eiusdem monasterii ordinis Cisterciensium perpetuo ac iure irreuocabili libere possidendas. Hec autem sunt nomina possessionum sub castro dicto Miechau: villa dicta Zchermesniza vbi fuit villicus dictus Schermez, item inferius villa dicta Slatnik, item adhuc inferius villa dicta Struga circa aquam dictam Kierka, item villa dicta Grubielian cum septem mansionibus, que obligate sunt nobis pro XX marcis illius terre, item villa Karoli, quam vendidit Theodoricus Krakawer predicto

Karolo pro XXXIIII marcis perpetuo possidendam, item villa dicta Stanko, quam pie memorie mater nostra supradicto monasterio in elemosinam perpetuam delegauit, item villa dicta Prilesia iuxta aquam dictam Bregana, quam eciam prefata mater nostra monasterio contulit sepedicto, item nouem et dimidius mansus in villa dicta Gradiza, et he omnes possessiones sunt ab ista parte Kierke antedicte. Item ab altera parte eiusdem aque villa Zbur cum decimis et iure montano, item villa dicta Radolia, que nobis pro LXXX marcis illius terre est obligata. Vt autem hec nostra solempnis donacio sev elemosina, quam fecimus deo et supradicte ecclesie virginis gloriose de Landestrost robur perpetue firmitatis obtineat, et ne per quempiam possit ausv temerario irritari sev violari, presens scriptum abbati et conuentui sepedicte ecclesie sancte Marie de Landestrost fecimus sigillo nostro roborari. Datum in Zrino et actum, anno dominice incarnacionis M^{0} CC^{0} nonagesimo quinto, in octauis epyphanie domini.

Original u Rudolfinu u Ljubljani. — Na končanoj vrvci visi dobro sačuvani pečat.

178.

1295, 9. marta.

Stjepan Mladučevec oporučuje kaptolu zagrebačkomu posjed Kašinu ležeću tik kaptolskoga istoimenoga posjeda.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod discreti viri capitulum ecclesie Zagrabiensis ad nostram accedentes presenciam nobis significare curauerunt, quod cum Stephanus filius Mladuchuech quondam iobagio castri nostri Zagrabiensis, in lecto egritudinis decumbens inminente sibi mortis articulo, compos tamen sue mentis, terram suam Casna uocatam, in medio terrarum capituli Zagrabiensis similiter Casna uocatarum existentem, cuius quidem alteram medietatem, porcionem uidelicet Vulk fratris sui sine herede decedentis, memoratum capitulum ex collacione regia dignoscitur possidere, simul cum filio suo adhuc paruulo coram testimonio ciuium nostrorum Grechensium conseruacioni et tuicioni predicti capituli reliquisset et etiam comisisset tali modo, ut si prefatus puer ad etatem perueniret

legitimam, extunc de predicta terra tam ipse, quam heredes sui, heredumque suorum successores more et condicione predialium capituli, eidem capitulo seruire perpetuo tenerentur. Si vero predictum puerum ante discrecionis tempus vel post, absque liberis decedere contingeret, extunc ipsa terra tam ob remedium anime sue, quam eciam ob memoriam beneficiorum eidem Stephano tempore necessitatis sue per dictum capitulum inpensorum in ius et proprietatem cederet capituli antedicti. Petentes a nobis ipsum capitulum, ut ordinacioni dicti Stephani, quam eulogio ultime voluntatis confirmauit, nostrum assensum regium prebere dignaremur. Sed utrum huiusmodi ordinacio ueritate fulciretur nec ne, de hoc nobis non constabat; eisdem fidelibus nostris iudici, iuratis totique communitati Grechensi dedimus in mandatis, ut seriem ipsius negocii prout eis constaret veritas de eodem, nobis in eorum litteris deberent in fide nobis debite remandare. Qui quidem iudex, iurati et tota communitas Grechensis nobis demum taliter rescripserunt, quod cum idem Stephanus in ciuitate nostra Grechensi in medio eorumdem ciuium nostrorum residenciam faciens mole infirmitatis grauaretur, sanus tamen mente, in presencia quamplurimorum concivium ipsorum fidedignorum suorum ad hoc specialiter ad instanciam ipsius Stephani a tota communitate pro testimonio transmissorum, terram suam supradictam conseruacioni predicti capituli Zagrabiensis simul cum filio suo paruulo modo prescripto reliquisset et dimisisset, et super hoc sepefatus Stephanus nostre maiestatis consensum preberi humiliter petiuisset. Nos itaque eius pie et uotive peticioni ex clemencia et pietate regia annuentes et plenum consensum circa hoc adhibentes, predictam ordinacionem ipsius Stephani in ultima voluntate sua factam, ratam, firmam et acceptam habentes, auctoritate regia confirmamus. Volentes, ut sepefatum capitulum Zagrabiense ipsam terram Stephani superius nominatam cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis et sub eisdem signis, metis et terminis, quibus eandem dictus Stephanus et eius predecessores dignoscuntur possedisse, iuxta ordinacionem et collacionem eiusdem Stephani habeat et possideat iure perpetuo pacifice et quiete. In cuius rei memoriam, certitudinem et stabilitatem perpetuam presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini MCC nonagesimo quinto, septimo ydus marcii, regni autem nostri anno quinto.

Original u arkivu kaptola u Zagrebu. fasc. 18. no. 46. Crvena svilena vrvca visi bez pečata.

Tkalčić Mon. epis. Zagr. I. 236.—237. i Monum. civit. Zagr. I. 74.—76. — Kukuljević Reg. no. 1561.

179.

1295, 26. marta. U Rivoaltu i 1294, 30. jula. U Zadru.

Marin Girardo, sin pokojnog Simeona Girarda iz Venecije, trgovac i stanovnik zadarski, priznaje, da je dugovao bratu svomu Ivanu 445 libara, ali da ga je većim dijelom namirio.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, mensis martii die sexto exeunte, indiccione octaua, Riuoalti. Plenam et irreuocabilem securitatem facio ego Johannes Girardo de confraternitate sancti Pantaleonis cum meis heredibus tibi Marino Girardo condam filio Symeonis Girardo de Veneciis, mercatori et habitatori Jadre, dilecto fratri meo et tuis heredibus, de quantocumque continetur et legitur in quadam instrumenti carta, exceptis libris vigintiquinque, scripta manu Vincentii ecclesie sancte Marie maioris clerici et Jadre notarii et subscripta per Andream de Tandi examinatorem. In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, mensis iulii die penultimo, indiccione septima, Jadre, [in] qua sic inter cetera continetur. Ego namque Marinus Girardo filius condam Symeonis Girardo de Veneciis nunc mercator et hinc Jadre fateor, quod facta et firmata inter me et te Johannem Girardo de confraternitate sancti Pantaleonis de Veneciis filium olim dicti Symeonis Girardo dilectum fratrem meum, omni racione diligenter de omni societate hucusque inter nos habita, remansi ad dandum et soluendum tibi dicto Johanni Girardo dilecto fratri meo libras denariorum venetorum paruorum quatuorcentas et quadraginta quinque ad denarios venetos grossos, silicet ad viginti sex denariorum venetorum paruorum quamlibet(!) denarium grassum(!); quas ergo prefatas quatuorcentas et quadraginta quinque libras tibi dicto Johanni Girardo fratri meo dilecto tuisque heredibus uel successoribus uel tuo certo misso per me meosque heredes et successores uel per meum certum missum dare et deliberare et soluere promitto, ymo debeo et teneor a modo usque ad festum natiuitatis domini proxime fucturum(!) in Veneciis, saluas in circa ibi et cir. . . . . Nunc autem quia ex inde de predicta tota instrumenti carta, exceptis libris viginti quinque, me bene et perfecte appacasti et deliberasti, a modo exinde te reddo sec[urum] perpetuo et quietum, euacuans ipsam instrumenti cartam cum omnibus suis exemplis in omnibus et per omnia, excep[tis] predictis libris viginti quinque, quas adhuc de ipsa mihi ad dandum remansisti. Si igitur

contra hanc securitatis cartam ire presumpsero, tunc emandare debeam cum meis heredibus tibi et tuis heredibus auri libras quinque et hec securitatis carta in sua permaneat firmitate, saluo etiam mihi iure, quod contra te habeo pro pena dictarum librarum viginti quinque, quas nondum soluisti. Signum suprascripti Johannis Gerardo, qui hec rogauit fieri.

† Ego Bartholomeus presbiter plebanus sancti Jacobi de Lup[ri]o testis subscripsi.

† Ego Andreas Delfino testis subscripsi.

Ego Marcus Peregrino ecclesie sancti Marci [forensis] presbiter et notarius conpleui et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1295.

180.

1295, 1. aprila. (U Napulju.)

Bilješka.

Kralj Karlo II. potvrdjuje Ivanu sinu Henrika bana, privilegia dana mu poveljom Karla Martela od g. 1292. 12. aprila.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 37.

181.

1295, 8. i 24. maja. U Krku.

Ostavštine samostanu Franjevaca u Krku.

1295. indiccione 8., die 8. mensis madii. Maria filia quondam Andreae de Bussa in permutationem dedit Androsio olim iudici, procuratori fratrum minorum Veglensium dimidium suae domus. Confinat cum domo quondam Raynaldi et cum via publica et cum loco eorumdem fratrum minorum, et hoc pro quadam domo quondam Mauri Arsurae. Apparet manu Proddi diaconi notarii.

Anno domini 1295., indiccione 8., mensis madii die 8. exeunte. Maurus Arsurae, atque Benvenuta eius uxor fecerunt donationem et

irrevocabilem venditionem . . . . pure et libere, que dicitur inter vivos, de domo sua, quae confinat cum domo Muschi iuxta casalem Voyni vicecomitis, et quae posita est in curia Dominici Miraslavich, cum omnibus pertinentiis, cum introitu et exitu, et cum omni iure apud ipsam domum . . . . accessibus usque ad abyssum, Androsio olim iudici, loco et nomine de hac donatione fratrum minorum procuratori. Qui quidem iudex Androsius procurator praedictorum fratrum pauperimam necessitatem ac indigentiam illorum . . . . persolvens pro remuneratione illius domus decem . . . . venetorum parvorum, loco et nomine praedictorum fratrum . . . . donavit, et quos quidem denarios ipse Maurus ab ipso Androsio procuratore suscepisse fuit confessus; iubens ipsi Androsio iudici predictorum fratrum procuratori de praedicta domo perfectam et integram potestatem utendi, tenendi, vendendi, donandi, obligandi, pignorandi, possidendi et inferius diruendi, et quidquid sibi loco et nomine praedictorum fratrum placuerit faciendum, et eius nomine, ac nomine praedictorum fratrum, illorumque successorum constituit possidere, promittens ipse Maurus una cum uxore eius Benvenuta per se suosque haeredes ac successores ipsi Androsio iudici et procuratori atque sucsuccessoribus fratrum supradictorum, obbligans [se] sub paena decem solidorum venetorum parvorum et omnium expensarum ipsam donationem ab omnibus discalumniare, et ab omnibus hominibus defensare; qua paena soluta vel non . . . . in sua maneat firmitate. Actum est hoc Veglae in ecclesia sancti Petri in medio civitatis, in praesentia Zarni iudicis, et coram his idoneis testibus: Cristae di Lica, et Paulo de Rubsa olim iudicibus, et aliis convocatis, et rogatis testibus.

Ego iudex Zernus manum misi.

Ego Proddus diaconus atque Veglensis notarius hiis interfui rogatus, ut audivi scripsi, complevi et roboravi.

(Signum notarii).

Zbornik Bartoli str. 5/2.

182.

1295, 28. maja. U Anagni.

Dozvoljuje se Pavlu banu izvoz žita.

Scriptum est eidem secreto (Apulie) etc. Fidelitati tue precipimus, quatenus ad mandatum regis Vngarie primogeniti nostri et in regno

Sicilie vicarii generalis tibi propterea dirigendum, nuncios Pauli bani dilecti et deuoti nostri permittas extrahere libere a iure exiture quolibet de portubus decrete tibi prouincie mille salmas frumenti deferendas ad partes Sclauonie pro munitione castrorum suorum partium earundem. Datum Anagnie per Bartholomeum de Capua militem etc., die XXVIII., madii, VIII. indictionis.

Na ledjima: God. 1297. 5. marta — 300 salmas frumenti.
God. 1299. 6. septembra — 1000 salmas frumenti.
God. 1301. 19. januara — 300 salmas frumenti.
God. 1305. 18. septembra — 1000 salmas frumenti.

Registri Angioini. B. 74. sz. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera. I. 421. — Rački Rad XVIII. 221. Regest. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3., 40. Regest.

183.

1295, 5. juna. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim daruje meštar Tiburcij neku zemlju u Stupni samostanu garičkomu.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum insperturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Thyburcius debilis corpore sanus adhuc mente, diem extreme messionis, ut bonus dispositor et fidelis, cupiens quibusdam piis et bonis operibus preuenire animeque sue salubriter prouidere, quandam particulam vnius aratri sufficientem de possessione sua Stupna vocata in Guerzenche existentis, a parte terre heremitarum ordinis sancti Augustini de Garigh adiacentem, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis vineisque in facie eiusdem particule terre existentibus, sub metis, terminis et signis infrascriptis distinctam, fratribus heremitis de ordine beati Augustini in ecclesia beate virginis de Garigh residentibus, prout in testamento suo sub tribus sigillis, videlicet eiusdem magistri Thyburcii et domus seu conuentus ordinis minorum de Gurbonuk ac comitis Mathye consignato uidimus oculata fide contineri, dedit, contulit et reliquit perpetuo possidendam, saluis tamen exceptis porcionibus Johannis et Nicolay nepotum suorum de eadem. Cuius quidem particule terre metas(!) prout Mathias sacerdos ecclesie sancti Nicolay de Guerzench(!) homo noster, quem ad faciem eiusdem miseramus, presentibus commetaneis et uicinis consencientibus

et permittentibus, Johanne et Nicolao antedictis, nobis dixit hoc ordine distinguntur: Incipit prima meta in capite riuuli Stupna et ibi sunt tres vinee legate predicte, et per uallem uenit ad semitam quandam, per quam inter vineas asscendit in montem versus partes aquilonis et per eandem semitam in latere montis cadit in magnam viam et peruenit ad ecclesiam, de qua per antiquam viam asscendit ad tres arbores hrasth cruce signatas, de quibus cadit in magnam viam, qua itur versus forum ad meridiem, et per eandem viam uenit ad arborem hrasth cruce signatam et meta terrea circumfusam, inde declinat et exit versus partes occidentales et venit ad puteum subtus arborem gertian, de quo puteo per uallem descendit prope tres arbores pirorum et cadit in predictum Stupna, et per eundem Stupna redy[tur] (!) ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad instanciam et peticionem fratrum concessimus litteras nostro sigillo consignatas. Datum et actum in quindenis pentecostes, anno domini M^{0}.C^{0}C^{0}. nonagesimo quinto.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.161. Stara signatura: Acta monasterii Garigh. fasc. 1. no. 6.

Na listini visi žuta i crvena svilena vrvca bez pečata. — Fejér Cod. dipl. Hung. VI. vol. 1. 376.—377. — Kukuljević Reg. no. 1575.

184.

1295, 17. juna. U Anagni.

Karlo napuljski hoće, da Pavao ban ostane ban Hrvata svega svoga života.

Pro Paulo bano. Karolus secundus etc. tenore presentis priuilegii notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod nos obsequentium nobis merita gratis affectibus intuentes, illos potioribus prouidemus beneficiis efferendos, quos maiora nobis comperimus seruitia prestitisse. Actendentes (!) itaque grandia, grata et accepta seruitia, que vir nobilis Paulus banus maritimus, dominus Croatorum, dilectus et fidelis consanguineus noster quondam domino patri nostro deuote prestitit, assidue prestat nobis et Karolo primogenito nostro regi Vngarie, principi Salernitano et honoris Montis Sancti Angeli domino, ac ipsum prestiturum perseueranter speramus in posterum, consentimus et uolumus, quod dictus rex Vngarie primogenitus noster eidem Paulo bano concedat in uita sua banatum seu dominium banatus in Croatinis et Dalmatinis partibus

existentem, secundum quod banatum ipsum tenuit et nunc tenet. Ratificantes quicquid de concessione ipsius banatus eidem Paulo predictus rex Vngarie duxerit faciendum, et nos etiam, quantum in nobis est, ipsum banatum ei, sicut predicitur, concendentes. In cuius rei testimonium, ac predicti Pauli bani cautelam presens priuilegium exinde fieri et pendenti sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Anagnie per Bartholomeum de Capua militem etc., die XVII. mensis iunii, VIII. indictionis.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 39. — Rački Rad XVIII. 221. — Wenzel Acta extera I. 124. — Kukuljević Reg. no. 1564.

185.

1295, 19. juna. (U Napulju).

Dozvoljuje se glasnicima Pavla bana izvoz žita.

Nuncii Pauli bani habent licentiam extrahendi libere a iure exiture de portubus Apulie mille salmas frumenti deferendas ad partes Sclauonie pro munitione castrorum ipsius bani. XVIIII. iunii, VIII. indictionis.

Wenzel Acta extera. 1, 125. — Kukuljević Reg. no. 1566.

186.

1295, 13. jula. U Veneciji.

Općina dubrovačka doprema si liječnika iz Venecije.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octaua, die mercurii, tercio decimo intrante iulii, presente Vale de Pegorario de Ragusio, Johanne Ribola sartore sancti Appolinaris, Petro spaderio eiusdem contrate, Andrea viciosso sancti Siluerii, Adelelmo peliçario de contrata sancti Pauli de Venetia, testantur ad hec uocati et rogati et alii. Prouidus vir dominus magister Gerardus cirogus qui dicitur Corte et nunc moratur in contrata sancti Appolinaris de Venetia, de bono et plano animo existens in sua libertate, in concordio fuit . . . . . ad discretis viris dominis Pasqua de Mergnuco et Marino Pecurario de Ragusio sindicis et procuratoribus

ydoneis nobilis et sapientis viri domini Marini Mauroceni comitis Ragusii, iudicum et consiliariorum ciuitatis eiusdem et uniuersitatis dicti comunis Ragusii, ut in carta procuracionis manu Açonis domini Jacobi de titulo imperiali auctoritate notarii et nunc comunis Ragusii iurati cancellarii scripta plenius continetur, sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octaua, die vigesimo quinto intrante mensis iunii, vissa (!) et lecta per me notarium infrascriptum. Hiis pactis et condicionibus oppositis vtriusque stipulationis inter eos firmatis, videlicet quod dictus magister Gerardus cirogus ire debet Ragusium staturus et moraturus et seruire dicto comuni Ragusii et hominibus dicti comunis Ragusii usque ad duos annos proxime uenturos, ex pacto dare debent dicto magistro Gerardo pro suo salario soldos (!) ducentos et quinquaginta denariorum venetorum grossorum pro quolibet anno, et dare et soluere debent dicto magistro Gerardo predictum salarium, secundum quod habet magister Petrus fisicus et ante soluere ad voluntatem domini comitis Ragusii et iudicum et consiliariorum eiusdem ciuitatis. Et insuper dare debent eidem magistro Gerardo cirogo bonam domum et sufficientem pro suo stacio et habitacione. Soluendo dicti domini Pasqua de Mergnuco et Marinus de Pecurario sindici et procuratores ydonei dicti comitis Ragusii, iudicum et consiliariorum ac uniuersitatis eiusdem ciuitatis eidem magistro naulum eundi Ragusium de suis rebus, incipiendo terminum sui salarii primo die quo se de Venecia separabit. Item tenetur predictus Gerardus cirogus et promisit predictis dominis Pasqua et Marino syndicis et procuratoribus ydoneis procurantibus et stipulantibus pro domino comite comunis Ragusii, iudicum et consiliariorum, ac uniuersitatis eiusdem ciuitatis medicare omnes Raguseos de Ragusa et de eius districtu, non accipiendo predictus magister Gerardus plus de soldis decem dinariorum (!) venetorum grossorum pro suo labore de aliqua infirmitate que contigerit seu uenerit in ipsis Ragusinis de Ragusio et de eius districtu de arte cirogie. Et si ipse sciret aliud facere, non teneatur accipere plus de dictis decem soldis grossorum pro suo labore de predictis Ragusinis de Ragusio et de eius districtu. Item pacto expresso dictus magister Gerardus tenetur et promisit se diuidere de Venecia usque ad medium mensem augusti proxime uenturum iturus Ragusium sine aliqua exceptione, remoto dei iusto impedimento. Que omnia et singula suprascripta promisit dictus magister Gerardus predictis dominis Pasqua de Mergnuco et Marino de Pecurario sindicis et procuratoribus domini comitis, iudicum et consiliariorum dicti comunis Ragusii stipulantibus et procurantibus pro ipso domino comite, iudicibus et consiliariis comunis Ragusii predicti, et ipsi sindici et procuratores promiserunt procurature nomine dicti domini comitis, iudicum

et consiliariorum comunis Ragusii sub pena solidorum ducentorum et quinquaginta denariorum venetorum grossorum sibi ab inuicem attendere et obseruare. Et pars que non attenderet et obseruaret et noluerit obseruare, componat et soluat penam predictam parti attendenti et obseruanti tociens, quociens non attenderint et non obseruauerint et noluerint obseruare et attendere stipulata premissa. Et pena soluta uel non, omnia suprascripta attendere et obseruare nichilominus teneantur et contractu firmo manente, sub obligatione suorum bonorum et bonorum comunis Ragusii predicti, et cum dampnis et expensis reficiendis litis et extra... renunciacionem super hiis, excepto non celebrati contractus et rei ita non geste, doli mali, condicioni sine causa, in factum actioni et priuilegio fori et omni iuri canonico et ciuili et beneficio nove et ueteri constitutioni et legi de duobus uel pluribus reis debendi et omnibus aliis, que de iure uel de facto opponi possint contra hoc instrumentum et factum. Et de hoc laudauerunt duo fieri instrumenta, videlicet unum pro parte vnius et eiusdem ualoris. Actum Venecie super domum ipsius magistri Gerardi cirogi, in contrata sancti Apolinaris ubi nunc habitat.

(Signum not.).

Ego Phylipus filius domini Prandi Igici notarii, imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIII.

187.

1295, 31. augusta. Kod jezera Pensilskoga.

Templari mogu slobodno izvesti žita.

Idem frater Robertus habet licentiam extrahendi per mare sine iure exiture salmas ordei ducentas ferendas apud Jadaram et Zablacam pro vsu ipsius domus Templi. Datum apud Lacum Pensilem, vltimo augosti, VIII. indictionis.

Wenzel Acta extera. I. 127.

188.

1295, 2. oktobra. U Anagni.

Bonifacije VIII. papa ovlašćuje nadbiskupa zadarskoga, da jednoga Franjevca učini biskupom osorskim.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Johanni archiepiscopo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Debitum officii nostri requirit, ut inter sollicitudines alias, quibus assidue premimur, specialiter circa ecclesias sollertiam adhibentes ipsarum utilitatibus intendamus in eo maxime, ut viduatis, ne longe vacationis dispendia patiantur, celeriter nostre diligentie studio de illorum provideatur substitutione pastorum, per quos spiritualiter et temporaliter, actore domino, continuum suscipere valeant incrementum. In nostra siquidem presentia retulisti, quod olim cathedrali ecclesia Absarensi, metropolitico tibi iure subiecta, per obitum bone memorie Jacobi episcopi Absarensis pastoris regimine destituta, capitulum eiusdem ecclesie personam indignam, videlicet Thomam archipresbiterum ipsius ecclesie, defectum litterarum evidentem et intollerabilem patientem scienter in Absarensem episcopum elegerunt, tibique decreto electionis huiusmodi presentato a te petierunt instanter, ut eandem electionem auctoritate metropolitica confirmares. Tu vero tam processu ipsius electionis quam persona dicti archipresbiteri examinatis iuxta officii tui debitum diligenter, quia plene constitit, predictos capitulum prefatum archipresbiterum ob memoratum defectum omnino indignum scienter ad ecclesie memorate regimen elegisse, quod etiam in iuditio coram te confessus extitit se nunquam audivisse Donatum, prefatam electionem utpote contra formam canonum attentatam sententialiter reprobans, pronuntiasti dictos capitulum eligendi hac vice potestate ipso iure fore privatos, provisionem ipsius ecclesie ad sedem apostolicam remittendo. Nos igitur, quod super hoc a te factum est, ratum et gratum habentes, ac gerentes de tue circumspectionis industria in domino fiduciam pleniorem, fraternitati tue preficiendi auctoritate nostra eidem ecclesie aliquem virum ydoneum de ordine fratrum Minorum, qui tanto congruat oneri et honori, super quo tuam intendimus conscientiam onerare, ac faciendi ei, postquam ipsum ecclesie predicte prefeceris, a prefato capitulo et clero ac populo civitatis et diocesis Absarensis tanquam patri et pastori animarum suarum hobediri(!) humiliter ac intendi, sibique consecrationis munus, ascitis tibi duobus vel tribus episcopis, impendendi, necnon et contradictores super hoc per censuras

ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam concedimus tenore presentium potestatem. Datum Anagnie, VI. nonas octobris, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 154. p. 112. Iz reg. An. I. ep. 407. fol. 95.

Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 368. no. 34. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.199.

189.

1295, 2. oktobra. U Spljetu.

Koludrice svetog Benedikta prosvjeduju protiv jednoga čina svoje pretstojnice.

In nomine domini amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octava, die secundo mensis octobris, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie. Temporibus, domini Jacobi archielecti Spalatensis, illustris uiri domini Maladeni de Birberio comitis, egregii uiri domini Gundicii Desconis Helipidio potestatis ciuitatis Spaleti, ac nobilium uirorum dominorum Madii Duimi, Damiani Mazole et Theodosii Alberti iudicum. Nos quidem Dessaza . . . Setremezza . . ra, Dessa Peruichi et Mazola Chatite, Chatena, Stana, Santiza, Bobmila, Paula, Draga, Dunnanna, Mo . . xirelia, Stoiula, Stanula, Dyminciola, Dobrosclaua monasterii sancti Benedicti protestamus(!) et cum protestacione dicimus et proclamamus uiua uoce, quod cum abbatissa nostri monasterii sine nostra uoluntate et consensu constituerit et fecerit Petrus(!) Leonardi et Gregorouii(!) Petrache iudices arbitros inter ipsam super rebus . . . . monasterii, uidelicet de aliqua parte Gladinize et Milzun sartorem, quod facere minime potuit sine nostra uoluntate et consensu, quod si dicti iudices proferant seu darent aliquam sententiam contra iustitiam dicti monasterii, quod non preiudicet dicto monasterio nec preiudicare debeat aliqua racione. Actum in ecclesia dicti monasterii, presentibus Striscia Martini et Marino Petrache testibus et aliis.

Ego Jancius Duimi filius . . . [examinaui] conscius.

Ego Thomas Uitalis de Perusio auctoritate imperiali et nunc ciuitatis Spaleti iuratus notarius omnibus interfui, scripsi et publicaui.

(Signum not.).

Original trošan i oštećen u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

190.

1295, 11. oktobra.

Bilješka o smrti Ivana I. biskupa zagrebačkoga.

V. idus octobris. Obitus venerabilis patris domini Johannis felicissime recordacionis episcopi Zagrabiensis. Anno domini MCC. nonagesimo quinto.

Bilješka na breviaru u nadbiskupskoj knjižnici.
Tkalčić Mon. episc. Zagrab. I. 237.

191.

1295, 28. oktobra. U Zadru.

Ivan Riteša obvezuje se platiti Ivanu Varikaši 40 libara za kupljenu barku.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentésimo nonagesimo quinto, indicione nona, die vigesimo octauo mensis octubris, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feosii Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Juanus de Ritisia (!) filius condam Damiani, quomodo habui et recepi atque emi a te namque Johanne filio Raynerii de Varicassa ciue Jadre vnam barcham cum suis corredis et apparatibus, finito precio mercati librarum denariorum uenetorum paruorum quadraginta. Vnde cum meis heredibus et successoribus ego prenominatus Juanus de Ritesa (!) me obligo et promitto soluere atque dare tibi suprascripto Johanni Raynerii uel tuis heredibus aut successoribus predictas quadraginta libras denariorum paruorum hic in Jadra, saluas absque omni periculo a modo in antea usque ad proximum festum sancte Marie de mense a[u]gusti nuper venturum, sub pena dupli et omnium expensarum, quas in curia uel extra fec[eris] hac de causa super me et omnia mea bona presencia et futura, omnibus capitulis, excepcione et occasione remotis. Actum est hoc et firmatum

coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Leonardo de Castel forto mercatore, et Nicola çuparo et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Grisogonus Victoris de Petriço examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Laurencius filius magistri Henrici notarii iuratus notarius Jadrensis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 17.

192.

1295, 10. novembra. U Senju.

Stjepan Ugrin dariva samostanu malobraćana u Senju svoj vrt.

In eterni dei nomine amen. Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octava, die decimo intrante novembri. Tempore quidem domini nostri Andree dei gracia serenissimi regis Hungarie, et domini N[icolai] eadem gracia Segniensis episcopi, ac nobilis viri domini Leonardi Vegle, Vinodol, Modrusse et Geçeche comitis nec non Segnie perpetui potestatis, et domini Dessegne vicecomitis, ac dominorum Volcomerii, Petri et Crilouani iudicum civitatis eiusdem. [Ibique] comes Stephanus Ungarius, olim felicis memorie comitis Johannis socius cum consensu et voluntate comitis Leonardi predicti et comitis Bartholi nepotis sui, divini numinis intuitu ac titulo pure et irrevocabilis donacionis, que dicitur inter vivos, et pro suorum et comitis Johannis antedicti remedio peccatorum, coram me notario et testibus infrascriptis presentem fecit donacionem. Donavit namque Zouello Nosdrogne procuratori conventus fratrum minorum de Segnia recipienti vice et nomine conventus fratrum minorum nunc et per tempora futura in Segnia degencium, quemdam suum ortum positum ac situm prope puteum magnum et prope locum fratrum minorum de Segnia, vel si qui sunt confines, constituens se ex nunc dictum ortum donatum ipsius donatarii vice et nomine ipsius conventus recipienti, nomine possidere vel quasi. Et volens, ut ex nunc ipsius orti donati in ipsum Zouellum procuratorem dominium sit translatum et ipsa res de cetero fiat eius. Quam quidem donationem nulla ex causis illis, quibus de iure salutis causa donationes revocari dicuntur, sive aliquo alio iure, ratione vel causa, statuto et consvetudine provinciarum, civitatum vel locorum, seu canonum vel legum auxilio, per quod contra dictam donationem

posset ire vel allegare, ut ipsam infringere quoquo modo ac istud publicum instrumentum in aliquo inpedire, penitus non obstante, perpetuo firmam et ratam et omnino irrevocabilem esse, quod prefatus dominus comes Stephanus scienter et spontanee pactus est, voluit et mandavit. Actum Segnie in domo domini Mugne, presentibus dominis Riccardo de Venusia vicecomite Vegle, Riccardo de Gageta et Scotto de Aretio ac aliis testibus ad hec rogatis et vocatis.

Ego Jacobus physicus condam Guidonis filius, imperiali auctoritate notarius publicus in hiis omnibus interfui, et ut supra legitur scripsi atque firmavi rogatus.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana na Trsatu. Archiv. Senien. no. 16.

193.

1295, 10. novembra. (U Veneciji.)

Petar Gradonik dužd mletački zauzimlje se za Diambru štitnicu Totilje.

Petrus Gradonico etc. nobili et sapienti viro potestati Tragurii et eiusdem ciuitatis consilio et communi, amicis dilectis etc. Cum Diambra quondam uxor et nunc sola commissaria Totiglie Vituri filii quondam Cecilie uxoris olim Drusimirii Vituri de confinio sancte Marte Formose fidelis nostra ciuis, commissario nomine dicti Totiglie et pro ipsa commissaria ratione repromisse predicte Cecilie spectantis iure successionis ad suprascriptum Totigliam pro parte ei de supradicta repromissa contingente librarum denariorum venetorum octingentorum de bonis et habere dicti Drusimiri Vituri debeat percipere et habere, sicut continetur et legitur in vna diiudicatus carta completa et roborata manu Stefani Lombardo subdiaconi notarii nostre cancellarie, facta anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 1271. mense nouembris die 3. exeunte, indictione 15. Riuoalti etc., ut in ea legitur, et de bonis et habere suprascripti Drusimiry in vestro districtu dicitur adesse. Nobilitatem et amicitiam vestram presentibus deprecamur, quatenus tantum de dictis bonis per vestros offitiales extimari facere velitis, quantum ascendit pecunia supradicta, nobis pretium et confines totius, quod fuerit extimatum, per vestras litteras declarantes, vt nostri iudices inde valeant procedere, sicut postulat ordo iuris. Nos quoque uobis teneamur pro meritis respondere. Datum die X. mense nouembris, indictione 8. 1295.

Lucius Memorie di Traù 141. — Kukuljević Reg. no. 1569.

194.

1295, 20. decembra. U Spljetu.

Josip sin Petrov iz Spljeta očituje, da je primio od Rave iz Zadra 340 libara, što mu ih je dugovao Vito Cerne Mergne.

In nomine domini amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione VIII⁰, die XX⁰ mensis decembris, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie. Temporibus domini Jacobi archielecti Spalatensis, illustris uiri domini Maladeni de Birberio comitis, ac nobilium uirorum dominorum Petri Leonardi, Joseph Petri, Miche Petri et Miche Madii capitanei ciuitatis, nec non Johanni[s] Rambaldi, Jacobi Dobri et Junii Dragi iudicum. Dominus Joseph Petri de Spaleto confessus et manifestus fuit se habuisse a Raua Petri de Jadra libras trecentas et quadraginta denariorum paruorum venetorum, quas Vitus Çerne Mergne sibi dare tenebatur, uidelicet ducentas et quadraginta inpignoratas, et çentum libras per unum instrumentum publicum. De quibus libris dictus Josep(!) per se suosque heredes dicto Raue pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti finem, quietationem, remissionem et perpetuam refutacionem fecit pactumque de non aliquid ex dictis denariis uel pro eis ulterius petendo cum bonorum suorum omnium obligacione. Actum intra anbas(!) portas, presentibus Michaele de Uaricassis et Stephano Leonis testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Cibrianus Petri Leonardy conscius examinaui.

Et ego Thomas Uitalis de Perusio auctoritate imperiali et nunc autem ciuitatis Spaleti iuratus notarius omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 12.

195.

1295.

Tomasina kraljica majka i upraviteljica Hrvatske daruje Tvrdislavu i Blažu savsku luku u Gradiški.

Thomasina dei gracia mater illustris regis Hungarie, ducissa tocius Sclavonie et gubernatrix parcium citradanubialium usque maritima . . . .

quod nos considerantes fidelitates et multiplices famulatus Turdizlai et Blasii filiorum Grubuch de Vrbaz, quos in diversis expedicionibus nostris, specialiter in expugnacione castri Radizlai bani, infidelis nostri Vrbazcu vocati, ubi iidem non formidantes ictus lapidum frequentissimos nec iaculorum nimbos expavescentes, vulnera sustinuerunt letalia sub eodem castro viriliter dimicando. Igitur sicut reginalis magnitudinis expostulat et requirit officium, ut uniuscuiusque merita animo meciatur pietatis, et hiis, quos opera sue virtutis regia remuneracione dignos efficiunt, grata debeant reddere premia meritorum; volentesque Turdizlao et Blasio predictis pro huiusmodi fidelitatibus et serviciis specialibus occurrere reginali cum favore, medietatem tributi cuiusdam portus super Zavam existentis Alsogradisca nuncupati, qui versus Vrbaz transit ad ipsorum terram Schlplatu vocatam, cuius medietatem Nicolaus filius Dezlo tenere et percipere dicitur, quamvis vero id quod ad presens agimus, respectu horum que in futurum agere intendimus, exile et modicum videatur, tamen in aliqualis gratum recompensacionis beneficium de baronum nostrorum consilio medietatem tributi dicti portus cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, sicut apud comitem permansit de Wrbaz pro tempore constitutum, dictis Turdizlao et Blasio et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus inrevocabiliter donacionis titulo duximus conferendum. Datum per manus venerabilis patris domini P[auli] dei gracia episcopi Quinqueecclesiensis aule nostre cancellarii fidelis nostri, anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo quinto.

Listina bila u originalu u Patačićevom arkivu, poslije dospjela u zbirku Kukuljevićevu. Iz originala prepisao Ivan Tkalčić.

Codex dipl. patrius VIII. 361.—362. no. 299. — Kukuljević Reg. no. 1573. i 1590. (1297. 18. jan.)

196.

1295.

Ivan sin Dionizija palatina daruje svoju zemlju Nespusa u pokrajini Golovči sinu svoga brata Fabijana.

Nos Johannes filius Dionisii condam palatini, magister pincernarum domine regine maioris et comes Wesprimiensis, ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire litterarum presentibus et futuris, quibus presentes fuerint propalate. Hinc est, quod quandam terram nostram in prouincia Goloucha existentem, Nespusa vocatam, totam cum terra,

quam prius Gregorius possidebat, quam prius contuleramus Paulus(!) et filio fratris sui Fabiano possidendam, similiter et ipsam terram Nespysa(!) vocatam, ut prediximus, dono nostre gracie omnia offensa et excessa, quibus contra nos excesserat, eidem remittentes, contulimus, dedimus et donauimus Paulus et filio fratris sui Fabiano pro fidelissimis seruiciis eorumdem in tempore patris nostri peractis et nostro renouatis, perpetue possidendam, tenendam, habendam et filiis filiorum suorum relinquendam, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis circumscriptis, cum prouentibus etiam tinarum de quibuslibet vineis soluendarum, ac vniuersis exaccionibus collectarum, que in hac prouincia exoriuntur, concessimus similiter iure antedicto. Hii sunt commetanei terre Nespisa(!) iam sepe memorata: a plaga orientali Matheus filius Endure comitis, a plaga meridiei homines de Drenoua, ab occidente Joan et Joanch, a plaga uero aquilonis homines de Pizer superiori, et sic descendendo inmediate minor villa Phizer(!) et sic reuertitur ad primam metam antescriptam. Presentibus omnibus commetaneis iam nominatis, iam superius nomina(!) illorum in presenti volumine ac priuilegio denotatis, nullis illorum contradicentibus, sed magis donum nostrum affirmantibus. Hii sunt nominatim: Jacobus filius Beriuoy, Philippus filius Kayan, Petrilo filius Paulus, Joan de monte Jouanch filius Neprit, Bagduzlo filius Stane, Johannes comes filius Wecezlay, Marcus Zaznag, Budur filius Gurdus, Paulo Churkan comite castellano de Zelna existente, et Pouka de Phyhuna castellano comite axistente. Ut autem huius donacionis modus et series perpetuam firmitatem obtineat, ne cum mortalibus et ad uiam carnis vniuerse transeuntibus more mortalium euanescat et obliuione deleatur, paginam litterarum presencium concessimus munimine nostri sigilli roboratas. Datum anno domini M CC nonagesimo quinto per manus magistri Conradi, amen. Hec omnia dedimus eisdem, vt Paulus filium(!) suum(!) ac Fabianus personaliter in nostra curia omni tempore servirent.

Iz potvrde zagrebačkog kaptola od 26. februara 1336.; original te potvrde nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

Ima i prijepis iz potvrde bana Nikole od 13. maja 1353., u kojoj je i potvrda Mikca bana od 12. marta 1342. što se nalazi i u ugarskom držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.850. — Kukuljević Reg. no. 1574.

197.

1295.—1305. (U Napulju).

Poslanici bana Pavla Šubića u Napulju.

God. 1295. — 1298. — 1299. — 1301. — 1305. dolazili su u Napulj poslanici (nuncii) bana Pavla. Od njih je po imenu poznat samo »Domaldus comes Scardone«, (Domaldus de Ungaria«, »comes Domaldus« comes Domaldus de Sclavonia«); *1298. — 1299. — 1301. i 1305., kojemu je Karlo II. poklonio god. 1299. 5. septembra, ind. XIII.* »exituram frumenti salmarum trecentarum«, *a 1300. 28. jula* »salmas mille trecentas«. *Poslanici su ovi donosili kralju povjerljiva izvješća, o kojima se u spomenicima ne spominje.*

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 40.—41.

198.

1295.—1303. U Čazmi.

Mihajlo biskup zagrebački daje povlasti Vugrovčanima.

Michael dei gracia episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Vniuersorum noticie harum serie declaramus, quod condiciones libertatis hospitum noue libere ville nostre de Vgra tam presencium quam futurorum a nobis eisdem concesse eatenus ordinauimus et stabiliuimus ordinatas, quod iidem hospites nostri maiorem ville quemcumque uoluerint ex communi voluntate eligendi seu preficiendi ac mutandi annuatim liberam habeant facultatem. Idemque maior ville ipsorum vniuersas causas peccuniales inter ipsos emergentes vna cum senioribus ipsius ville, videlicet pleno iure et iudicia pro sui vsu exigent consueta, scilicet duodecim denarios pro iudicio. Maiores vero causas, veluti homicidia, latrocinia, furta et incendia, uulnerumque illaciones ac percussiones hominum in die fori accidentes comes noster de Vgra siue castellanus pro tempore constitutus vna cum maiori ville teneatur iudicare. In quibus quidem causis due partes iudiciorum cedant ipsi comiti, terciam vero percipiat maior ville eorundem. Que quidem iudicia singula

secundum merita seu qualitatem causarum exigantur et non vltra, et nulle cause inter ipsos ad duellum iudicentur, sed per testes ydoneos et iuramenta eorundem cause terminentur. Preterea quicumque ex ipsis alias se transferre voluerit, curias et domos ac alias possessiones suas, si quas habuerit, liberum habeat vendendi arbitrium, et cum bonis suis recedendi, quo elegerit, debito tamen curie sue persoluto. Si quis eciam ex eisdem hospitibus nostris heredum solacio destitutus decederet, bona sua et possessiones cuicumque voluerit legandi et relinquendi liberam habeat opcionem. Statuimus eciam in ipsa libera villa nostra liberum forum absque exaccione alicuius tributi die dominico celebrandum, ad quod forum die sabbati quicumque voluerint conueniant libere vsque meridiem die lune, si placuerint permansuri. Cuius quidem fori institucionem in detrimentum seu destitucionem fori fratrum nostrorum capituli Zagrabiensis in Casna antiquitus preordinati esse uolumus, cum iidem fratres nostri reformato tempore facultatem habebunt ipsum forum restaurandi. Nec id pretermittimus, quod predicti hospites nostri a medio quadragesime nunc venturo ad anni spacium nobis et castellano nostro de Vgra nullum censum, debitum, dacia uel collectas dare aut seruitia exhibere teneantur, ymo exempti sint ab huiusmodi honere(!) seruitorum siue debito. Completo vero anno annuatim in tribus festiuitatibus, videlicet in festo sancti regis Stephani, natalis domini ac resurreccionis eiusdem pascualem peccudem, singulas gallinas de singulis mansionibus et singulos duos panes, necnon tres marcas in denariis Zagrabiensibus nobis offerre teneantur. Castellano vero nostro similiter in ipsis tribus festiuitatibus vnam ouem, viginti gallinas et quinquaginta panes offerant annuatim. Volumus eciam, quod si seruientes nostrorum fenum, pabulum aut aliquas res eorundem auferent violenter, maior ville ipsorum equum eiusdem auferendi habeat facultatem et assignandi dampnum et iniuriam pacienti, donec eidem satisfiat de illatis. Ipsos eciam hospites nostros exemimus et liberos esse annuimus ab omni viagio, nec conpelli debeant in equis uel pedites legaciones seu literas deferre ad nos uel alias nostris pro causis quibuscumque destinari. In cuius rei memoriam et perpetuam stabilitatem presentes eisdem . . . . . . sigillo nostro . . . [no]uo communitas. Datum Chasme.

U transumptu zagreb. biskupa Jakova. Original toga na pergameni, sa zeleno žutom vrvcom sa nešto ostatka pečata. Datum in Iuanich die XVII. mensis ianuarii, anno domini millesimo CCCXLVIII.⁰ U arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1295.

199.

1296, 11. januara. U Zadru.

Krševan sin Tartarov prodaje Simeonu Krasonji vinograd na zemljištu Nina.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indicione nona, die vndecimo intrante mense ianuario, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadre archiepiscopi, ac domini Feosii Mauroceni egregii comitis. Fateor ego namque Grisogonus filius olim Tartari habitator Jadre, quomodo cum uoluntate et assensu Pridrage matris mee vendo, do, dono atque transacto tibi quidem Symeoni bicario filio condam Crasogne habitatori Jadre totam vnam meam vineam positam in teritorio None ubi dicitur Sabaceua; cui de borea est vinea Miche de Scusscela, de austro est vinea Velcette potestatis None, de trauersa est vinea Stephani de Labbe, et de quirina est vinea Stephani, qui moratur apud sanctam Sofiam, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terra[m] a modo in antea cum plena uirtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, gaudendi, vendendi, donandi, alienandi et pro anima et corpore indicandi et quicquid inde tibi et tuis heredibus et successoribus libere et perpetuo placuerit faciendi, sine alicuius persone contradicione. Precio cuius vendicionis ego prenominatus Grisogonus recepi a te supradicto Symeone libras sexaginta denariorum venetorum paruorum, quas mihi plene dedisti et integre persoluisti. Vnde cum meis heredibus et successoribus ego dictus Grisogonus prefatam vineam cum omnibus suis proprietatibus, habenciis et pertinenciis tibi suprascripto Symeoni et tuis heredibus uel successoribus in racione excalumpniare tenear(!) et promitto ab omni homine et persona super me et omnia bona presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne filio olim fratris Uiti et Dobromiro filio condam Druscinne et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Georgius Mathei de Georgio examinator manum misi.

Ego Franciscus ecclesie sancti Petri noui subdiaconus, imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus hiis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

200.

1296, 22. februara. U Trogiru.

Prodaja dijela kuće u gradu Trogiru.

In nomine indiuidue trinitatis amen. Anno domini a natiuitate millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indiccione nona, regnante domino Andrea serenissimo rege Vngarie, et temporibus venerabilis patris domini Gregorii episcopi, egregii viri domini Georgii de Birberio comitis, nobilis viri domini comitis Mladenni potestatis, et sapientis viri domini Guidonis de Aldofredis de Regio capitanei ciuitatis Tragurii, die vicesima secunda februarii. Jaco Cocoti vendidit et tradidit iure proprio in perpetuum per se et suos heredes Dobre Vergegath pro se et suis heredibus ementi suam quartam partem de paratinea posita Tragurii iuxta domum Radde matris Mathei, domum uxoris Drusco ex alia latera, et residue tres partes sunt ipsius Dobre, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicte Dobre et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omni iure et accione sibi ex dicta re uendita pertinente, pro precio quatuor librarum denariorum venetorum paruorum, quod totum dictus venditor fuit confessus et contentus se a dicta emptrice integre recepisse et penes se habere. Dans ei licenciam possessionem dicte rei intrandi, promisit ei de dicta re litem non mouere nec mouenti consentire, set ipsam rem ei et suis heredibus legitime defendere et discalumpniare contra omnes personas sub obligacione suorum bonorum. Actum in domo Lompri de Fara habitacionis mei subscripti notarii, presentibus Marino Bertani et Casceto Nicole testibus, et Francisci condam domini Valentini Marini examinatoribus.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Ualentini conscius examinaui.

(Signum not.)

Et Ego Siroctus Petri de Ancona imperiali auctoritate et nunc comunis Tragurii iuratus notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi, signaui et publicaui.

Original u ark. kaptola u Trogiru a. 1296. no. 30.

201.

1296, 26. februara.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje sve povlastice i darovnice udijeljene samostanu topuskomu od njegovih pretšasnika.

Andreas dei gracia Hungarie rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui regibus dat salutem. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos omnia privilegia seu instrumenta Andree, Bele, Stephani et Ladizlai felicium recordacionum illustrium regum Hungarie, super inmunitatibus, libertatibus et possessionibus monasterii nostri de Toplica confecta, rata habemus et accepta, et eadem auctoritate presencium confirmamus, volentes, ut donaciones predictorum regum ipsi monasterio de Toplica facte robur obtineant perpetue firmitatis. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Theodori dei gracia episcopi Jauriensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, quarto kalendas marcii, regni autem nostri anno sexto.

Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica. no. XV. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 237.—238. — Kukuljević Reg. no. 1576.

202.

12(96), u drugoj polovini mjeseca februara. U Zadru.

Dobroslava udovica čini testamenat u korist sv. Krševana.

. . . .
. . . . . ducentesimo . . . .
. . . . exeunte mensis februarii,
. . . . domini Petri
Gradonici incliti . . . .
et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Chysi . . . . . egregii comitis. Cum nil sit morte cercius et incercius hora mortis, et omnia huius mundi labilia sint et caduca, decens est atque sanctum, ut quilibet se et omnia bona sua sit ordinare solicitus. Igitur ego namque Dobroslaua relicta Creste habita-

trix Jadre, graui infirmitate corporis oppressa, sana (!) tamen habens memoriam, ingenium et intellectum, tale meum facio et ordino testamentum. In omnibus meis fideicomissarios meos esse constituo Stanam sororem abbatis monasterii sancti Grisogoni de Jadra, presbiterum Martinum patrinum meum, et Niscam relictam Vidoti, ut secundum in hoc meo testamento de bonis meis ordinauero darique iussero, sic ipsi comissarii mei de eisdem bonis meis post obitum meum debeant adimplere, firmumque sit ac ratum in perpetuum. Primum quidem dimitto et adiudico patrino meo presbitero Martino sancti Michaelis solidos viginti duos uenetos paruos pro anima mea et meorum defunctorum. Item adiudico et dimitto totam vnam meam vineam et omnia alia bona mea mobilia et immobilia, quod habeo et uideo habere in hoc mundo monasterio sancti Grisogoni de Jadra pro anima mea et omnium defunctorum meorum. Quibus autem prefatis commissariis in eis ego predicta Dobroslaua do, confero atque concedo illam plenissimam uirtutem, auctoritatem et potestatem, quam aliqui commissarii habere possent omnia et singula prenotata prosequendi et adimplendi. Et hec est mea ultima uoluntas et meum ultimum testamentum, quod si non ualet iure testamenti, saltem ualeat iure codicillorum uel cuiuslibet ultime uoluntatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, silicet Donato supanio et Symeono supanio et aliis.

Ego Franciscus ecclesie sancti Petri noui subdiaconus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus hiis interfui rogatus, ut audiui hoc testamentum scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana Masso B. Capsula I. no. 9. Listina s vrha veoma oštećena. Ruka potonje dobe metnula na ledja 1296. — Ivan de Anagnia biskupovao od g. 1291. 12. februara do g. 1297.

203.

1296, 1. marta. U Požegi.

Daje se na znanje, da je meštar Corrardo platio dug na imanju Grmoču.

Datum pro memoria, quod magister Corrardus octo marcas, in quibus nobis racione possessionis Gormoch statucionis soluere tenebatur iuxta regni consuetudinem approbatam, idem magister Corrardus nobis

persoluit ex integro, et nos ipsum reddidimus in hac parte penitus expeditum. Datum in Posagawar, in crastino medie XL-me, anno domini M⁰CC⁰LXXXX⁰ sexto.

Izvana: Pro magistro Corrardo de Owar expeditorie pro octo marcis.

Original, pečat otpao, u arkivu obitelji Révay.
Wenzel Codex dipl. Arpad. cont. XII. 600.

204.

1296, 4. marta. U Napulju.

Odredba kraljeva, kako se ima izdati žito banu Pavlu.

Scriptum est Henrico secreto magistro procuratori, ac magistro salis Apulie familiari et fideli suo gratiam suam et bonam uoluntatem. Cum nos Paulo bano dilecto et deuoto nostro licentiam extrahendi per nuncios suos de portubus Apulie libere a iure exiture frumenti salmas mille ad generalem mensuram, ferendas per mare ad partes Sclauonie pro munitione castrorum suorum ipsarum partium gratiose duxerimus concedendam, fidelitati tue precipimus, quatenus cauto tibi prius per iuramentum nunciorum ipsorum, uel alias, prout fuerit oportunum, quod de huiusmodi extractione frumenti nullam parte uel in toto venditionem uel permutationem seu conuentionem aut pactum fecerunt aut facient cum mercatoribus aut personis aliis quibuscunque, sed illud onerabunt et deferent ad expensas proprias dicti Pauli pro predictorum suorum munitione castrorum, nullam fraudem exinde commictendo; ac recepta etiam ab eisdem nunciis ydonea fideiussoria cautione, quod frumentum ipsum ad predictas partes Sclauonie pro ipsorum munitione, ut dictum est, et non alio deferetur, quodque infra certum et competentem terminum eis per te propterea assignandum, de ipsius exoneratione ibidem a rectore, potestate seu capitaneo loci, ubi exoneratio ipsa fiet, tibi responsales ydonee referantur, deinde nuncios ipsos dicti Pauli bani nomine predictas frumenti salmas mille ad generalem mensuram de quocumque portu Apulie licito et statuto extrahere, libere a iure quolibet exiture cum vascellis ad predictas partes Sclauonie propterea deuehendas, sine contradictione permictas. Prouisurus actentius, ne pretextu presentium maior frumenti uel alia uictualium quantitas, seu quecumque prohibita, in fraudem nostre curie de portubus ipsis aliquatenus extrahantur, cum tibi exinde executioni presentium mandatum vel

ordinatio in contrarium non obsistat. Quod si forte compereris, prefatos nuncios venditam aut colludium aliquod fecisse cum mercatoribus uel aliis de exitura predicta, ad executionem presentium aliquatenus non procedas. Datum Neapoli per manus etc., die IIII. martii, IX. indictionis.

Wenzel Acta extera I. 127—128.

205.

1296, 7. marta. U Požegi.

Pred Tomasinom majkom kraljevom hercegicom hrvatskom biva izmjena zemalja.

Nos domina Th[omasina] dei gracia mater illustris regis Hungarie, ducissa tocius Sclauonie, et gubernatrix parcium citradanubialium vsque maritima damus pro memoria, quod comes Petrus filius Deniporci(!) et Gregorius filius Kohodyy(!) pro Johanne filio Becha de Kuelges cognato suo, sicut dixerunt, coram nobis constituti ab vna parte, et magister Laurencius, Philippus, Ladizlaus filii magistri Philpus ab altera, super quibusdam possessionibus hereditariis tale concambium inter se ordinauerunt, quod dicti filii magistri Philpus(!) quandam possessionem suam Zeneboogh uel Francheusfeldy vocatam, porcionem tamen suam iuxta fluuium Karaso existentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis dederunt et contulerunt Johanni filio Becha et suis heredibus heredumque suorum successoribus perhempniter possidendum; e conuerso autem prefatus Johannes porcionem suam in Keuelges habitam cum duabus villis dedit et contulit dictis filiis magistri Philpus tenendam iugiter et habendam. Assumpserunt eciam filii magistri Philpus, quod in pacifica possessione ipsum Johannem et suos successores inmutabiliter conseruabunt, et eorum successores illud idem. Si autem ab impetitoribus superuenientibus expedire non possent, cum omni eo ipse Johannes et sui in pacifica possessione dicte terre permanebunt, impetitoribus vero siue in pecunia, seu de alia possessione sua satisfacient, sicut fuerit oportunum. Et ad hec omnia facienda partes se spontanea obligauerunt voluntate. Datum in Posegawar, in octauis medie XL-me, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

Iz listine kaptola pečuhskoga od god. 1296. mjeseca marta prepisane ponovno po istom kaptolu g. 1346. 17. aug. i opet g. 1408. 21. novembra

u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1437. Stara signatura N. R. A. fasc. 1504. no. 21.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 213.—214. — Kukuljević Reg. no. 1579.

206.

1296, 12. marta. U Čazmi.

Kaptol čazmanski ustanovljuje medje posjeda kneza Grgura u Medjumurju.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod nobilis vir comes Gregorius filius Romani personaliter ad nostram accedens presenciam, a nobis humiliter et deuote postulauit, ut aliquem ex nobis ad reambulandas terras eiusdem tam hereditarias, [quam] aquisitas et empticias in districtu Zaladiensi existentes transmitteremus. Cuius peticiones nos videntes esse laudabiles et honestas ac nobilitati eiusdem admittendas, vnum ex nobis magistrum Johannem cantorem ecclesie nostre, socium et concanonicum nostrum, virum vtique prouidum et honestum ad reambulandas dictas terras ipsius Gregorii comitis duximus transmittendum. Qui socius noster demum ad nos rediens nobis retulit, quod memoratas terras dicti comitis Gregorii secundum continentiam litterarum nostrarum priuilegialium prius exinde confectarum, conuocatis omnibus commetaneis et vicinis earundem, nullo penitus contradicente, per antiquas metas, terminos et signa quiete et pacifice reambulasset. Quas quidem terras et metas Endus et Adrianus filii Vitalis, et Wlk filius Isyp, ac Martinus filius Ladizlai omnes terras seu possessiones eorum in prescriptis litteris nostris priuilegialibus habit[as et e]xpressas, in Zeguna et Eb[r]ys existentes, cum attinenciis et adiacenciis earundem vniuersis, pro quadraginta sex marcis ipsi comiti Gregorio [et suis] heredibus perpetuo dignoscuntur vendidisse et eciam reliquisse. Quarum quidem mete, termini et signa, prout idem magister Johannes cantor socius noster nobis dixit, et metas in scriptis exhibuit, hoc ordine distinguntur : videlicet prima meta incipit a parte septemtrionali in fluuio Churnech(!) in vicinitate terre cruciferorum, in quo fluuio exit ad partem meridionalem, et per siluam in bono spacio peruenit in riuulo vno ad fluvium Zeguna per arbores tul cruce signatas, vbi vicinatur terre Opoy, inde in eodem fluuio Zeguna asscendit, et cadit in quoddam potok Berzeuch vocatum, et ibi est fons vnus, de quo per riuulum ad arborem

tul cruce signatam, inde transit campum uersus meridiem ad arborem piri cruce signatam, inde ad magnam viam, in qua tendit uersus orientem ad arborem piri cruce signatam, deinde uersus meridiem transit riuulum ad arborem cerasi cruce signatam, que est iuxta magnam vallem, inde salit paruam vallem ad montem iuxta vineam, et iuxta siluam uenit ad viam, qua itur ad ecclesiam sancte crucis, et in eadem via procedendo in bono spacio versus occidentem ad arborem piri, ubi iungitur terre Benedicti filii Rodyn, inde in eadem via eundo declinat in magnam vallem, in cuius capite est arbor byk cruce signata, in qua parum procedendo exit ad terram arabilem, de qua ad montem iuxta vineam, et descendit uersus septemtrionem in vallem ad magnam viam, abhinc declinat uersus occidentem ad arborem piri, deinde ad viam, qua itur uersus predictum fluuium Zeguna, et iuxta ipsum fluuium transit quandam terram phymatam (!) seu sessionem, et cadit in ipsum fluuium, et venit ad arborem fyz, et exit uersus septemtrionem, et cadit in dumos spinarum, de quibus ad arborem tul cruce signatam, deinde iuxta fenilia ad arborem tul cruce signatam, inde ad viam, ubi est lakus (!), et per eandem viam procedendo declinat per arbores cruce signatas in nemus, de quibus ad arborem hyhor, inde per quendam riuulum tendit, et cadit in predictum fluuium Chernech, ubi vicinatur et commetatur terris filiorum comitis Gregorii, inde in eodem fluuio Chernech descendit ad priorem metam, ibique terminatur. In cuius rei memoriam et robur perpetuum presentes ad instanciam et peticionem memorati comitis Gregorii concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum in festo beati Gregorii pape, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

Iz originalnog prijepisa kapt. čazmanskog od g. 1328. 16. oktobra u kr. ugar. državnom ark. M. O. D. L. no. 1438. Stara sign. N. R. A. fasc. 952. no. 3.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 219.—221. — Kukuljević Reg. no. 1580.

207.

1296, 21. marta. U Zadru.

Krasna udova Martina Tusanina i Damjan de Nasse zamjenjuju svoje zemlje u Cernu.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indicione nona, die vndecimo exeunte mense

marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feofii Mauroceni egregii comitis. Chrasna relicta condam Martini Tusanini ciuis Jadre ex vna parte, et Damianus filius condam Nasse de Biualdo Jadre ex parte altera fecerunt et contraxerunt inter se cambium in hunc modum. In quo uero cambio ipsa Chrasna cum uoluntate et assensu Andree filii condam Cande de Ragno ciuis Jadre, olim generi ipsius Chrasne, dedit pro cambio, donauit et permutauit ac tradidit prenominato Damiano de Nasse duas suas pecias terre ipsius Chrasne posite ad Cernum; vna quarum scilicet maior uersus boream et trauersam firmat ad viam publicam, uersus austrum ad terram Marini de Clemente, et uersus quirinam firmat ad terram Volcinne de Mathafarro; alia uero pecia minor uersus boream firmat ad terram heredum Budogne, uersus austrum ad terram Nicole de Begna, uersus trauersam in carsum, et uersus quirinam in viam publicam. Et con (!) conuerso prenominatus Damianus de Nasse in contracambium dicti cambii dedit, donauit, permutauit et tradidit suprascripte Chrasne de Tusanino duas suas pecias terre munde ipsius Damiani posite in predicta contrata de Cerno; vna quarum scilicet maior uersus boream firmat[1] in terram Barthe condam Grisogoni de Mauro, uersus austrum in terram Phylippi eius fratris et partim in terram dicte Chrasne, uersus trauersam firmat partim in viam publicam et partim in terram dicte Chrasne, et uersus quirinam firmat in potochum; alia uero pecia parua est que firmat uersus boream, austrum et quirinam in vineas et terras predictorum Barthe et Phylippy(!) fratrum, et uersus trauersam in predictum potochum. Ita ut a modo in antea vtraque pars plenam potestatem habeat et virtutem predictum suum cambium sicut superius continetur intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, vendendi, donandi pro anima et corpore indicandi, omnemque aliam suam voluntatem et vtilitatem utraque pars de suo cambio libere faciendi nemine sibi uel suis heredibus aut successoribus in perpetuum contradicente uel molestante; cum omnibus suis certis terminis, pertinenciis, confinibus et habenciis, suprascriptis possessionibus seu cambiis cum suis gaiis et pascuis libere et integrum pertinentibus, uel que pertinere eis possunt tam subter terram quam supra terram; in quibus uero suprascriptis cambiis vtraque pars fuit tacita et contenta. Et promisit ad inuicem vna pars alteri excalumpniare et defensare partem suam sibi suisque heredibus et successoribus in racione ab omni homine et persona super se et omnia bona sua presencia et futura; et sic fuerunt concordes ad inuicem inter se pre-

[1] Nalazi se suvišna kratica.

*

dicte due partes. Et nos prenominata Chrasna de Tusanino et suprascriptus Damianus de Nasse laudamus et confirmamus omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Nicola Buffono et Rade filio condam Drugoscii çuppariis Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Piçca examinator manum misi.

Ego Henricus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

208.

1296, 21. marta. U Zadru.

Andrija sin pokojnog Cande de Ragno očituje, da je primio od Damjana de Nasse pet libara za svoju zemlju.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indicione nona, die vndecimo exeunte mense marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feofii Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Andreas filius condam Cande de Ragno ciuis Jadre, quomodo cum uoluntate et assensu infrascripte Chrasne de Tusanino relicte Martini Tusanini olim socrus mee habui et recepi a te namque Damiano filio condam Nasse de Biualdo Jadre libras denariorum venetorum grossorum quinque pro addictione seu çunta duarum peciarum terrarum positarum ad Cernum, quas ipsa Chrasna tibi dedit in cambium secundum tenorem vnius tui publici instrumenti ipsius cambii facti manu infrascripti notarii in suprascripto millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indicione nona, die vndecimo exeunte mense marcii. De quibus uero suprascriptis quinque libris grossorum ego prenominatus Andreas de Cande cum meis heredibus et successoribus cum uoluntate et assensu dicte Chrasne facio tibi prenominato Damiano de Nasse tuisque heredibus et successoribus plenam et irreuocabilem securitatem et quietacionem, quia plene a te habui et recepi predictas quinque libras grossorum pro addictione seu çunta dicti cambii; et nichil remansit de predictis quinque libris grossorum, vnde

per me uel meos heredes aut successores ualeam te uel tuos heredes aut successores deinceps requirere seu in aliquo molestare per ullam racionem, ingenium seu causam; et si contra hanc cartam securitatis ire temptauero per aliquod tempus, me obligo et promitto cum meis heredibus et successoribus tunc soluere atque dare tibi tuisque heredibus duplum predictarum quinque librarum grossorum pro pena super me et omnia bona mea presencia et futura; et pena soluta uel non hec carta securitatis nichilominus in sua semper permaneat firmitate. Et si prenominata Chrasna de Tusanino uel sui heredes aut successores de cetero te requirent de ipsis quinque libris grossorum in parte uel in toto, me obligo et promitto cum meis heredibus et successoribus te prenominatum Damianum de Nasse, tuosque heredes et successores ab ipsa Chrasna, suisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare et indempnes in omnibus et per omnia trahere et conseruare sub eadem pena dupli predictarum quinque librarum grossorum et omnium tuorum dampnorum, expensarum et interesse super me et bona mea omnia, omnibus capitulis, excepcione et occasione remotis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Nicola Buffono et Rade filio condam Dragoscii Jadrensibus çuppariis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Piçca examinator manum misi.

Ego Henricus imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

209.

1296. 22. marta. U Pulju.

Dominik notar pokojnog načelnika Artika obvezuje se biskupu puljskom, da će mu dati na stalni rok neku svotu novaca.

(Signum not.).

In Christi nomine. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indictione nona, die decimo exeunte marcio, Pole, in ecclesia fratrum minorum presente magnifico Andrea Bottolatio et Articho filio bone fidei Johanni(!) et aliis. Ibique Dominicus notarius pot[estatis] condam Arthici(!) solempni supplicacione promisit et stetit per se et suos heredes dare et soluere fratri Petro, qui fuit de valle . . . . . de

ordine minorum suo penitenciali, recipiens vice et nomine venerabilis patris domini Mathei miseracione diuina Polensis episcopi libras quadraginta septem denariorum paruorum in duobus terminis, uidelicet medietatem usque ad natiuitatem domini nostri Jesu Christi proximam, et aliam medietatem a natiuitate domini nostri proxima usque ad unum annum completum sub pena quarti pro quolibet termino et expensis iustis, qui denarii distribui et dispensari debent in hunc modum: uidelicet libr[as] quatuordecim denariorum paruorum in reparacione ecclesie sancte Elene de Borano, et residuum scilicet libras triginta tres denariorum paruorum pauperibus Christi in Padeno et Rauarico (?)[1], et hoc specialiter pro commissaria Çanini condam Grebeçi de Bagnoli presbiteri de Bogast, quos uero denarios idem Dominicus habuit et recepit de dicta commissaria et ipsos disposuit in sua utilitate, et non ubi debuit, et propterea omnia et singula idem Dominicus per se et suos heredes promissit attendere et defensare cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum; ita, quod huius debiti solucio, finis seu dimissio seu aliquid nomine prefato creditori probari non posset, nisi cum hac carta cancellata uel cum alia in concordiam parcium facta per bonum et creditum notarium, quinque testibus presentibus; hoc addito de uoluntate parcium, quod infra predictum tempus uel ante prenominatos terminos predictus Dominicus prefatos denarios distribueret et dispensaret, ut supradictum est, quod ipse Dominicus predictis omnibus in dicta carta contentis libere sit absolutus.

Ego Leo auctoritate incliti domini R. sancte sedis Aquilegensis patriarche [protho]notarius predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

Original u arkivu samostana na Trsatu.
Archiv Senien. no. 3. E.

210.

1296, mjeseca marta. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuhskim biva promjena zemalja kraj Karašice.

Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod Johannes filius Becha de Keulges personaliter in nostri presencia constitutus totam porcionem terre sue

[1] Ravanes?

hereditarie, siue totalem terram suam Keulges vocatam vltra fluuium Drauue, cum duabus villis et cum terris omnibus suis, vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet ac circumstanciis vniuersis, certis metis et terminis vndique circumdatam et vallatam, in concambium alterius terre, sicut exprimitur, dedit et contulit et tradidit magistris Laurencio, Philipus et Ladizlao filiis magistri Phylpus irreuocabiliter iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam; econtra ipsi nobiles iuuenes Laurencius, Philipus et Ladizlaus filii magistri Philpus filii comitis Cleti in presenciarum personaliter comparentes quandam porcionem terre sue, seu quandam terram vel possessionem suam Francheusfeldy vel Zeueboog[1] dictam in ambitu vno seu loco vltra Drauuam iuxta fluuium Karaso adiacentem et situatam, certis metis et terminis undique circumdatam et vallatam, cum suis omnibus vtilitatibus et pernenciis quilibuslibet, ac circumstanciis vniuersis in concambium prefate terre seu possessionis Keulges dederunt, contulerunt et tradiderunt predicto Johanni filio Becha, sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus irretractabiliter et irreuocabiliter iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam; ad hec prenominatis magistris Laurencio, Philipo et Ladizlao filiis magistri Philipus assumpmentibus bona fide sine fraude eundem Johannem filium Becha in prefata possessione Zeuoboogh (!) vocata inuiolabiliter et immutabiliter perpetuo conseruare et ab omnibus impetitoribus racione huius terre expedire et per omnia defensare propriis laboribus et expensis, nichilominus cauentes super ereccione, etenim si predicti filii magistri Philipus et eorum heredes predictum Johannem filium Becha uel suos heredes nequirent defensare, extunc filii magistri Philpus ex aliis terris suis vel ex aliis possessionibus suis quibuslibet impetitoribus et molestatoribus ipsius Johannis suorumque heredum satisfacient expediendo eosdem ita uidelicet, quod prefata possessio Zeuoboogh vocata cum omnibus suis vtilitatibus et sub eisdem metis, quarum cursus exprimetur, apud eundem Johannem et suos heredes pacifice perpetuo remanebit in perpetuum possidenda; prout eciam hec premissa in patentibus litteris domine ducisse continentur. Quarum quidem tenor talis est: *(. . . Slijedi listina majke kraljeve Tomasine od g. 1296. 7. marta.)* Cursus autem metarum huius terre Zeueboogh vocate, prout homo noster Andreas sacerdos ecclesie sancte crucis de villa filiorum comitis Ladizlai filii Cleti Kereztur vocata ad peticionem utrarumque parcium illuc transmissus, et ad nos reuersus, partibusque presentibus ibidem nobis dixit, talis est: Incipiendo scilicet in vna meta terrea in littore fluuii Karaso

---

[1] Mjestò Zeurboog?

erecta in commetaneitate terrarum magistri Benedicti de Saagh, tendit ad partem septemtrionalem et cadit ad aquam viminosam Kachaplesa[1] vocatam; per cuius aque medium eundo exit ab eadem ad unam metam terream; deinde proceditur ad arborem magnam berekunya[2] vocatam terra cumulatam' cruceue consignatam vice mete, ubi cadit in aquam Neulenya vocatam, et per medium eundo huius aque circuit versus villam Saagh vocatam; exeundo ab eadem aqua Neulenya dicta venitur ad tres arbores illicum vicinanter extantes, ab vno trunko(!) vel radice procedentes, terraue comulatas, ferroque consignatas vice mete, abhinc ad vnam metam terream angularem, in qua est arbor illicea, vbi cadit in magnam viam de Saagh decurrentem ad ecclesiam beate Marie de Luka, per quam diuertit ad partem orientalem ad duas arbores illicis et quercus terra cumulatas, vbi est fouea seu fossatum kalista dictum, aquosum ex inundacione pluuiarum, aliquando autem arridum sive siccum, ubi commetaneitas terrarum predicti magistri Benedicti terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terris filiorum Dauid et Samsonis de genere Harazth, adhunc(!) per eandem magnam viam procedendo venitur ad aliam foueam vel fossatum simile predicto fossato; deinde vadit ad duas metas terreas angulares, in quarum altera est arbor ramis denotata iuxta biuium erectas, per quarum viarum alteram diuertit ad partem meridionalem ad duas metas terreas, in quarum vna est arbor populea, in alia vero dumus spineti; iterum ad duas metas terreas erectas iuxta viam supradictam, per quam eundo venitur ad tres metas terreas angulares, vbi declinat ad partem orientalem; per dumos spinetorum venitur ad quoddam nemus, vbi est magna arbor ilicea terra cumulata ferro consignata, vbi cadit in aquam Keresna vocatam, per cuius medium eundo exit ab eadem ad vnam metam terream, in qua est magna arbor berekunye dicta ferroue consignata; vbi commetaneitas terrarum filiorum Dauidis et Samsonis terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terris magistri Johannis et fratrum suorum, filiorum comitis Ladizlay, vbi diuertitur ad partem occidentalem et venitur ad vnam metam terream, in qua est arbor piri; adhuc eundo venitur ad predictam aquam Keresna, quam saliendo ad vnam metam terream, et parum eundo salit eandem aquam Keresna, et intrat in siluam vbi est meta terrea, in qua est arbor ilicis; in qua silua procedendo venitur ad aquam Begyamalaka dictam, in quam intrans ad vnam arborem illiceam magnam consignatam ferro vice mete; exinde eundo venitur prope sessionem Scynork, vbi est meta terrea sub ar-

---

1 Kathaplesa? nije možno razlikovati t od c.

2 Valjda bilo u originalu: berekwya.

bore populea; inde ad vnam metam terream, in qua est arbor pomi lubachym vocata; iterum ad vnam metam terream, in qua est arbor populea; adhuc eundo peruenitur ad aquam Zugousuk dictam, et vadit alte contra cursum aquarum, venitur ad vnam metam terream, in qua est arbor magna ilex curua extans iuxta fluuium Karaso, ibique caditur in supradictum fluuium Karaso vocatum, sicque terminatur; peragratisque metis prioribus concluditur meta prima uel principale(!). Hoc non pretermisso; quod omnes prenarrati conterminales seu commetanei et vicini huius terre seu possessionis Zeuoboogh vocate cum fratribus suis et cognatis in perambulacione predictarum metarum coram homine nostro Andrea sacerdote supradicto et postmodum ex eisdem isti, videlicet magister Johannes et fratres sui Philipus, Demetrius et Ladizlaus clericus filii comitis Ladizlay; item Benedictus filius comitis Nicolai de Saagh, Luca filius Dauidis in presenciarum astantes huiusmodi permutacioni et concambio assensum liberalem et consensum beniuolum attribuentes dederunt, eundemque Johannem filium Becha in conterminalem et vicinum recipientes susceperunt gratanter et ioconde(!), liberaliter et libenter. In cuius rei memoriam presentes litteras nostro sigillo concessimus roboratas. Actum anno domini M°CC° nonagesimo sexto, mense marcio; Stephano cantore, Nicolao custode, altero Nicolao decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus Datum per manus magistri Galli lectoris Quinqueecclesiensis.

Iz prijepisa kaptola pečuhskoga od god. 1346. 17. augusta, prepisana ponovno po nalogu kralja Sigismunda g. 1408. po istom kaptolu g. 1408. 21. novembra na molbu: Stephani fili Galli de Posega, u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1437. Stara signatura N. R. A. fasc. 1504. no. 21.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 239.—242. — Kukuljević Reg. no. 1579.

211.

1296, mjeseca marta. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuhskim biva izmjena zemlje u Ugarskoj i Slavoniji.

Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum magister Benedictus filius co-

mitis Nicolai de Saag quandam possessionem suam vacuam habitatoribusque destitutam ab antiquo, in uno loco ultra Drawam iuxta Karasu situatam, certis metis et terminis vndique circumdatam et uallatam Gueredyscha uel Hydwygh uocatam aut uocatas, cum omnibus suis utilitatibus comiti Thome filio Benedicti de Reend et domine vxori eiusdem sorori videlicet sue carnali eorumque heredibus contulisset, tradidisset in perpetuum et dedisset, prout in altero priuilegio nostro uidimus contineri; itaque ipso comite Thoma populos supra hanc terram suam congregante, ecce idem magister Benedictus eundem Thomam et omnes iobagiones suos, quos habuit super hac terra, consequenter sepius destruendo aufugauit, eandemque possessionem Gueredyscha uel Hydwygh uocatam potencialiter occupauit, percipiendo redditus siue fructus huius possessionis totales quinque annis uel supra iam elapsis. Igitur ipse comes Thomas eundem magistrum Benedictum et quosdam seruientes suos pro suis dampnis ad quadraginta marcas iudiciarie computatis ad presenciam regiam auocasset, siquidem tam super dampnis suis, quamque super facto huius possessionis ab utrisque partibus fuisset longius disceptatum regio in conspectu. Nichilominus ipso magistro Benedicto cum suis seruientibus contra comitem Thomam in pluribus iudiciis legitime conuicto, sicut in diuersis paribus litterarum iudicum curie domini regis et nostrarum uidimus contineri, namque partibus diucius altercantibus, et tandem de uoluntate et permissione regia se compromittentibus in arbitros, secundum quorum arbitrium, videlicet comitis Kemyn comitis de Borona, filii comitis Laurencii quondam palatini; item comitis Andre filii Petri, Bencench filii Mark, nobilium de genere Budmyr; item comitis Ornolth filii Ylarii de genere Nempthy; item Mykaelis filii Mykaelis de iuxta Karasu; item Becka filii Marcelli comitis de Chychan; item comitis Petri filii Buchk de Bermen, et comitis Buryn filii Buryn de Horosthy, Morooth Nigri de Peray, Jacobi filii Poruzlou de Poruzlou, nobilium comitatus de Barana, aliorumque virorum nobilium comprouincialium, partes concordarunt in hunc modum coram nobis: Scilicet ipse comes Thomas propter pium cognacionis affectum et amorem benigne condescendens, suum totum dampnum memoratum ad quadraginta marcas per eosdem arbitratores numerando computatum; item totam porcionem suam in supradictis iudiciis sibi debitam et debentem ad circa XX marcas similiter per eosdem arbitratores numeratam computatamue, eidem Benedicto cognato suo dimisit plenarie et per omnia relaxauit in perpetuum; ita videlicet, quod si ipse magister Benedictus nocumentum siue dampnum destruccionemue eidem comiti Thome uel suis iobagionibus quibuslibet ubicunque degentibus uel residentibus et specialiter super possessione memorata intulerit irrogando,

uel inferri fecerit quandocunque, extunc idem Benedictus predictas quadraginta marcas racione dampnorum suorum comiti Thome debitas, et insuper XX marcas ratione iudiciorum eidem comiti Thome debitas, ut est dictum, primo citatus per eundem comitem Thomam in prioryque(!) termino absque strepitu iudicii alicuius predicto comiti Thome dare et persoluere teneatur. Econtra idem magister Benedictus filius comitis Nicolai ibidem in presenciarum astando, sepedictam totam terram totalemve possessionem nominatam Gueredyscha uel Hydwygh uocatam, uel uocatas, cum suis omnibus utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ac circumstanciis vniuersis, certis metis et terminis vndique circumdatas et uallatas, sicut exprimetur, cum sessionibus, terrys(!) arabilibus, pratis et siluis ad usum octo aratrorum, sicut ex uisu considerari datur, sufficientes, in uno ambitu seu loco ultra Drauam iuxta fluuios Karasw(!) et Welchycha uocatos situatas et adiacentes, per ipsum occupatas, sicut premittitur seriose, remisit et restituit eidem comiti Thome de Reend cognato suo, et domine uxori eiusdem sorori sue carnali, suisque heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus irrefragabiliter, irretractabiliter, inuiolabiliter et irrevocabiliter iure perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas, nichilque iurys(!), nichilue proprietatis in hys terris et in hac possessione Gueredyscha uel Hydwygh uocatis ipso magistro Benedicto pro se et pro suis heredibus in futurum reseruante. Idemque magister Benedictus cessit et renunciauit omni liti sue et accioni, quam forte nunc uel in posterum racione huius possessionis aduersus eundem Thomam mouere potuisset; ymo ipse magister Benedictus ab omni impetitore racione huius possessionis eundem comitem Thomam suosque heredes tenebitur expedire et per omnia defensare propriis laboribus et expensis. Cursus autem metarum huius possessionis seu harum terrarum Gueredyscha et Hydwyg uocatarum, prout homo noster Jacobus sacerdos ecclesie de villa Poruzlou ad peticionem utrarumque parcium supra faciem ipsius possessionis transmissus per nos, et ad nos reuersus, partibusque presentibus nobis dixit, talis est: Incipiendo scilicet in tribus metis terreis iuxta aquam Malaka dictam erectis, quarum una separat Mykaely filio Symonis, altera Mathye filio Endre, nobilibus de genere Zabou, tercia comiti Thome sepedicto in commetaneitate terrarum eiusdem Mathye uel filiorum suorum, tendit ad partem meridionalem ad duas metas terreas, in quarum una est arbor ilicea ferro consignata vice mete; inde proceditur ad duas metas terreas, in quibus sunt arbores ilicis atque pomi; abinde ad duas metas terreas, in quarum una sunt arbores; exinde uaditur ad duas metas terreas; deinde eciam ad duas metas terreas, in quarum una est arbor populea; abhinc uadit ad duas metas terreas; exhinc eciam ad duas metas ter-

reas, in quarum altera sunt arbores, ubi commetaneitas terrarum Mathye terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terrys Petri bani Ozyagh uocatis; inde ad duas metas terreas angulares, ubi sunt sex arbores uirgultinorum, quare is uel iste locus uocatur Hotharasth, ubi diuertit ad partem occidentalem ad duas metas terreas, iterum uadit ad duas metas terreas erectas iuxta aquam Welchyza uocatam, in quarum altera est arbor piri; in medio huius aque per magnum spacium eundo cum eodem fluuio defluenti in fluuium Karasu caditur in eundem fluuium, ubi commetaneitas terrarum Petri bani filiorumque suorum terminatur; et incipit tenere commetaneitatem cum terrys Benedicti filii comitis Nicolai sepedicti de Saagh, itaque per medium huius fluuii Karasu, per cursumque eiusdem in maximo spacio uadendo uenitur ad supradictam aquam Malaka dictam, per quam quidem Malakam eundo uenitur ad priores tres metas principales uel capitales, ibique terminatur. Hoc non pretermisso, quod omnes prenotati conterminales, commetanei et vicini harum terrarum Gueredischa et Hydwygh uocatarum, coram homine nostro predicto huiusmodi collacioni et donacioni ipsius magistri Benedicti filii comitis Nicolai de Saagh assensum liberalem et consensum beniuolum attribuentes publice dederunt, eundemque comitem Thomam et heredes suos in conterminales, in commetaneos et vicinos suos suscipientes receperunt liberaliter et libenter, gratanter et ioconde in perpetuum. In cuius rei memoriam presentes litteras nostro sigillo concessimus roboratas. Actum anno domini millesimo CC°. nonagesimo sexto, mense marcio; Stephano cantore, Nicolao custode, altero Nicolao decano, ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Galli lectoris Quinqueecclesiensis.

Original u kr. ugarskom držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1435. Stara signatura: N. R. A. fasc. no. 344. 1. — Na listini visi svilena vrvca žute boje; pečata više nema.

Na hrptu bilješka XIV. vijeka (prva pola) »Super posecione(!) Guerliche uel Hyduig Thome filii Benedicti de Rend et domine vxoris eiusdem collata vltra Drau[um] existentibus«.

Listina ova kapt. kako se vidi već iz formula stoje pod utjecanjem notariata talijanskog. Listina je pisana preko uže strane, pismo je čista talj. gotika minuscula; osim toga je linirana bezbojnim brazdama; isto tako su granice s obih krajeva odredjene dvostrukom poprečnom brazdom.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 228.—232. — Kukuljević Reg. no. 1577.

212.

1296, mjeseca marta. U Pečuhu.

Baštinici Kletovi dijele si posjede u Ugarskoj i Slavoniji.

Nicolaus prepositus et capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod nobiles iuuenes, fratres patrueles videlicet magistri Laurencius et Phylipus, ac Ladizlaus filius magistri Phylipus filii comitis Clety ab una parte, magister Johannes, Phylipus, Demetrius, Ladizlaus filii comitis Ladizlai filii eiusdem comitis Clety ab altera, personaliter in nostri presencia constituti, proponentes sunt confessi oraculo viue uocis, quod cum ipsi super terris et possessionibus eorum de Zelyzyo in comitatu Tholnensi situatis et existentibus, terminis siue metis interpositis limitando et ab inuicem separando, prout in priuilegio nostro exinde confecto nobisque exhibito plenius uidimus contineri; item super possessionibus eorum ultra fluuium Drawe situatis et existentibus, similiter terminis siue metis interpositis limitando et ab inuicem separando, prout in altero priuilegio nostro exinde confecto nobisque exhibito plenius uidimus contineri, diuisionem inter se fecissent et habuissent ab antiquo; quam quidem diuisionem uoluerunt in perpetuum obseruare et inuiolabiliter permanere; igitur super aliis et ceteris terrys(!) seu possessionibus eorundem extra hec duo priuilegia existentibus, quorum nomina iam exprimentur; item super dampnis centum et quinquaginta marcarum in possessionibus predicti magistri Johannis fratrumque suorum, filiorum comitis Ladizlai in Zelyz, quas habent; item super dampnis aliarum centum et quinquaginta marcarum, quas in possessionibus, in rebus et in bonis magistri Gregorii fratris eorum patruelis post decessum eiusdem in porcionem ipsius magistri Johannis fratrumque suorum debentibus et cedentibus, per eosdem filios magistri Phylippus vsque modo irrogatis et illatis, ut dicebant in presencia domini Andree regis iudicumque curie sue, item coram domina ducissa tocius Sclauonie, iudiceque curie sue, partibus contra inuicem disceptantibus et diucius alterguantibus(!), uerteretur materia questionis; tandem de uoluntate et ex permissione domine ducisse, secundum arbitrium comitis Ochuz de genere Buzad iudicis curie domine ducisse, Lorandi voyuode filii Thome, item comitis Benedicti filii Iuanka, magistri Geyleth filii magistri Geylethy, nobilium de Posoga; item comitis Detricy et fratris sui carnalis magistri Belug comitis et castellani de Posoga; item magistri

Stephani filii Johannis de Garay, et magistri Dominicy(!) quondam palatini filii Petri de genere Chaak, aliorumque virorum nobilium comprouincialium, amicabili composicione, pacificaue ordinacione mediante partes concordassent in hunc modum: quod prepominati magistri Johannes, Phylipus, Demetrius et Ladizlaus filii comitis Ladizlai in presenciarum astantes dimidietatem *(Slijedi dioba posjeda u Ugarskoj)*. Item totalem medietatem castri Koorvg vocati ultra fluuium Drauwe (!) situati et fundati, que ista iure geniture hereditariaue successione ipsis magistro Johanni et fratribus suis, filiis comitis Ladizlai per modum diuisionis cedere debebant, eodem pleno iure dimiserunt relinquentes in concambium alterius possessionis, aliarumue possessionum, sicut exprimetur, et dederunt ac tradiderunt eisdem magistris Laurencio, Phylippus et Ladizlao filiis magistri Phylippus, sibi et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus irrefragabiliter et irretractabiliter irreuocabiliterue iure perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas. Insuper ipse magister Johannes et fratres sui Phylippus, Demetrius et Ladizlaus vniuersa et singula dampna eorum, que ad trecentas marcas computabant, sicut premittitur seriose, propter bonum pacis rationeue prefati comcambii eisdem fratribus suis filiis magistri Phylippus plenarie relinquentes dimiserunt, et irretractabiliter per omnia relaxarunt. E contra ipsi magistri Laurencius, Phylippus et Ladizlaus filii magistri Phylippus ibidem in presenciarum astantes integralem dimidietatem seu medietatem castri et possessionis Orrywa vocatorum in Posoga situatorum et existencium, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet ac circumstanciis vniuersis; item istas duas terras seu possessiones Hothyas et Betheu uocatas seorsum et diuisim, iuxta fluuium Drauwe inmediate et vicinanter adiacentes, que ista omnia iure geniture hereditariaue successione per modum diuisionis eisdem filiis magistri Phylippus cedere debebant, dimiserunt relinquentes in concambium omnium premissorum, sicut premittitur seriose, et dederunt et tradiderunt sepedictis magistro Johanni, Phylippus, Demetrio et Ladizlao filiis comitis Ladizlai fratribus suis irretractabiliter et irreuocabiliter iure perpetuo possidend[as], tenend[as] pariter et habend[as]. Item utraque pars super omnibus mancipiis eorum, seruis et ancillis suis quibuslibet, illam eandem diuisionem, quam ab olim inter se habuerunt, confessi sunt uiua uoce irrefragabiliter et nunc de habendo ratificandoue se retinere et in perpetuum conseruare. Item quia in supradictis duobus paribus priuilegiorum nostrorum super facto diuisionis inter partes prius habite siue facte confectorum, ambe partes ad conseruandam diuisionem iudicio siue pena singularum centum marcarum utroque priuilegio nostro contentarum se obligarunt. Tamen ne hec diuisio iam nunc et ab olim habita siue facta, sicut premittitur,

inter partes secundum continenciam huius presentis priuilegii nostri et horum duorum priuilegiorum nostrorum priorum hoc iudicio centum marcarum mediante, ne forte aliqualiter retractari uel dissolui possit temporis in processu, ex eo utraque pars de mera uoluntate sua hoc iudicium siue penam singularum centum marcarum ab utroque priuilegio nostro eximentes exceperunt, exthraentes(!) abolendo, uoluerunt et pronunciarunt non teneri; isto modo, scilicet, si qua parcium uel singularis persona de partibus retractare uolens hanc diuisionem in toto uel in parte, absque strepitu iudicii alicuius calumpniatrix habeatur, nichilominus hec totalis diuisio in hiis tribus paribus priuilegiorum nostrorum, et in patentibus litteris domine ducisse contenta seriose et expressa, in suo robore inuiolabiliter et irrefragabiliter permaneat in perpetuum duratura. Hoc non pretermisso, quod quia prefata possessio Orrywa uocata cum castro suo nunc est extra manus parcium utrarumque, pro eo partes hanc possessionem cum castro suo recuperare et rehabere, sicut expedierit, eciam redimere, modis omnibus absque intermissione ad hoc laborantes, debeant et teneantur communibus suis laboribus et expensis. Cursus autem metarum per modum diuisionis separancium vniuersalem possessionem utrarumque parcium ultra Drauam existentem, sicut in privilegio nostro priori exinde confecto uidemus contineri, talis est: Incipiendo scilicet in medio duorum stagnorum Ordan uocatorum in una meta terrea, in qua est arbor ylicis(!) decorticata in aliqua sui parte pro signo, tendit directe semper ad partem orientalem, primo ad unam arborem pirus(!) decorticatam in aliqua parte pro signo, deinde vadit ad alias tres arbores fraxsiny(!), wlmy et ylicis stantes coniunctim, quarum rami inter se mixtim creuerunt, ubi est una meta terrea, ibique intrat in quandam magnam siluam Bodygos uocatam; procedendo per medium huius silue venitur ad duas arbores gerthyan et thul alicubi decorticatas pro signo; abinde itur ad quoddam stagnum Yezercha uocatum,. quo quidem stagno transito per medium venitur inter duas vias ad binas arbores ylicum, sub quibus est meta terrea, vbi exitur ab eadem silua Bodygus(!) et iuxta aquam Wayna vocatam itur ad arbores pomi et ylicis in aliqua parte decorticatas pro signo; dehinc proceditur ad aliam aquam Bodyna uocatam, iuxta quam est meta terrea inter duos dumos viminum et ylicum terra cumulata; vbi intrat ipsam aquam Bodyna, et uadit ad duas arbores populeas in eadem aqua existentes; itaque directe transeundo ipsam aquam exit ab eadem, et itur ad duas arbores orni et pirus, vbi est meta terrea; abhinc proceditur ad aquam Ywahun malachya dictam, in qua est arbor populi; et per medium huius aque decurendo exitur ab eadem ad biuium quoddam, vbi est meta terrea prope villam Kucha uocatam; iuxta quam villam eundo

venitur ad arborem pirus decorticatam pro signo; abhinc ad arborem ylicis in cortice signatam; eciam ad duas arbores ylicis et wlmy in aliqua parte consignatas, vbi est meta terrea; dehinc ad duas arbores wlmy et pirus consignatas; adhuc ad unam arborem wlmy similiter consignatam; exhinc ad unam arborem yliceam ramis truncatam; deinde ad quoddam stagnum, quo transito venit ad duas arbores ylicum; iterum ad duas arbores ylicum habencium ramos excisos prope villam Chapa existentes; abhinc uenitur in medium duarum viarum, vbi est meta terre; et procedendo per alteram harum viarum itur ad quendam lucum modicum uel uirgultum, scilicet ad quasdam arbores in uno loco existentes iuxta villam Chapa, que quidem arbores pre paucitate possunt a quolibet numerari; exhinc vadis(!) ad domum magistri Gregorii ad quasdam arbores nucum, quarum una et media inter eas stat pro meta, sicut oculis consignatur; abinde ibis ad ecclesiam de villa Chapa, quam quidem ecclesiam visu sequas(!) directe per medium, et venis ad sessionem Vernilyleusy dictam; dehinc vaditur ad quasdam arbores pirorum, quarum vna propinquior uersus ecclesiam stat pro meta terrys cumulata; abhinc proceditur ad uirgultum Zechunharastha dictum, in fine cuius sunt tres arbores ylicum extancium in una radice, quarum una est pro meta et in cortice consignata; preterea ascenditur ad quendam truncum yliceum; protenditur ad quandam arborem wlmi terra cumulatam prope villam Lodomyrfolwa dictam, vbi intrat quandam siluam, et uenit ad nidum cyconye(!); abhinc eundo exit ab eadem silua, vbi est arbor pirus extans iuxta uiam consignata in cortice cum ferro vice mete; deinde ascenditur ad tres dumos pomorum siluestrium, vbi est meta terrea, et hic cursus metarum coniungitur, et uenit supra terras nobilium de Gamanyas, vbi est una meta angularis; itaque transit terram nobilium predictorum, et uenitur ad duas arbores gerthan dictas, quarum altera est cumulata terris, et est meta angularis uel contermiinalis inter nobiles iam dictos; ascenditur itaque ad unam magnam arborem ylicis et consignatam pro meta; preterea ad quandam aquam Peychkathou uocatam, in quam intrans et uadens ad partem orientalem, et proceditur ad quendam angulum, vbi exis ab eadem aqua, et vaditur ad unam magnam arborem ylicis terra cumulatam, ibique terminatur. *(Slijede posjedi u Ugarskoj).* Actum anno domini millesimo CC⁰ nonagesimo sexto, mense marcio; Stephano cantore, Nicolao custode, altero Nicolao decano, ceterisque quampluribus ibidem extantibus. Datum per manus magistri Galli lectoris Quinqueecclesiensis.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1436. Stara sign. N. R. A. fasc. 442. n. 46. Na listini visi o ljubičastoj i žutoj

svilenoj vrvci trošni ovalno šiljati kaptolski pečat. — Listina je pisana po užoj strani, te je slijepim brazdama linirana.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 232.—238. — Kukuljević Reg. no. 1578.

213.

1296, 1. maja. U Zali.

Pred zaladskim konventom prepušta Ana žena Jakoba sina comesa Panića od roda Buzad, u slučaju smrti svoj miraz svome mužu.

. . . . . littera privilegialis conventus Zaladiensis in anno domini M^{0}CC^{0} nonagesimo sexto, in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum emanata declararat, quod magister Jacobus filius comitis Panith de genere Buzad, et nobilis domina consors sua nomine Anna filia comitis Ladislai filii Nicolai in presenciam ipsius conventus accedentes eadem domina asseruisset viva voce, ut ob dileccionem ipsius mariti sui dotem et res parafernales suas, si ipsam ante predictum magistrum Jacobum maritum suum de presenti vita transmigrare contingeret, eidem magistro Jacobo relaxasset; e converso autem dictus magister Jacobus asseruisset, quod de possessionibus suis emticiis et aquisiticiis duas possessiones, unam videlicet Sent trinitas vocatam cum terra Kakonya et cum aliis pertinentiis suis emticiam mediante privilegio Bartholomei condam episcopi Vesprimiensis, aliam vero terram seu possessionem suam inter Drauam et Muram adiacentem et aquisitam mediante privilegio Stephani condam illustris regis Hungarie possessam et detentam, ipsis privilegiis in ipsius conventus presencia exhibitis, dedisset et assignasset eidem domine uxori sue perpetuo possidere et habere.

Iz zatvorene pečatom izvorne listine Nikole Seča kurijalnog suca od g. 1372. 1. maja, pisane pod konac vrlo neuredno tako, da nije dotekla pergamena, pak je listina nastavljena na drugoj strani (!). Sečeva listina ova ne spada na nas pak se ne će priopćiti. Ipak radi eventualna potrebna sadržaja donašamo adresu na hrptu pisanu istom rukom, kojom i listina: »Super iuramento pro Johanne filio Mychaelis de Haholth contra nobilem dominam relictam Briccii litterati de Kakonya quinquagesimo se nobilibus viris et dominabus in octauis festi beati Georgii martiris coram capitulo ecclesie Albensis . . . . .

Original u biblioteci budimpeštanskoga narodnoga muzeja.

Cod. dipl. patrius. VII. 247. — Kukuljević Reg. no. 1581.

214.

1296, 14. maja. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuhskim izmiruju se župan Jakov sin Ambrosijev od plemena Nempti i Hektor i Čak sinovi Herborta sina župana Nikole.

Nos capitulum Quinqueecclesiense memorie commendamus per presentes, quod comes Jacobus filius Ambrosii de genere Nempthy ab una parte, Hector et Chaak filii magistri Herborthy filii comitis Nicolai ab altera personaliter in nostri presencia constituti, proponentes sunt confessi viua uoce, quod super omnibus et omnimodis destruccionibus super facto uel recepcione equacie, super dampnis datis, super captiuitatibus, vulneribus siue plagis et super ceteris iniuriis uel iniuriosis factionibus quibuslibet, item super facto dotum rerumque parafernalium ab utraque parte debencium et debitarum, et specialiter super facto dotis et rerum parafernalium domine relicte magistri Herborthy, item super morte uel super mortibus aut homicidiis ceterarumue discordiarum quarumlibet, articulis hinc et inde subortis et illatis usque modo seu usque datarum presencium litterarum, racione quorum omnium premissorum in conspectu regio inter partes uertebatur materia questionis, partibusque diucius alterquantibus, tandem secundum arbitrium magistri Karul filii comitis Benedicti de Orman, item Stephani et Porboslov filiorum comitis Stephani nobilium de Gheredey, item Dionisi filii Benedicti de Peturdy, item Orualth filii Ylamar et Geruasi filii Petha nobilium de Nempthy, item comitis Homoney et Ladizlai filiorum Mikaelis de Thopod, aliorumque vestrorum nobilium conprouincialium sibi inuicem mutuo satisfacientes perpetuam pacem se habere sunt confessi viua uoce, et quod neutra parcium partem super preteritis dampnis quibuslibet, mortibus uel homicidiis, captiuitatibus, vulneribus, ceteris iniuriis quibuslibet ac dotibus, rebus parafernalibus huc usque debentibus uel debitis ab utraque parte poterit in posterum molestare. Item super pacto ipsarum terrarum seu possessionum, scilicet Keruchur que est in Zelisio, Scent Gaal, Voyzlo et Kawn uocatarum, racione quarum etiam in presencia domini regis inter partes uertebatur materia questionis, secundum arbitrium prenominatorum arbitrorum partes concondarunt in hunc modum coram nobis, quod iam dictis terrys seu(!) possessionibus, uidelicet Keruchur, Scentgal(!), Voyzlo et Chovl(!) uocatis cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet hac(!) circumstanciis vniuersis predicto comiti Ja-

cobo filio Ambrosii suisque heredibus heredumque suorum successoribus et posteris cedentibus et remanentibus pacifice in perpetuum possidendum. Prenominati filii magistri Herborthy cedentes renunciauerunt omni liti sue et accioni, quam nunc uel in posterum racione harum terrarum seu possessionum contra eundem comitem Jacobum filium Ambrosii uel heredes suos mouere potuissent, nichil enim iuris nichilue proprietatis ipsis filiis magistri Herborthy in hiis terrys seu possessionibus sibi reseruantibus in futurum. Ad hec filii magistri Herborthy omnimodas litteras suas et priuilegia sua quelibet super hiis terris seu possessionibus confecta uoluerunt pro ipsis fore cassa, inania et irrita, ut ubicumque exhibita fuerunt, uigore careant firmitatis, nulliusque sint momenti et ualloris; sepedictis autem filiis magistri Herborthy asumpnentibus et ad hoc se obligantibus, ut quicumque et specialiter Johannes et Paulus filii Alexandri uel Dominicus filius Alberti bani qualescumque litteras, qualiacumque priuilegia super facto terre Scentgal confecta, quibus mediantibus magister Herbortus hanc terram Scentgal dignosscitur habuisse uel possedisse, coram domino rege uel coram quouis iudice regni sui exhiberent, extunc prenominati filii magistri Herborthy eundem comitem Jacobum suosque heredes tenebuntur expedire et per omnia defensare propriis laboribus et expensis, nichilominus cauentes super euiccione eiusdem terre Scenthgal, scilicet nullo modo hec terra Scenthgal possit alienari a comite Jacobo sepedicto; item si qua parcium racione preteritorum dampnorum quorumlibet et racione captiuitatum et vulnerum quorumlibet, racione dotum rerumque parafernalium ex utraque parte debencium et debitorum uel occasione preterite mortis preteritorumque homicidiorum ceterarumque iniuriosariarum faccionum quarumlibet, item racione predictarum terrarum aduersus alteram partem litem mouerit quemcumque, reatu calumpnie puniatur sine strepitu alicuius iudicii prout partes uoluerunt; hoc non pretermisso, quod ipse comes Jacobus filius Ambrosii pro comite Fabiano officiali suo ab una parte, prenominati filii magistri Herborthy ab altera ibidem in presenciarum astantes super omnibus discordiarum et specialiter super captiuitatibus eiusdem comitis Fabiani et recepcione equorum suorum ceterisue dampnis parcium hinc et inde subortis et illatis usque modo, secundum arbitrium prenominatorum arbitrorum sibi in inuicem mutuo satisfacientes, perpetuam pacem dixerunt se habere, et quod neutra parcium alteram partem super preteritis dampnis quibuslibet uel iuriis (!) poterit in posterum molestare. Datum in crastino penth[ecostes], anno domini millesimo CC nonagesimo sexto.

*

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1296. — Sumnjamo, da li nama pripada, premda je original u nas.

Na hrptu s kraja vidi se trag ovalnog pritisnutog pečata od žutog voska, kojim bijaše listina zatvorena.

Na hrptu privremena bilješka: »Pro comite Jacobo filio Ambrosii contra Hectorem et Chaak filios magistri Herborthy super composicione pacis facta inter ipsos«. — Druga bilješka rukom konca XIV. vijeka glasi: »Super Keresthur, Senthgal et Vyzlo disposicio facta . . .«

Kukuljević Reg. no. 1582.

215.

1296, [20.] maja. U Zadru.

Blaž . . . . . gradjanin zadarski daje na obradbu Stjepanu sinu pokojnog Martina i njegovoj ženi Veseli tri gonjaja zemlje na otoku Rave.

I[n Christi] nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indiccione nona, ... [mensis] madii, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis [Ven]ec[ie], [et reuerendi patris domini fratris Johannis de Ag[na]nia venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feofi Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Blasius . . . . . ciuis Jadrensis quomodo do, loco et concedo ad bene pastinandum cum vitibus de m . . . . . mihi redendam, uobis namque Stephano filio condam Martini et eius vxori Vesele filie condam Chranci habitantis in insula magna Jadere tres gognay de mea terra posita in insula Raue, cui de borrea est terra mea, de austro est presalia Gersani de . . . . . mea, de trauersa est mons, et de quirina est mare, tali namque pactione et condicione, quod teneamini ipsam terram totam pastinare cum vitibus et complere a modo in antea usque ad sex annos proximum venturos, scilicet medium gognay, annuatim sub pena sex yperperorum in quolibet . . . . .; et dum ex ipsis vitibus fructum extrahere potueritis cum uestris heredibus et successoribus, quartam partem tocius vini ad rippam maris in insula predicta in barcha mea uestris expensis et omnis alterius fructus ex ipsis vitibus et terra pervenientis mihi uel meis heredibus aut successoribus fideliter dare et reddere teneamini annuatim, et teneamini mihi denunciare annuatim octo dies vindemias antequam incipiatis sub eadem pena sex yperperorum; et si de aliquo fructu recenti uel sicco aliquid uendideritis, quartum denarii mihi dabitis sub pena sex

yperperorum quociens manifestam fraudem in meam commiseritis racionem, et si ficcus recentes causa commedendi domum portaueritis, non teneamini; et si per aliquod tempus ipsas vites vendere uolueritis uel uestri heredes aut successores, pro illo precio, quod ab aliis habere poteritis, mihi uel meis heredibus aut successoribus et non aliis teneamini vendere ipsas vites, si eas emere uoluero uel mei heredes aut successores, alioquin uendatis cui uobis placuerit, saluo tamen semper omni meo iure meorumque heredum et successorum; quam autem terram meam cum meis heredibus et successoribus me obligo et promitto excalumpniare et defensare uobis uestrisque heredibus et successoribus ab omni homine et persona super me et omnia mea bona presencia et futura; et nos prenotati Stephanus et Vesela iugales laudamus et confirmamus omnia et singula suprascripta in auxilium pastinacionis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Marino condam Quali de Stricolla, et Stancio condam Nicola et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Madius Çalettus de Cerna examinator [manum misi].

Ego Laurencius filius magistri Henrici notarii iuratus notarius Jadrensis hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1296.

Na hrptu stoji datum pisan rukom XVII. vijeka: 1296. 20. maggio.

216.

1295, 23. maja. U Zagrebu.

Matija Detrikov ostavlja Zagrebu svoj posjed Svibljan.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie memorie commendantes significamus universis quibus expedit per presentes, quod Matheo filio Detrici de genere Acha ab una parte, et Gylione maiore ville, Sir Marko, Petro Scandalay, Mychaele Bisseno et magistro Clemente, civibus castri Grecensis pro se et tota communitate eiusdem loci ab altera, in nostri presencia personaliter constitutis, iamdictus Matheus confessus est, quod cum ipse super terra seu possessione Zuiblan vocata contra prefatos cives questionem et accionem movisset, requirendo videlicet eandem et repetendo nomine seu titulo possessionis sue hereditarie, tandem propter bonum pacis et concordie, quam se cum eisdem ciuibus maluit invio-

labiliter observare et tenere, cedens et renuncians simpliciter pro parte sua huiusmodi liti, questioni vel eciam iuri super predicta possessione per ipsum Matheum suscitatis sive motis, eandem possessionem Zuiblan reliquit et dimisit prefatis civibus prout in antea libere et pacifice possidendam et habendam. Datum quarta feriarum post octavas pentecostes, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 76. no. 89. — Kukuljević Reg. no. 1583.

217.

1296, 3. jula. U Anagni.

Bonifacije VIII. oprašta koludrice sv. Klare, ili sv. Damjana ili „minorisse" zvane od plaćanje desetine i svih ostalih davaka.

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus monialium inclusarum, siue ordinis sancte Clare, siue sancti Damiani, seu minorisse dicantur, salutem et apostolicam benedictionem. Laudabilis sacra religio, que in monasteriis[1] uestris a nobis et aliis personis in eis degentibus sub onere uoluntarie paupertatis iugiter colitur, sic a uobis mundane dissolutionis relegauit illecebras, ut inter alia claustralis abstinentie relegate nexibus puritate fulgeatis obseruantie regularis et uolumptatis(!) libitum coartantes(!), omnino sub obedientie debito dignam et sedulam exhibeatis domino seruitutem. Hinc est, quod nos pium et congruum reputantes, ut nos illa prosequamur gratia, quam uestris necessitatibus fore prospicimus oportunam, uobis uniuersis et singulis autoritate presentium indulgemus, ut ad prestationem decimarum de quibuscumque possessionibus et aliis omnibus bonis uestris, que impresentiarum habetis et iustis modis prestante domino acquisiueritis in futurum, uel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum et etiam legatorum et nuntiorum sedis apostolice, et quibuslibet talliis et collectis et ad exhibendum pedagia, telonea et alias exactiones quibusuis regibus, principibus seu aliis personis secularibus minime teneamini ad id compelli aliquatenus ualeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli

[1] Pogrešno: »monasterii« ispravismo.

apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagnie, V. nonas iulii, pontificatus nostri anno secundo.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 85. — Pečata nema.

Od iste bule ima prijepis od g. 1300. 2. marta u Dubrovniku.

218.

1296, 21. jula. U Anagni.

Bonifacije VIII. papa učini Lamberta biskupa krčkoga svojim vikarom u Rimu.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Lamberto episcopo Veglensi salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesiarum omnium cura [et] universalis populi Christiani regimen ad vigilantiam nos inducunt, Romana tamen urbs inclita, quam caput orbis divina clementia stabilivit, et ubi Petri sedem celestis dispositio statuit et firmavit, et eiusdem urbis noster peculiaris populus suis dignis prerogativis nos sollicitant et inducunt de ipsorum statu prospero et salubri attentius et diligentius cogitare, ut spiritualiter et temporaliter de bono in melius recipiant incrementum. Igitur de tua vita laudabili, religione probata, scientia et circumspectione confisi, te in urbe prefata auctoritate apostolica vicarium nostrum duximis statuendum, tibi in spiritualibus casibus visitandi, corrigendi et reformandi ecclesias, et eas ac cimiteria reconciliandi, consecrandi altaria, necnon benedicendi et crismandi, ac etiam conferendi ordines personis ydoneis de urbe, quas tibi contigerit canonice presentari, audiendi quoque confessiones et imponendi salutarem penitentiam pro commissis potestatem plenariam concedentes. Tu itaque sicut filius benedictionis et gratie huiusmodi officium humiliter et devote suscipias, et illud secundum prudentiam, quam tibi dominus ministrabit, studeas exercere, ita quod a deo exinde premium, nostram et apostolice sedis gratiam, et ab hominibus bonam famam merito consequaris. Datum Anagnie, XII. kalendas augusti, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner Monum. Slav. Mer. I. br. 155. str. 112.—113. Iz reg. Ang. II. ep. 85. (750) fol. 177. — Raynaldi ad. a. 1296. §. 3. — Wadding Annal. Minor. V. 349. — Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 407. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.373.

219.

1296, 11. augusta. U Anagni.

Bonifacije VIII. papa odredjuje desetinu za oslobodjenje svete zemlje.

De receptione decimarum ecclesie debitarum. Venerabili fratri . . episcopo Castellano. Dura nimis et dispendiosa conditio terre sancte quam Sarracenorum furibunda rabies absque intermissione discerpit, nostrum ex suscepte servitutis offitio instanter sollicitat animum, ut vias exquiramus et modos, quibus eidem terre in extremo necessitatis articulo constitute nostro ministerio valeat auctore domino subsidium provenire. Ideoque de tue circumspectionis industria sinceram in domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue petendi, exigendi et recipiendi per te seu per alium vel alios nostro, ecclesie Romane et terre sancte nomine in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, ac Jadrensi ac Spalatensi archiepiscopatibus et per totam Dalmatiam, ac civitate et diocesi Ferrariensi, locis infra eorum fines constitutis, ea omnia, que sedi apostolice seu terre predicte tam de residuis decimarum in concilio Lugdunensi pro ipsius terre subsidio, quam trium annorum primo et secundo in prosecutione negotii regni Sicilie et quibusdam ecclesie Romane necessitatibus concessarum, nec non de legatis quocumque modo in eiusdem terre subsidium redemptionibus crucis et votorum obventionibus, censibus, truncis seu zippis ecclesiarum ac debitis quibuscumque et testamentis, seu alia quecumque ratione, modo vel causa eidem sedi vel terre sancte debentur, ac etiam compellendi quoslibet depositarios, debitores et detentores huiusmodi, ad solutionem predictorum omnium faciendam, postquam tibi per inquisitionem vel alio modo constiterit, eosque, qui pro huiusmodi debitis insolutis excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias, postquam tibi seu cui vel quibus super hoc commiseris vices tuas, de ipsis satisfactum fuerit, absolvendi et faciendi super hiis litteras patentes seu instrumenta publica absolutionis et quietationis nomine Romane ecclesie et nostro, illis qui debita solverint supradict[a], contradictores quoque et rebelles cuiuscumque conditionis, dignitatis aut ordinis fuerint apellatione remota per censuras ecclesiasticas compescendi, ac invocandi contra eos si opus fuerit auxilium brachii secularis, et nichilominus iniungendi eisdem depositariis, debitoribus et detentoribus, ut infra competentem terminum, quem eis duxeris prefigendum, de predictis debitis satisfaciant cum effectu. Alioquin ipsos extunc citare procures, ut infra unius mensis spatium post citationem

tuam persolvant vel per procuratores ydoneos compareant coram nobis super hiis mandatis nostris et beneplacitis parituri ac facturi et recepturi quod iusticia suadebit, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Non obstante, si personis aliquibus ab eadem sede indultum existat, quod per litteras sedis ipsius excommunicari, interdici nequeant vel suspendi et quibuscumque indulgentiis apostolicis per quas huiusmodi mandati nostri executio in hac parte impediri valeat vel differri, et de quibus plenam et expressam ac de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris fieri mentionem, seu quibuscumque litteris super petendis, exigendis et recipiendis eisdem debitis alii vel aliis destinatis, aut concessione a nobis vel predecessoribus nostris super debitis ipsis facta quibuscumque personis, ac contitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Volumus insuper et mandamus, quod totam pecuniam, quam de predictis decimis et residuis legatis redemptionibus crucis et votorum, obventionibus, censibus, truncis seu zippis debitis quibuscumque, ac testamentis et aliis quacumque ratione vel causa per te seu per alium vel alios cui vel quibus vices tuas in hac parte duxeris committendas, dilecto filio Thome Vanni et Riccardo de Mozzis ac Feo Bonfantini et Lando Sigoli de Mozzorum, Rogerio et Lapo Spine, medico Aliotti et Symoni Gherardi et Albizo Martini de Spinorum de Florentia, Clarentino et Lanfranco Anselmi, Baldo Raynerii, Raynerio et Morgiano Floravanti de C[l]arentum de Pistorio, societatibus, camere nostre mercatoribus vel uni seu pluribus de ipsorum sociis et societatibus seu eorum vel alicuius eorum certo procuratori vel nuntio nomine dictorum sociorum vel societatum recipienti has litteras tibi deferentibus vel deferenti, nostro, ecclesie Romane et dicte terre sancte nomine sublato difficultatis obice, integre et sine diminutione assignare procures, faciens fieri de huiusmodi assignationibus[1] publica similia instrumenta, quorum altera penes te retineas, et reliqua ad cameram nostram studeas per fidum nuntium destinare, significaturus nobis nichilominus per tuas litteras frequenter diem citationum huiusmodi et formas, nec non quid, quantum et a quibus personis et qua de causa per te, seu per alium, vel per alios duxeris colligendum, ac etiam assignandum. Datum Anagnie, III. idus augusti, anno secundo.

In eundem modum venerabili fratri . . . episcopo Parmensi.

In eundem modum venerabilibus fratribus . . . Florentinensi et Pistoriensi episcopis.

Bonif. VIII. an. II⁰ ep. cur. 416. Reg. Vat. 48. f. 99—100. — Po prijepisu Jelićevom.

[1] Izostavljena riječ »duo« ili »bina«.

220.

1296, 11. augusta. U Zadru.

Rava gradjanin zadarski prodaje svaje zemlje u Zavonjinim lazima Barti gradjaninu zadarskom.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indicione nona, die vndecima intrante augusto, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feofii Mauoroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Raua filius condam Andree de Raua ciuis Jadre, quomodo [de] voluntate et assensu Francisce matris mee ipsa ad hoc presente et expresse conscenciente, do, uendo atque transacto tibi quidem Barthe filio condam Nicole Scomla ciui Jadre omnes terras meas aratorias siue mundas, quas habeo in insula magna in loco uocato Çauognini lasi, de quibus sunt tres pecie magne et plus, sicut inferius declaratur; de qua prima pecia terre ex parte boreali in austro per amplum sunt gonay quatuor et dimidium, et ex parte trauersali in quirina per longitudinem sunt gonay quatuordecim, summa hec pecia prima gonay sexaginta tres, secunda pecia terre per longitudinem usque ad confinium Scomle ex parte borreali in austro sunt gonay quatuordecim, et per amplitudinem ex parte trauersali in quirina sunt gonay quatuor et dimidium et quarta pars unius gonay, et additis duodocim gonais(!) ad hec pecia secunda, qui sunt simul cum ipsa de eadem terra, ita quod summa comprehendit gonaios septuaginta octo et dimidium eciam cum sex gonais et dimidio de fratis(!) et maceriis, qui sunt in ea; tercia autem pecia terre summat gonai(!) sexsaginta(!) quatuor; intem(!) in Lasis et duabus dragulis vocatis una earum Oparça draga et alia sub monte Dobrino sunt gonay viginti sex; que tota terra munda siue aratoria suprascripta asscendit in summam gonaiorum ducentorum et viginti quinque ad [men]suram comunis Jadre; et de terra immunda, scilicet de fratis(!) et maceriis sunt gonay sex et dimidium; que terre omnes firmant ex quirina iuxta mare, ex trauersa iuxta montem, ex austro iuxta terram tui Barthe de Scomla, et ex borrea iuxta terram monasterii sancti Michaelis de Scopulo, hoc tamen saluo, quia intra hos confines est quidam boscus siue terra immunda, que remanet in me dicto Raua cum vna vinea mea prope hos confines posita; ad faciendum ex eis cum heredibus et successoribus meis omni tempore quic-

quid uoluero ad meam omnimodam uoluntatem, utilitatem et profectum; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis tu dictus Barthe possis et ualeas omnes predictas terras, quas tibi uendo, ut supra continetur, cum earum pertinenciis intromittere, habere, tenere, gaudere, possidere, dare, donare, uendere pro anima et corpore indicare et omnia alia facere sicut de tuo proprio nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante, cum omni longitudine et latitudine earum, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram, quam supra terram atque cum omnibus iurisdiccionibus, racionibus et iuribus suis que eis pertinet uel quoquo modo pertinere potest, in predicta mensura, saluo semper bosco predicto seu terra immunda cum predicta vinea, que mihi remanet, ut supradictum est; precio cuius uendicionis siue transaccionis recepi ego dictus Raua a te dicto Barthe et in me plene habui libras mille centum et viginti quinque denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego dictus Raua cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Barthe tuisque heredibus et successoribus predictas terras mundas siue aratorias, de quibus sunt gonay ducenti et viginti quinque ad mensuram comunis Jadre, et terra(!) immunda, scilicet de fratis[1] et maceriis, de qua sunt gonay sex et dimidium cum omnibus earum pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnibus bonis meis habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram his vocatis et rogatis testibus, scilicet Andrea de Furmino, Johane de Sagacella, Barthe Damiani de Slorado et Galuano condam Petri Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus Sluradi examinator manum misi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum notarii).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVIII. no. 424.

Na hrptu savremena bilješka: »Carte omnes de Çauonani tam epciones(!) quam vendiciones«.

---

[1] Pisar piše po tri puta u ovoj listini čisto i bistro: »fratis«. Pošto nisam našao u rječnicima te riječi, scijenim da je pisar napisao mjesto poznate riječi »pratis«, ali koja je opet u dalmatinskim listinama prerijetka.

221.

1296, 12. septembra. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim prodaje Gabrijan svoju zemlju Ladislavovac u županiji garešničkoj Ladislavu sinu Ugrinovu.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Gabrian filius Tyburcii capitosi de Gerzenche de parte vna, ab altera autem comes Ladizlaus filius Vgrini coram nobis personaliter constituti, idem Gabrian terram seu possessionem suam hereditariam Ladizlaufevdi uocatam in comitatu de Gerzenche existentem, secundum continenciam priorum litterarum nostrarum priuilegialium exinde confectarum habitam et possessam, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis, seruiciis debitis et consuetis, prout idem habuit, tenuit et possedit, consenciente et permittente Ivan filio Budona personaliter coram nobis astante, dixit et publice confessus est uendidisse eidem comiti Ladizlao et per eum suis heredibus heredumque successoribus pro quadraginta marciis plene, ut retulit, habitis ab eodem et acceptis, inrevocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Litteras eciam nostras priuilegiales prescriptas et Gregorii comitis de Garyg et Gerzenche, ac alia instrumenta seu monumenta, quibus et quorum auctoritate ipse Gabryan habuit, tenuit, recuperauit et possedit possessionem memoratam, tradidit, assignauit ipsi comiti Ladizlao coram nobis. Mete autem ipsius terre seu possessionis, prout homo noster, quem ad reambulandam eandem miseramus, conuocatis omnibus conmetaneis et vicinys terre eiusdem, ac permittentibus, quiete et pacifice erecte, nobis retulit, hoc ordine distinguntur: videlicet prima meta incipit a parte meridionali in fluuio minoris Gersenche in uicinitate terre ipsius Ivan ab arbore piri cruce signata meta terrea circumfusa, inde in eodem fluuio tendens superius exit ad arborem gertan cruce signatam, meta terrea circumfusam, inde ad berch, in quo procedens uersus septemtrionem uenit ad arborem piri cruce signatam meta terrea circumfusam, inde ad arborem scyl cruce signatam meta terrea circumfusam, inde descendens venit ad tres arbores cerasy cruce signatas metis terreis circumfusas, inde procedens intrat in dictum Gerzenche minorem, in quo tendens superius per magnam vallem exit et ascendit montem ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, inde directe tendens uersus occidentem ascendit iterum ad montem ubi sunt due ar-

bores tul cruce signate metis terreis circumfuse, site iuxta uiam, quarum vna est dicti Ivan alia vero Gabriani prefati, inde descendens intrat in fluuium Svmech, in quo procedens superius ad montem cometatur terre Bobonyg, ubi est arbor byk cruce signata meta terrea circumfusa inde in modico spacio procedens vicinatur terre Farcasii filii Danycha, de inde reflectitur et descendens per metas communes predictas declinat ad vicinitatem terre Dyonisi filii Wechelini in metis antiquis et hinc uenit ad arborem nucis cruce signatam sitam in medio cuiusdam vinee, inde descendens uersus occidentem uenit ad caput putei, inde descendens per riuulum in magno spacio cadit in fluuium minori[s] Gerzenche vbi commetatur terre filiorum Myko, inde in eodem minori Gerzenche tendens superius in cometan[e]itate terre dicti Ivan exit ad arborem piri, uidelicet ad priorem metam communem, ibique terminatur. In cuius uendicionis et empcionis memoriam presentes ad instanciam et peticionem parcium concessimus sigillo nostro communitas. Datum et actum feria quarta proxima post festum natiuitatis virginis gloriose, anno domini MCC nonagesimo sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1296. O svilenoj vrvci zelene boje visi okrugli sasvim izlizani pečat od žutoga voska. Bilješka iz XIV. vijeka na hrptu glasi: »Vendicio et empcio ac metalis super Precouersya que Laslofelde vocatur«.

222.

1296, 6. oktobra. Pod Kisekom.

Andrija kralj lišava Stjepana itd. sinove Ladislavove svih imanja, a posjede Pečove daruje županu Grguru.

Nos Andreas dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit uniuersis, quod quia Stephanus, Ladislaus et Vgrinus filii Ladislai multa spolia seu latrocinia contra nostram maiestatem procedendo incessenter indesinenterque in regno nostro commiserunt, pro eo eciam, quia possessiones Gregorii bani et comitis Stephani filiorum comitis Mark pluries destruxerunt, pro huiusmodi excessibus eorum uniuersas possessiones ipsorum, et specialiter possessiones Peech sine herede decedentis, quas actenus(!) potencialiter detinuerunt, occupatas aufferendo ab eisdem, pro dampnis et iniuriis per eosdem Gregorio bano et Stephano comiti illatis, dedimus, donauimus et

contulimus memorato Gregorio bano et comiti Stephano perpetuo possidendas, tenendas et habendas. Datum sub castro Kwzegh, in octauis sancti Michaelis archangeli, anno domini M⁰CC⁰ nonagesimo sexto.

Iz prijepisa palatina Nikole Gorjanskoga od god. 1433.; original potonjeg u rukopisnoj zbirci narodnog muzeju budimpeštanskog.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. V. 150. — Kukuljević Reg. no. 1586.

223.

1296, 8. oktobra. U Zadru.

Bratoniga sa sinom Prevšom prodaje Lubinu dozvolom samostana sv. Marije zemlju u Bibanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indicione decima, die octaua intrante mensis octubris, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feosii Mauroceni egregii comitis. Fatemur nos namque Brathoniga relicta Radei et Preusa eius filius habitatores in villa sancti Grisogoni de Jadra, quomodo habita licencia et parabola a domina Nicolotta abbatissa monasterii sancte Marie monialium de Jadra, vendimus, damus, donamus atque transactamus tibi quidem Lubino filio atque fratre(!) nostro vnam nostram sçasadam de medio gonay pastinatam in terra dicti monasterii, de qua reddit decimam partem tocius vini et omnis alterius fructus ex terra prouenientis pro terratico ipsius monasterii positam ad Bibanum; cui ex borea est vinea Marini Trudenni presbiteri sancte Marie maioris, ex austro est vinea tui predicti Lubini, ex traversa est eciam vinea tua, et ex quirina est vinea Desseni Picaualli; cum omnibus earum certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram a modo in antea cum plena virtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis ipsam sçasadam intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, gaudendi, vendendi, donandi, alienandi, pro anima et corpore indicandi et quicquid ex ipsa tibi et tuis heredibus et successoribus libere et perpetuo placuerit faciendi sine alicuius persone contradicione, salua semper racione dicti monasterii, ut dictum est. Precio cuius vendicionis nos prenominati Brathoniga et Preusa plene habuimus et recepimus a te suprascripto Lubeno(!) libras octo denariorum venetorum paruorum, quas nobis

plene dedistis et integre persoluistis. Vnde cum[1] nostris heredibus et successoribus nos dicti Bratoniga et Preusa prefatam sçasadam cum omnibus suis certis terminis, confinibus et habenciis tibi suprascripto Lubeno et tuis heredibus et successoribus in racione excalumpniare et defensare tenemur et promittimus ab omni homine et persona super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Creste filio condam Çoilli, et Gregorio dicto Chila et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus Sluradi examinator manum misi.

Ego Franciscus ecclesie sancti Petri noui subdiaconus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi et roboraui.

(Monog. not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

224.

1296, 8. oktobra. U Zadru.

Drega i Dobroniga iz Zadra prodaju ozidano mjesto Mihi sinu Jakoba de Scolatura.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indicione decima, die octauo intrante octubri, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Johannis de Agnania Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feofii Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Drega filia condam Johannis Dulfinelli et Dobronige de Uetmibogat Jadratina, quomodo do, uendo atque transacto tibi quidem Miche filio Jacobi de Scolatura ciui Jadre totum unum meum locum partim amuratum et cohopertum (!) et partim discohopertum et non amuratum, de quo toto loco sunt passus comunis viginti duo, et si magis inueniretur, totum sit tuum et esse debeat positum in ciuitate Jadre in confinio sancti Siluestri; cui ex austro sunt loca sancti Damiani de Penna, ex trauersa sunt loca sancti Siluestri, ex borea est uia comunis, et ex quirina sunt loca Jacobi patris tui, cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, ha-

[1] Dva puta napisano.

benciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, atque cum omnibus iurisdiccionibus, racionibus et iuribus suis, que ei pertinent uel quoquo modo pertinere possunt; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis totum ipsum locum cum suis pertinenciis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi et omnia alia faciendi sicut de tuo proprio nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente. Precio cuius vendicionis siue transaccionis recepi a te dicto Micha libras centum et triginta octo denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego dicta Drega cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Miche tuisque heredibus et successoribus predictum locum totum tam amuratum et cohopertum quam discohopertum et non amuratum excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnibus bonis meis habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Biualdo de Botono et Mauro condam Vulcigne de Sagetisa Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Matheus de Nasce examinator manum misi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

225.

1296, 10. oktobra. U Zadru.

Dobrača udova Kose Saladina poklanja svoju zemlju na Velikom otoku zadarskom u mjestu zvanom Dugopolje samostanu sv. Nikole.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indictione decima, die decimo mensis octubris, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anagnia venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feofii Mauroceni egregii comitis. Ego quidem Dobraça relicta domini Cose Saladini ciuis Jadrensis per hoc presens instrumentum facio manifestum, quomodo nomine ac iure pure, mere atque irreuocabilis donacionis, que dicitur inter uiuos et pro anima

mea et condam sororis mee, atque remedio meorum defunctorum do, dono et trado uobis namque religiose mulieri domine sor[ori] Marie abbatisse monasterii sancti Nicolay Jadrensis, recipienti vice et nomine tocius dicti monasterii sororum[1] seu conuentus, omnes meas terras mundas et immundas positas in Insula magna Jadre, in loco uocato Delgopole, quas tenuit Nigoi olim rusticus meus, cui de borea est terra comitisse Brane et Stane sororum, uersus austrum sunt terre Laurencii de Çiualellis, uersus trauersam sunt terre Blasii de Soppe partim et partim terre dicti Laurencii, et uersus quirinam sunt terre dicti (!) monasterii sancti Grisogoni, cum plena virtute et potestate a modo in antea cum uestris succedentibus ipsas terras intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, vendendi, donandi, pro anima et corpore indicandi, omnemque aliam vestram uoluntatem et vtilitatem ex ipsis libere faciendi, nemine uobis uel uestris succedentibus in perpetuum contradicente uel molestante, cum omnibus suis lasis(!), aquis, nemoribus, pertinenciis, confinibus et habenciis, atque arboribus suis, tam subter terram, quam supra[2] terram in integrum pertinentibus, uel que sibi pertinere possunt. Vnde cum meis heredibus et successoribus me obligo et promitto predictam donacionem firmam et ratam et gratam habere et semper tenere et nunquam eam reuocare aliquo uicio ingratitudinis per ullam rationem, ingenium . . . . et prout ipsam donacionem excalumpniare et defensare cum meis heredibus [et succedent]ibus uobis uestrisque succedentibus in racione ab omni homine et persona super me [et omnia m]ea bona presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis [et rogatis] testibus, scilicet Paolo Petri Lumbardi, et Cernecha condam Miche de Cru . . . . .

(Drugi rukopis).

Ego Damianus Sluradi examinator [manum meam m]isi.

(Signum not.)

Ego Laurencius filius magistri Henrici notarii, iuratus notarius Jadrensis hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 86. Pri dnu na desnoj strani okrnjeno.

---

1 Očevidno pogrešno: »sororibus« ispravismo.

2 Dva puta pisano.

226.

1296, 11. oktobra. U Zadru.

Lovro de Jaja gradjanin zadarski prodaje Guidu de Matafaro zemlju u Bibanu.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, mense octubri die vndecima intrante, indicione nona, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradinici(!) incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Phioffi(!) Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Laurencius de Jaia ciuis Jadre, quomodo vendo atque transacto tibi quidem Guido de Matafarro ciui Jadre totam vnam meam terram cum pastinis plantatis ad quartum simul se tenentes positam ad Bibanum, cui de borea est terra Johannis de Sagarela et partim vinea Jacobi de Petriço, de austro est vinea Dragotte et partim terra et vinea Damiani de Stocca, de trauersa est uia puplica(!) et de quirina est mare, cum omni longitudine et latitudine sua et cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis suis tam subtus terram quam supra terram; a modo in antea cum plena uirtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, dandi. donandi, vendendi, pro anima et corpore indicandi, omni modo alienandi et totam tuam uoluntatem et utilitatem et heredum tuorum ac successorum ex ea libere faciendi nemine tibi in perpetuum contradicente. Precio cuius vendicionis ego predictus Laurencius recepi a te prefato Guido libras denariorum venetorum paruorum ducentas nonaginta, quas mihi bene et integre persoluisti. Vnde promitto cum heredibus et successoribus meis predictam terram cum pastinis, que reddunt quartum, defensare et excalumpniare tibi nominato Guido uel tuis heredibus aut successoribus ab omni persona et racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Forto filio Martini de Spaurasantis, et Saraceno filio Johannis Gussi Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus Sluradi examinator manum misi.

Ego Johannes diaconus sancte Marie maioris et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

227.

1296, 23. oktobra.

Prijevoz žita iz Napulja u Dubrovnik.

Karlo II. kralj napuljski dozvoljuje B. Ragusino »archiepiscopo extrahere de portubus Apulie frumenti salmas ducentas«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 64.
Rački Rad XVIII. 221.
Isto toliko dozvoljuje se i »Matheo de Ragusia, mercatori«.

228.

1296, 12. novembra. U Ninu.

Jurica kanonik crkve sv. Asela i Petar Predešković prodaju jedan gonjaj vinograda Gostiši, sinu Andrije Lobočevića.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, mense nouembri die duodecimo intrante, indiccione decima, None. Temporibus domini Andree magnifici regis Hungarie, et Marcy(!) venerabilis Nonensis episcopi, ac Georgii egregii comitis, nec non et domini Wlchete honorabilis potestatis None. Ego quidem Juricha sacerdos et canonicus ecclesie sancti Asselli, et ego Petrus Predescouig consenciente et confirmante Bela uxore mea per hoc presens scriptum confitemur uendidisse tibi Gostise filio olim Andree Lobogeuig unum gonaium vinee nostre proprie positum Nadogragenik[1]; ex trauersa vinea Drasihe Tesig, ex austro vinea Dimi[n]ce sacerdotis dicti parui, ex borea et meridie vinea Latinorum, pro libris quinque denariorum paruorum a te plene receptis; et pro talione dedisti nobis duos grossos. Quem dictum unum gonaium vinee tenemur tibi tuisque heredibus ab omnibus discalumpniare ac deffensare(!) in perpetuum super omnia bona mea habita uel habenda in hoc seculo. Quare igitur a modo in antea liceat tibi prefatum unum gonaium vinee libere habere, perpetuo possidere, heredibus et proheredibus derelinquere, uendere, dare, donare, commutare, pignori locare, pro anima indicare, ac omnimode ad tuam uoluntatem alienare nemine tibi contradicente. Actum est hoc et firmatum

[1] Čitaj: nad ogradjenik.

coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo Hra[n]cy None iudice, Georgio Bugi et Crisano Gregorii None tribunis.

(Drugi rukopis).

Et Ego Drusina filius Johannis examinator manum meam misi.

Et Ego Petrus Nonensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et solito signo signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1296.

229.

1296, 14. novembra. U Zadru.

Cerne de Piloso daje izjavu glede miraza, koji mu je donijela žena Marija, kći Damjana de Vodovar.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, die quartodecimo intrante mense novembris, indictione decima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anania(!) venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Fiofii Mauroceni egregii comitis. Ego Cerne de Piloso, ciuis Jadre, per hoc presens instrumentum facio manifestum, quomodo Lippa matre mea presente et consenciente integre habui et recepi a Maria vxore mea, filia condam Damiani de Vodovar de Tracuro, nomine dotis sue repromisse tantum in cassella, uestibus, auro, argente(!), perlis et rebus aliis extimatis per legales et bonos viros, ac eciam in pecunia, quod ascendit summata et facta ratione libras venetorum paruorum septingentas, de quibus predictis septingentis libris uoco me et dico mihi esse plene et integre satisfactum per Mariam vxorem meam predictam. Et quas predictas libras ipsius dotis me obligo e promitto per me meosque heredes et successores sollempni stipulatione interposita, Lippa matre mea predicta presente et consenciente, saluas de cetero omni tempore iuxta ius docium habere, tenere, regere et conseruare ac tempore dotis restituende dare, soluere, restituere et assignare Marie vxori mee predicte suisque heredibus et successoribus sub pena duppli super me et bona mea omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cerne Miche de Muto ciue Jadrensi, Jacobo Nicole de Tracuro et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum misi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius publicus, interfui rogatus, ut audiui scripsi, roborau et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 87. — Slova donešto slabo čitljiva, istrto.

230.

1296, 4. decembra. U Zadru.

Matija de Orlando, svećenik crkve svete Marije (maioris) zamjenjuje zemlju ove crkve za zemlju samostana sv. Marije.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, die quarto intrante mense decembris, indicione decima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anania(!) venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Fiofii Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Matheus de Orlando presbiter ecclesie sancte Marie maioris et cappellanus ecclesie sancti Grisogoni Jadrensis diocesis, quod cum inter me ex parte vna et te religiosam dominam Nicolottam abbatissam monasterii ecclesie sancte Marie monialium de Jadra ex altera quedam permutacio tractaretur facienda inter nos de quadam pecia terre ecclesie seu cappelle predicte posita in loco qui dicitur Obroueç, que a parte est vineis plantata et in parte est vacua siue non plantata, et pars illa ipsius terre que est plantata solet redere quartam partem de quolibet fructu anno quolibet, et de quadam alia pecia terre uocate Gerleç Doleç posita ultra riuum et quoddam derrum positum iuxta uallem sancti Johannis, que terra et derrum sunt monasterii tui predicti, attendens ego presbiter Matheus predictus, quod si ipsa permutacio fieret, expediebat utrique ecclesie et meliora prospicere et manifeste utilitatem utriusque ecclesie procurari, petita super hoc et obtenta licencia, beneplacito et consensu venerabilis patris domini fratris Angeli episcopi Absarensis, ac reuerendi patris domini fratris Johannis archiepiscopi Jadrensis vicarii generalis, habito eciam super hoc diligenti et sollempni tractatu, quod in talibus alienacionibus exigitur et requiritur, pro me et successo-

ribus meis vice et nomine ipsius ecclesie seu cappelle que est in parte vineis plantata et partim uacuam (!) siue non plantatam (!) nomine et titulo permutacionis et cambii tibi predicte domine Nicolotte abbatisse monasterii tui predicti; cuius terre plantate et non plantate confines: de austro est terra ipsius monasterii, de bor[ea et quirina] terra monasterii sancti Grisogoni de Jadra, et de trauersa est quidam riuus siue pothoc; a modo in antea cum plena uirtute et potestate terram predictam plantatam et non plantatam cum omnibus iuribus, racionibus et pertinenciis suis nomine monasterii tui predicti intromittendi per te dominam abbatissam predictam possidendi, tenendi et omnimodam utilitatem ipsius monasterii faciendi sine mea et successorum meorum molestacione et contradicione (!). In concambium cuius permutacionis et cambii ego presbiter Matheus predictus recepi vice et nomine ecclesie seu cappelle mee predicte a te domina abbatissa predicta tibi consenciente domino episcopo et vicario supradicto, ac eciam conuentu sororum seu monialium monasterii tui predicti, prenominatam terram et ederrum. Vnde per me meosque successores vice et nomine ipsius ecclesie seu cappelle promitto predictam terram, que partim est plantata et partim non, ut dictum est, quam a me recepisti nomine permutacionis et cambii, defensare et excalumpniare tibi domine abbatisse predicte tuisque successoribus ab omni homine, collegio et persona in racione sub obligacione bonorum omnium ecclesie seu cappelle mee predicte presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Petro presbitero et Yuano diacono sancte Marie maioris.

(Drugi rukopis).

† Ego Blasius de Soppe examinator manum misi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.).

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru.

231.

1297, 20. januara. U Zagrebu.

Kaćerin gradjanin zagrebački prodaje Mihalju takodjer gradjaninu zagrebačkomu neko svoje zemljište kod Sepnice za pet pensi dinara banskih.

Nos Michael dei gracia episcopus Zagrabiensis, comes de Garig et de Gersenche memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Katheryn filius Martini, ciuis de monte Grech presencialiter coram nobis comparendo, de bona nostra uoluntate et permissione particulam terre in comitatu nostro de Vgra iuxta Sepnizam, a Matheo fratre Damiani titulo empcionis habitam et possessam, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis, sub eisdem antiquis metis signis seu terminis, quibus eadem terra ab antiquo dinoscitur fuisse limitata, dedit et vendidit Michaeli filio Stephani, ciui de monte Grech, pro quinque pensis denariorum banalium, ab eodem, ut idem Katheryn dixit, plene habitis et perceptis, per heredes heredum more et condicione aliorum castrensium nostrorum inibi existencium iure perpetuo possidendam et habendam. Datum Zagrabie, in festo beatorum martirum Fabiani et Sebastiani, anno domini MCC nonagesimo septimo.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 42. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 238. — Kukuljević Reg. no. 1591.

232.

1297, 3. marta. U Zadru.

Krašan sin Obradov prodaje svoje trsje na otoku sv. Mihalja Danielu de Cande.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indictione decima, die tertio intrante mensis martii, Jadrę. Temporibus equidem domini Petro Gradonico(!) incliti ducis Venetiarum, et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Ghisy egregii comitis. Fateor ego namque Crassanus filius quondam Obraddi habitutor Jadre, quoniam vendo, do, dono atque transacto tibi quidem Danieli filio quondam Cibriani de Candis ciui Jadre omnes vites meas quas habeo pastinatas

in terra tui predicti Danielis ad quartum positas in insula sancti Michaelis de Monte in confinio sancti Petri; cui ex borea est vinea tui dicti Danielis, ex trauersa est mare, ex austro est ecclesia sancti Petri, et ex quirina est terra monasterii sancti Michaelis; cum omnibus suis siue earum certis terminis, habentiis et pertinentiis tam subtus terram quam supra terram; a modo in antea cum plena virtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis ipsas vites intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, gaudendi, vendendi, donandi, alienandi, pro anima et corpore indicandi, et quicquid exinde tibi et heredibus et successoribus tuis libere et perpetuo placuerit faciendi sine alicuius persone contradictione. Precio cuius venditionis ego predictus Crassanus plenarie habui et recepi a te suprascripto Daniele libras viginti quatuor denariorum venetorum paruorum, quas mihi plenarie dedisti et integre persoluisti in pecunia numerata. Vnde cum meis heredibus et successoribus ego prenominatus Crassanus tibi suprascripto Danieli et tuis heredibus et successoribus in ratione excalumpniare et defensare me obligo et promitto ab omni homine et persona super me et omnia bona mea pręsencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram his vocatis et rogatis testibus, scilicet Dobrę filio quondam Damiani de Begna, et Micha diacono sancti Michaelis Jadrensibus et aliis.

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum misi.

Ego Franciscus ecclesię sancti Petri noui subdiaconus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus his interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi et roboraui.

Kopija iz XVII. vijeka u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 2198.

233.

1297, 12. marta. U Tortoni.

Zaplijenjene barke sa žitom, koje su kušali prokriomčariti neki Dubrovčani.

Piše se, da su zaplijenjene »barce due onerate frumento per quosdam homines de Ragusio, qui frumentum ipsum sine mandato curie oneraverant in maritima Tortone de pertinenciis Alexine et illud volebant de regno furtive extrahere.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 62.
Rački Rad XVIII. 221—222.

234.

1297, 24. marta. U Dubrovniku.

Knez dubrovački sudi na Lastovu i proglašuje krivom osudu tamošnjih dvaju podknezova.

In Christi nomine. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, die uigesimo quarto intrante mense martii, Ragusii. Nos Marinus Maurocenus comes Ragusii uniuersis et singulis presens instrumentum publicum inspecturis facimus manifestum, quod cum questio nota esset inter Ratcum filium Drase de Lagusta ex parte una, et Bogdanum presbyterum de eadem terra Laguste ex altera, super eo, quod dictus Ratcus dicebat et allegabat, quod dictus Bogdanus uidebatur eum molestare de duabus peciis terre posite in Lagusta in duabus peciis, una quarum peciarum est in loco qui dicitur Slopol et confinat ex parte Silochi cum Desco, contra formam unius sententie late tenore nobilis uiri domini Andree Dandulo comitis Ragusii, et unius alie sententie late tenore nostro, dicens, quod dictus Bogdanus occasione dicte molestationis datus erat pro condempnato de yperperis uiginti quinque per Vladimirum uicecomitem Laguste et iudices suos, qua repetebat de cetero taliter ordinari, quod dictus Bogdanus nec alter pro eo ipsum de dictis possesionibus ullatenus molestaret. Cui dictus Bogdanus respondit, quod dicte terre ad eum pertinebant et sue erant, et quod unquam fuerat condempnatus occasione predicta, immo dicebat, dictum Ratcum fuise condempnatum pro dictis terris in perperis uiginti et super hoc ostendit vnam cartam sententie date per Grubenum et Budisclauum iudices Laguste. Idcirco nos comes supradictus, auditis rationibus et allegationibus partium, cognita ueritate et certitudine questionis predicte, inuenimus per litteras a nobis missas pro uicecomite nostro Vladimiro et iudicibus supradictis Grubeno et Budislauo, quod dictus Bogdanus condempnatus fuerat yperperis uiginti, in quo pro molestia, quam fecerat dicto Ratco de dictis terris, et per sententiam latam tempore domini Andree Dandulo, et per aliam sententiam latam tempore nostro, cognouimus, quod dictus Ratcus habebat rationem et possesionem dictarum terrarum, et nuncupatus Bogdanus inique et maliciose tractauerat cum dictis Grubeno et Budislauo iudicibus Laguste et fecerat sibi fieri aliam cartam sententie pro se nequeunte et iniqua. Habitaque super hoc diligenti deliberatione dicimus et per sententiam iudicamus, quod dicte terre perpetualiter permaneant ad dictum Ratcum sine contradictione

antedicti Bogdani, cassantes et irritantes sententiam latam pro dicto Bogdano, quam falsam et iniquam habuimus et propter hoc condempnauimus dictum Bogdanum in perpetuum silentium et predictos Grubenum et Budisclauum iudices yperperos uiginti pro quolibet pro . . . . fuerat declaratum et hanc sententiam . . . . et firmam *(vide se samo odlomci pojedinih riječi).*

Original trošan i izderan pri kraju u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

235.

1297, 2. aprila. Pred gradom Vesta.

Izmirenje Vesta (grada napuljskoga kraljevstva) i Trogira.

Anno dominicae incarnationis 1297. regnante domino nostro Carolo secundo dei gratia illustrissimo rege Jerusalem, Siciliae ducatus, et principatus Capuae provinciae et Forcalquerae comite, regnorum autem feliciter anno 13., mensis aprilis die 2. eiusdem, actum Ital[iae] apud Vestas. Nos Scarrus de sancto Andrea Vestarum iudex, Felicius dictae terrae notarius et supradicti testes de eadem terra habitatores ad haec vocati speciales et rogati in unum more et loco solito universitatis Vestarum, et nobis praesentibus cum eadem affuerunt, ad eius praesentiam providi viri Angelus de Vincentio et Johannes de Rugio concives nostri, olim statuti et ordinati sindici per universitatem eandem ad tractandum et ordinandum pacem et concordiam inter homines ipsius civitatis Vestarum et commune et homines civitatis Tragurii, inter quas videbatur et expectabatur discordia, ac etiam guerrae pro eo, quod homines eiusdem terrae nostrae Vestarum offensiones et damna plurima receperunt in personis et rebus a piratis seu cursariis Dalmatiae, inter quos ex certis praesumptionibus praesumebantur fuisse homines de dicta terra Tragurii, et iidem sindici exposuerunt universitati eidem pro parte universitatis eiusdem cum commune et hominibus dictae terrae Tragurii concordium antedictum et pacem finalem, assignaverunt eidem universitati publicum instrumentum de ipsa concordia in praedicta civitate Tragurii factum manu Sirocti Petri de Ancona auctoritate imperiali, et auctoritate dictae civitatis Tragurii iurato notario, actum et confirmatum in consilio generali civitatis eiusdem in palatio communis. Per quod instrumentum constitit, quod dominus Nicolaus sindicus et procurator com-

munis dictae terrae Tragurii ad haec specialiter constitutus et ordinatus, in consilio generali et speciali dictae civitatis nomine et vice civitatis praedictae fecit et promisit ipsis Angelo et Johanni sindicis civitatis Vestarum recipientibus nomine ac vice communis seu universitatis Vestarum pacem perpetuam et veram concordiam sicut ab antiquo fuit inter utrumque commune perpetuo habere, tenere et observare cum communi et hominibus ipsius civitatis Vestarum et eius districtualibus existentibus ad eorum mandata, et non offendere neque offendi facere in personis nec rebus dictum commune, singulares personas ac districtuales dictae terrae Vestarum nec etiam praestare auxilium et favorem aliquibus volentibus ofendere vel nocere hominibus de Vestis ac districtualibus ipsius per mare nec per terram. Per quod instrumentum etiam constitit, quod ipsi Angelus et Johannes sindici eiusdem terrae Vestarum, pro parte et nomine universitatis eiusdem simili modo promiserunt praedicto domino Nicolao sindico et procuratori communis Tragurii recipienti nomine et vice dicti communis, et fecerunt pacem et veram concordiam sicut supra scriptum est, et qualiter utraque pars promittit una alteri adinvicem per stipulationem solemnem predicta omnia et singula etc. iure etc. sub obligamine etc. Quae omnia petita per homines civitatis Tragurii, quod ipsa universitas Vestarum confirmare, ratificare et acceptare deberet, eadem universitas in praesencia nostra per soll . . . . vel malivolentia [sine] scrupulo et suspitione maligna confirmavit et acceptavit, quod praescripto modo ordinandum tractandum promissum est per dictos sindicos pro bono pacis et concordio antedicto, mandans, quod per nos ad cautellam hominum dictae civitatis Tragurii praesens deberemus conficere publicum instrumentum. Verum ad futuram rei memoriam et perpetuam firmitatem praesens publicum scriptum exinde factum est per manus mei praelibati Felicii publici Vestarum notarii signo meo solito interque iudicis, et nostrum per infrascriptionem testium subscriptionibus roboratum.

Ego Scarus filius Andreae militis iudex Vestae.

Ego Thomas filius quondam Ugolotti testis sum.

Lucius Memorie di Traù 135.—136. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 4. 241. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 292.—4. — Kukuljević Reg. no. 1592.

236.

1297, 7. aprila. U Rimu.

Matej djakon kardinal sv. Marije u Porticu podvrgava samostane reda sv. Klare u Italiji i u Hrvatskoj nadzoru generala i provincijala reda Malobraćana i daje ovima naputak glede obavljanja nadzora.

Matheus miseratione diuina sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, venerabili et religiosis viris dilectis in Christo fratribus . . . . . . generali et vniuersis prouincialibus ministris ordinis fratrum minorum salutem in domino. Inter cetera, que humeris nostris incumbunt, multum nos angit cura monasteriorum ordinis sancte Clare, que regulam a felicis recordationis domino Vrbano papa quarto editam, qua cardinalis qui pro tempore fuerit gubernator uestri ordinis monasteriis ipsis preficitur, susceperunt et quorumlibet aliorum, que sunt nostre cure commissa, nec uidemus nos ad id posse sufficere, nisi onera nostra circa curam eandem per uestra et fratrum uestri ordinis ministeria releuentur. Sane huiusmodi[1] onera[2] nostra tanto credimus saniori posse conscientia supportare, quanto ipsa monasteria uisitari et reformari contigerit per nos et prudentum fratrum uestri ordinis ministerium et doctrinam. Ex hoc enim speramus, quod deo auctore poterunt in debita honestate seruari et consequi statum gratum deo, exemplarem mundo et sibi salutiferum et quietum. Et quoniam in desideriis nostris hoc agitur, ut preata monasteria pacifice uiuant et salubriter gubernentur, et quod regularis obseruantia tam in capite quam in membris uigeat in eisdem, ideo uisitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis offitium monasteriorum dicti ordinis uobis generali ministro, quoad singula dicta monasteria ubilibet constituta, que dictam regulam a prefato domino Vrbano editam susceperunt uel suscipient, nec non et monasteriorum tam sancte Clare de Asisio, quam omnium aliorum, que sunt nostre gubernationi commissa uel imposterum commictentur(!) ac unicuique uestrum prouincialium ministrorum, quoad ea de predictis monasteriis tantummodo que fuerint infra limites prouinciarum commissarum nostro regimini uel commictendarum imposterum, presentium tenore duximus commictendum attente rogantes, ut deum habentes pre oculis, que uobis commictimus, exequamini diligenter. Vt igitur leuius ferre possitis onera commissionis prefate, uolumus atque concedimus, ut non solum uos generalis minister ubilibet, sed et quilibet uestrum prouincialium minis-

[1], [2], radirano i popravljano.

trorum, unum uel plures fratres ydoneos in suis prouinciis ad tale offitium exercendum instituere et destituere ualeatis de consilio aliquorum fratrum sue prouincie discretorum, qui, quando et ubi expediens fuerit, dictis monasteriis beneficium visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis impendant ipsosque visitatores possitis multiplicare et minuere secundum multitudinem et distantiam monasteriorum, longitudinem et latitudinem prouinciarum et uideritis expedire. Ingressus autem uester et visitatoris cuiuslibet intra eorundem monasteriorum clausuram intrinsecam cum duobus uel tribus sotiis (!) ordinis uestri fiat ad dictum offitium seu beneficium impendendum. Sic autem visitatoribus, ut premictitur instituendis et uobis uisitationis infra certos limites et uisitandi, inquirendi, corrigendi et reformandi certa monasteria offitium commictatur, quod in eodem monasterio uisitantium seu visitatorum plurium super eisdem visitatis, inquisitio, correctio et reformatio non concurrant, sed unusquisque visitatorum in decretis sibi monasteriis et infra certos limites constitutis uisitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis offitium exequatur. Excitamus quoque prudentiam uestram, ut prouide indagetis, qualiter commissa et commictenda uisitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis offitia visitatores huiusmodi exercebunt, et informetis, corrigatis et amoneatis eosdem, prout fuerit oportunum. Omnibus autem tam abbatissis, quam sororibus et seruitialibus, necnon capellanis, conuersis et ceteris de familia predictorum monasteriorum, presentium tenore mandamus, quatenus uobis et aliis, qui ad visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis offitium sunt assumpti, uel imposterum assumentur, in omnibus, que ad id offitium pertinent, obediant et intendant. Faciatis etiam ipsis de diuinis offitiis per fratres uestri ordinis uel per alios, prout expedire uidebitur, prouideri. Prouisuri monasteriis supradictis de fratribus moraturis in eis, quotiens expedire uideritis pro ipsorum comodo et abbatissarum salute necnon sororum familie et personarum degentium in eisdem, nichilominus eis in oportunitatibus illis, que ipsis temporaliter imminent, uel in antea imminebunt, per uos et fratres, atque amicos uestri ordinis consiliis, subsidiis et fauoribus, prout uestra et uestri ordinis patietur honestas, studeatis assistere et adesse. Ad hec prudentiam uestram excitamus attente, ut uos et visitatores, qui erunt pro tempore, diligentius actendatis, quod in monasteriis mendicantibus, in quibus conuentus seu sorores cum familiis in monasteriis degentibus non possunt de ipsorum monasteriorum facultatibus substentari, non fiat monialium seu sororum multiplicatio onerosa. Posset enim periculosum fore, multas personas mendicantes claudere sub clausura non habentes unde possint de monasteriorum facultatibus sine mendicitate saltem aliqualiter substentari.

Ex hoc enim nonnunquam datur occasio recipiendi sorores per symoniacam prauitatem et propter paupertatem persone nobiles pauperes licet sancte conuersationis et uite gratis recipi in monasteriis recusantur, quia non habent pecuniam siue bona, que ad monasteria secum portent. Hec experientie doctrina nos edocet, hec in lucem veniunt cum a nobis petitur, ut cum receptis et recipientibus symoniace dispensemus. Ceterum ea, que secundum premissa per uos ministros fieri uolumus, uobis presentibus tenore commictimus exequenda. Illa uero, que per uisitatores predictos necnon et per fratres uestri ordinis fieri uolumus seu concedimus, ut presentibus exprimuntur eisdem visitatoribus et fratribus assumendis a uobis eodem tenore duximus commictenda. Vt autem liberum uobis sit piam dare operam hiis, que dictorum monasteriorum, prefatarum abbatissarum et sororum consolationem et profectum respicere dinoscuntur, et ne capitulum uestre regule uel declarationis cuiuslibet subsecute, quo ab ingressu monasteriorum monacharum fratres ar[c]tantur hiis, que presentibus continentur, possit obsistere auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, tenore presentium licentiam concedimus spetialem, ut pro premissis et exhibendis ecclesiasticis sacramentis, celebrandis diuinis, predicationibus faciendis, impendendis consiliis ac pro piis et rationabilibus causis, congruis et honestis, nec non et aliis, que ipsis abbatissis et sororibus, capellanis, seruitialibus, conuersis et familiaribus extiterint oportuna, quotienscumque secundum deum expedire uidebitur, uos generalis minister ad singula monasteria dicti ordinis, necnon et ad alia uobis commissa uel commictenda, et ut quilibet uestrum prouincialium ministrorum ad dicta monasteria et ad alia uobis commissa uel commictenda, tantum que fuerint infra prouincias uestre administrationi commissas possitis accedere cum uno uel pluribus fratribus uestri ordinis, quos ducetis uobiscum, et etiam, si expedire videritis, intrinsecam clausuram cum duobus uel tribus fratribus introire, et ut fratres uestri ordinis accedere possint ad ea loca, ad que aliis licet accedere, quando a uobis generali ad omnia monasteria supradicta uel ipsorum aliqua uel aliquod uel quando a singulis uobis ministris ad dicta monasteria et infra prouinciam uniuscuiusque uestrum administrationi commissam uel ipsorum aliqua uel aliquod fuerint destinati, uel quando per illum seu illos fuerint missi, quibus mictendi uel destinandi spetialiter concesseritis potestatem, necnon visitatoribus monasteriorum ipsorum institutis et instituendis imposterum similem accedendi ad monasteria sue visitationi commissa cum uno socio pro premissis, et alias ubi necessitas uel utilitas hoc exposcet, licentiam spetialiter elargimus, et etiam accedendi ad monasteria ipsa et intrandi intrinsecam clausuram ipsorum cum duobus sociis uel tribus uisitationis,

inquisitionis, correctionis et reformationis causa aut alia necessitate uel utilitate urgente. Concedimus insuper uobis generali ministro, ut ad singula monasteria, que fuerint ordinis sancti Damiani eo tempore, quo dictus dominus Vrbanus edidit regulam supradictam, nec ipsam regulam postmodum susceperunt, et uobis ministris prouincialibus ad singula monasteria talia infra uestras prouincias constituta cum uno uel pluribus fratribus possitis accedere ad hortandum, monendum et inducendum abbatissas, sorores et personas monasteriorum ipsorum, ut recipiant regulam a prefato domino Vrbano editam, et ut ad hec possitis fratres ordinis uestri mictere et fratribus ipsis, ut missi taliter ad ea possint accedere, licentiam spetialem. Forma autem visitationis, quam a nobis et visitatoribus institutis uel instituendis a uobis uolumus obseruari hec est: Quilibet uestrum uisitare uolens et quilibet visitator institutus uel instituendus in monasteriis sue uisitationi commissis, circa abbatissas, sorores, seruitiales, capellanos, conuersos ceteramque monasteriorum familiam saltem semel in anno offitium uisitationis exerceat, excessus corrigat publicos et priuatos. Sed de correctis se nullatenus intromictat, nisi forsan fuerint illegitime uel insufficienter aut indiscrete correcti. Alias regulariter nostre intentionis existit, quod eodem anno uisitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis, que per ministros fient cum uisitationibus, inquisitionibus, correctionibus et reformationibus visitatorum super eisdem articulis non concurrant. Nullam absoluat abbatissam a monasterii sui regimine, nisi de con[sen]su et uoluntate totius sui conuentus uel maioris partis eiusdem. Cum consensu tamen totius conuentus uel maioris partis ipsius abbatissam absoluere poterit, cum secundum deum uiderit expedire. Electiones autem abbatissarum, quas celebrari contigerit in monasteriis constitutis in vltramontanis partibus seu extra Italiam uel in Sclauonie seu Romanie prouinciis quousque aliud duxerimus ordinandum inquisita de electione forma, eligentium studiis et electarum meritis diligentius ueritate de de aliquorum fratrum discretorum consilio comunicato confirmet, si eas inueuerit canonice et de personis ydoneis celebratas, faciens ipsis electis a suis subditis obedientiam et reuerentiam debitam exhiberi. Alioquin eis rite cassatis faciat monasteriis de personis ydoneis in abbatissas assumendis per electiones canonicas prouideri. Ad confirmationes uel infirmationes electionum ipsarum et cetera, prout dictum est superius, processurus. Super confirmatione uero electionum, que fient in monasteriis infra Italiam constitutis, extra prouinciam Sclauonie, ad nos habeatur recursus. Sorores uel seruitiales numquam de monasterio ad monasteria transferat, nisi causa regiminis uel societatis abbatissarum absque nostra licentia spetiali, uel nisi quando electa uel electe de uno monasterio ad aliud transferuntur

causa regiminis cum socia uel sine socia et postea fuerit absoluta uel fuerint absolute, quia tunc tam absolutis, quam sociabus, que secum iuerunt uel ibunt, potest quilibet uestrum dare licentiam ad primum monasterium redeundi, utriusque monasterii abbatissarum et conuentuum uel maioris partis ad hoc accedente consensu, et huiusmodi reditus fiat cum societate decenti, que congruat ordinis honestati. Insuper uisitantes et visitatores inquirant diligenter de iuribus monasteriorum, possessionibus siue bonis atque prouentibus, redditibus siue inditiis legatis monasteriis siue factis, et de hiis qualiter dispensentur et quomodo gubernentur, et spetialiter, quod nulla persona professa proprietaria inueniatur in monasteriis antedictis, super quibus debita ratio exigatur atque reddatur saltem semel in anno, et puniantur abbatisse, sorores et alie, que inuente fuerint proprietarie uel culpabiles seu remisse uel etiam negligentes. Easdem abbatissas et sorores sepius ammoneant, ut receptiones symoniacas omnino non faciant, et quod in receptionibus nichil interueniat, quod receptiones ipsas inficiat uel fermentet. Spetialiter autem unusquisque uisitans minister uel visitator institutus uel instituendus imposterum diligenter actendat et faciat, quod bene prouideatur abbatissis et sororibus, conuersis et familie monasteriorum ipsorum tam de diuinis offitiis, quam ecclesiasticis sacramentis et aliis, que ad salutem pertinent animarum et de statu et conditionibus cuiuslibet monasterii perquirat actentius (!), ut circa statum uniuscuiusque prout magis honestati et utilitati expedire viderit, iuxta qualitatem personarum, locorum et etiam regionum, ordinet et disponat, et ut regularis obseruantia tam in clausura, quam honestatibus aliis vigeat in eisdem, omnisque materia nocibilis relegetur ab ipsis. Inquirat etiam spetialiter, qualiter in singulis monasteriis singula obseruentur, ac corrigat et reformet tam in capite quam in membris, que correctione et reformatione nouerit indigere. Opponentes se et non optemperantes circa premissa auctoritate nostra, quam uobis generali et singulis ministris uisitantibus necnon visitatoribus presentibus et futuris commictimus per censuram eeclesiasticam compellendo. Volumus autem, ut si preter communem uisitationem, quam saltem semel in anno debet facere quilibet uisitans uel visitator, prout superius continetur, pro quouis articulo emergente in aliquo monasterio uisitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis offitium particulariter uel generaliter aliquando uiderit oportunum, iuxta premissam formam illud adeo solerter impendat, ut quietem diligentes et pacem eisdem perfrui ualeant et insolentes prout conuenit compescantur. Sane, quia in hiis, que per ministros uel visitatores non possent utiliter exerceri, diuina propitiante clementia adesse proponimus et consilium et auxilium fauorabiliter impertiri. Volumus, ut quicumque articulus seu casus emerserit, in quo nostrum uideretur expetendum

consilium, ad nos recurri possit, ut emergentibus casibus per nos possit remedium debitum exhiberi. Ceterum nostri fore beneplaciti cognoscatis, quod transcriptum presentis commissionis in singulis monasteriis habeatur, ut abbatissis et sororibus et aliis liqueat, quando et pro quibus ab eis unusquisque minister uel visitator fuerit requirendus, et ut de hiis, que facimus et concedimus per presentes, non debeant dubitare. Nec uolumus uos latere, quod nos illorum monasteriorum gerimus gubernationem et curam, que prefati domini Vrbani regulam susceperunt, necnon et monasteriorum sancte Clare de Asisio et aliorum, que ex sua regula uel ex priuilegio subsunt uel subesse debent cardinali, qui est uel erit pro tempore uestri ordinis gubernator. Demum uestram prudentiam excitamus et hortamur in domino, nichilominus obsecrantes per aspersionem sanguinis Ihesu Christi, ut premissa omnia sic prudenter et sollicite exerceantur et fiant, quod fructus deo acceptus et monasteriis utilis et consolatorius inde proueniat, et tam nostra conscientia, quam uestrum ministrorum et visitatorum conscientie in tuto consistant et nos et uos eterne retributionis premium consequi ualeamus. Nosque una cum predictis abbatissis et sororibus uobis et vestro ordini amplius in domino astringamur. Datum Rome apud sanctum Petrum, VII. idus aprilis, anno domini M. CC. nonagesimo septimo, pontificatus domini Bonifatii pape VIII. anno tertio.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 88. — Pečat izgubljen.

237.

1297, 19. aprila. U Zadru.

Samostan sv. Marije daje u zakup svojim podložnicima zemlje u Obrovcu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die duodecimo exeunte mense apreli (!), indicione decima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Johannis de Anania(!) venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Gyso egregii comitis. Nos Nicolotta abbatissa monasterii sancte Marie monialium de Jadra vna cum sororibus ipsius per hoc presens instrumentum facimus manifestum, quomodo damus, concedimus et affictamus siue locamus uobis hominibus siue obagionibus (!) ipsius monasterii habitantibus in Obroueç sortes

terrarum quatraginta(!) positas in territorio ipsius monasterii predicti Obroueç; inter quas sortes predictas non debet esse nec computari terra quedam et vineam(!), quas nuper recepimus nomine permutacionis et cambii a Matheo de Orlando presbitero sancte Marie maioris[1], usque ad annos viginti completos incipiendo a festo sancti Michaelis de mense septembri primo venturi; et pro qualibus sorte de predictis teneamini dare nobis uel successoribus nostris anno quolibet in festo sancte Marie de mense augusti modios frumenti boni mercalis vndecim nomine affictus, census uel pensionis conducendos vestris expensis usque Jadram ad monasterium nostrum; et nos non possimus uobis augere affictum, censum uel pensionem predictam uel uos mutare de loco ubi habetis habitacula uestra modo ad alium locum per aliquem modum, ingenium siue causam usque per totum tempus predictum viginti annorum, et debetis et teneamini deferre fenum uel paleam cum uestris asinis usque Jadram ad monasterium nostrum sine aliquo precio, cum erit expediens. Nos tamen erimus uestri defensores et protectores per nos uel aduocatum nostrum contra quascumque personas coram domino comite Jadre uel qualibet alia persona. Preterea dabitis nobis uel successoribus nostris anno quolibet de predictis quatuor ensenia infrascripta, videlicet in festo natali domini porcos duos valoris librarum sex venetorum paruorum, in festo beate Scolastice gallinas quatraginta, in festo resurrectionis domini arietes siue castratos viginti valoris eorum quemlibet soldorum(!) paruorum venetorum sexdecim, et in festo natiuitatis beate Marie de septembri duas vaccas uel duos boues valoris librarum octo monete predicte, gallinas quatraginta. Item si aliquis uestrum uoluerit recedere et dimittere sortem suam, quod sibi liceat et mihi similiter licitum sit concedere sortem ipsam relinquendam per aliquem uestrum cui uoluero et eciam licenciare quem uoluero de uobis, tamen tam ille qui sponte recedet, quam qui erit licenciatus a nobis, debet relinquere domos et alia edificia facta pro suo habitaculo uel facienda, edificatas nec destruere possit eas uel accipere aliquid de edificiis ipsis seu de structura ipsorum edificiorum, set(!) domus et edificia alia debent nobis remanere; preterea si aliquis uestrum deprehensus fuerit in furto aliquo et possit probari per quinque homines ipsius nostre ville, debet amittere omnia bona sua mobilia et immobilia que habebit in territorio nostro, et debet expelli de villa Obroueç cum tota familia sua; similem penam debet ille incurrere, qui in area su[a tempore][2] trituracionis messium siue blaue in furto manifeste fuerit deprehensus, tamen si patronus aree inuenerit

[1] Vidi listinu od 1296. 4. decembra.

[2] U originalu ima samo »su . . . « dometnusmo radi smisla: tempore.

furtum aliquod positum uel reconditum [in] area sua et clamauerit alta voce dicendo et notificando aliis: hoc non est meum, et reperto patrono restituet ei ipsum furtum, non debet incidere in penam predictam; nec ille debet sustinere penam predictam, qui posito, quod furtum aliquod inuentum fuerit per alios, quod esset positum et reconditum in area sua, iurare uoluerit ad sancta dei euangelia, quod ipse non commiserit ipsum furtum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo Marangerio et Grisanne Inbarcaturo Jadratinis.

(Drugi rukopis.)

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

238.

1297, 27. aprila. U Rimu.

Kardinal Matej upravlja generalu i provincijalima reda malobraćana daljne upute glede uprave i nadzora samostana reda sv. Klare.

Matheus miseratione diuina sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis. Venerabilibus et religiosis viris dilectis in Christo fratribus . . . generali et prouincialibus ministris ordinis fratrum minorum ac visitatoribus monasteriorum ordinis sancte Clare institutis seu instituendis ab eis salutem in domino. Fragilitate seu ignorantia sexus femenei (!) in monasteriis ordinis sancte Clare receptiones personarum quandoque fiunt minus canonice, quod ex eo collegimus, quia nonnunquam pro recipientibus ac receptis per symoniacam prauitatem dispensatio postulatur. Huic igitur morbo tam pestifero et infectiuo medicinam cupientes apponere et animarum prouidere saluti, discretioni uestre presentium tenore duximus concedendum, ut quilibet uestrum abbatissas et sorores monasteriorum sibi commissorum ex parte nostra moneat et inducat sub ammotionis abbatissarum a regimine et sororum translationis ad alia monasteria penis, quod ab huiusmodi receptionibus symo[n]iacis de cetero prorsus abstineant et ostendat eis, quam sit graue peccatum et

periculosum symoniacis receptionibus prestare consensum. Verum quantum ad receptiones sororum seruitialium et conuersorum monasteriorum ipsorum tam cum abbatissis et sororibus recipientibus, quam cum sororibus et seruitialibus et conuersis receptis per huiusmodi uitium, potestatem unicuique uestrum concedimus dispensandi, cum illis tantum que cure sue fuerint deputate. Ita quod sorores et persone recepte possint in ipsis monasteriis remanere, primitus tamen absoluat tam personas receptas, quam recipientes, que indigebunt, ab excommunicationis sententia, quam forsitan incurrerunt pro eo, quod in casibus non concessis, uel per modum non licitum infra clausuram monasteriorum huiusmodi persone extrinsece sunt admisse contra ordinationem uel inhibitionem seu preceptum felicis recordationis Gregorii pape IX. Concedimus etiam potestatem absoluendi modo premisso abbatissas, sorores et seruitiales monasteriorum ordinis sancte Clare, que alias admiserunt personas extrinsecas per modum non licitum uel in casibus non concessis. Sed personis, que sic illicite intrauerunt, quilibet uestrum possit iuxta formam ecclesie beneficium absolutionis impendere, nisi forsitan sic interuenisset enormis excessus, quod super eo uideatur sibi nostrum consilium requirendum. Et quia hec auctoritas sic uobis concessa super premissis et quolibet premissorum tantum ad preterita se extendit, nos dubiis conscientiarum, que possent occurrere, precauere uolentes declaramus et uolumus, quod nullus uestrum aspiciat ad datam inferius adnotatam, sed ad diem, quo sibi presentes fuerint assignate. Similiter duximus concedendum, quod abbatissas, sorores, seruitiales et familias monasteriorum ordinis memorati unusquisque uestrum possit absoluere pro uiolenta iniectione manuum in se ipsas, tam de preteritis quam futuris, nisi circa hoc per effusionem sanguinis interuenisset enormis excessus. Hoc idem confessores possint presertim, quando ministri uel visitatoris presentia infra duos dies naturales haberi non possit. Prouiso, quod singulas predictas personas, que offenderunt in predictis et quolibet predictorum, taliter puniat culparum quantitate et personarum qualitate pensatis, quod de cetero se non credant impune tantum facinus commisisse. Preterea cum sint multa monasteria, que familiares non habent extrinsecos, qui associent medicos, minutores et personas alias, que in casibus concessis a regula dicte sancte habent clausuras monasteriorum ipsorum intrinsecas introire, prouidemus propter excommunicationis periculum et concedimus, quod unusquisque uestrum et confessorum cum socio sibi deputato, uel ipso impedito, cum alio ydoneo eiusdem ordinis, possit familiarium uices gerere in hac parte. Hoc idem dicimus de monasteriis, que familiares habent, quando non inuenirentur in tali necessitate parati. Item concedimus, quod pro eisdem casibus, pro quibus

confessores monasteriorum ipsorum solent seu possunt clausuras intrinsecas introire, pro eisdem ingredi quilibet uestrum possit, quando et quotiens fuerit oportunum. Liceat insuper unicuique ingredi clausuras easdem pro illis casibus siue excessibus corrigendis, qui preter comunem uisitationem emergerent nec possent congruenter expediri ad cratem. Demum prudentiam uestram hortamur et monemus attente, ut abbatissas et sorores inducatis pro posse, quod in eisdem monasteriis consanguinearum multiplicationem uitare procurent, presertim cum hoc ad magnam monasteriorum pacem prouenire noscatur. Ceterum cum sorores sibi minui faciant et mederi in locis secretis interdum, concedimus, quod huiusmodi minutrices et medice possint sole intrare clausuras predictas et abbatissis et conuentibus admittendi easdem concedimus potestatem. Volumus tamen et mandamus singulis abbatissis, quod duas uel tres sorores maturas assignent, que minutrices ipsas obseruent et medicas, ne infra clausuram alicui de sororibus loquantur ad partem. Liceat etiam abbatissis et conuentibus ordinis sepedicti abbatissas et socias ac sorores, que transferuntur, necnon et seruitiales, que mittuntur ab abbatissis suis pro negotiis quibuscumque intra clausuras intrinsecas admittere, ipsisque etiam sic translatis et missis ingredi liceat et comedere ibidem ac etiam pernoctare pro maiori personarum et ordinis honestate. Prouiso, quod huiusmodi transeuntes in monasteriis ipsis sub pretextu itineris notabilem moram non contrahant frandulenter seu monasteriis ipsis dampnosam et grauem, non obstantibus omnibus supradictarum regularum capitulis ordinis utriusque. Datum Rome apud sanctum Petrum, V. kalendas maii, pontificatus domini Bonifatii pape VIII. anno tertio.

Original u gubern. arkivu u Zadru odio samost. sv. Nikole br. 89. Pečat izgubljen.

239.

1297, 10. maja. U Rimu kod sv. Petra.

Bonifacije VIII. papa postavlja franjevca Petra za nadbiskupa spljetskoga.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Petro electo Spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum ecclesiarum omnium Romana, domino disponente, sit mater, sic eam preese oportet in sollicitudine universis, presertim illis, que possent ex diutinis vacationibus gravia incurrere detrimenta, quod distributis affectibus pro

varietate causarum specialiter intendat per credite dispensationis officium commodis singularum, ne per aliquos divine domus inobseratos aditus in gregis perniciem lupi pro pastoribus, aut in pestem domesticam hostes pro hospitibus inducantur. Sane Spalatensi ecclesia dudum viduata pastore, licet in ea de dilecto filio Jacobo archidiacono ipsius ecclesie fuerit electio celebrata, quia tamen infra tempus a iure statutum idem archidiaconus non fuit negotium electionis huiusmodi prosecutus, dicta electio iuribus, si que habuit, extitit vacuata; et nichilominus postmodum idem archidiaconus ius, si quod sibi ex electione huiusmodi competebat, in manibus venerabilis fratris nostri G. episcopi Sabinensis de mandato nostro resignationem suam recipientis libere resignavit. Nos igitur, qui circa viduatas ecclesias continue attentionis oculis vigilamus, volentes eidem ecclesie, ne dampna ex longa vacatione subiret, salubriter providere, te fratrum ordinis Minorum professorem, capellanum carissime in Christo filie nostre Marie regine Sicilie illustris, cui de vite mundicia, religionis zelo, disciplina morum, circumspectione provida et providentia circumspecta laudabile testimonium perhibetur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis eidem ecclesie Spalatensi in archiepiscopum preficimus et pastorem, sperantes firmiter ex laudabilibus testimoniis, que de te commendabiliter predicantur, quod eadem ecclesia sub tuo regimine grata suscipiet, deo propitio, in spiritualibus et temporalibus incrementa. Reverenter itaque suscipe iugum domini et suavi eius oneri humiliter colla submitte, manumque mittens ad fortia ipsius administrationem Spalatensis ecclesie prudenter exequi, et gregis tibi commissi custodiam prosequi diligenter studeas, et constanter oppositurus te murum pro domo domini ascendentibus ex adverso, ut laudabili de ipso reddita in die districti examinis ratione, regnum patris eterni ab origine mundi paratum electis accipias, in dilecta domini tabernacula letabundus introeas, et eundem tibi commissum gregem ad uberioris retributionis cumulum introducas. Datum Rome apud sanctum Petrum, VI. idus maii, pontificatus nostri anno tertio.

In eodem modo archipresbitero in capitulo ecclesie Spalatensis, clero civitatis et diocesis Spalatensis, venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Spalatensis, potestati, consilio et comuni Spalatensibus et universis filiis ecclesie Spalatensis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 156. 113. Iz reg. an. III. ep. 202. fol. 241. — Farlati Ill. sacrum. III. 295. — Sbaraleae Bullar. Francisc. VI. 436. no. 116. — Katona Hist. crit. VI. 1166. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 2. 60. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 267—268. — Potthast Reg. pontif. no. 24.514. — Kukuljević Reg. no. 1594. (pogrešno datira na 15. maja.)

240.

1297, 16. maja. U Zadru.

Barti gradjanin zadarski prodaje polovicu svojih zemalja samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die sexto decimo intrante [mense maio[1], indicione] decima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici [de Thudertis electi venerabilis] Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Gyso egregii comitis. Fateor ego Barthi filius olim Nicole [de Scomla] ciuis Jadre per hoc presens instrumentum, quomodo cum heredibus et successoribus meis do, dono, trado, uendo atque transacto uobis domino fratri Johanni abbati monasterii sancti Grisogoni de Jadra recipienti nomine uestro et suceessorum uestrorum ac eciam monasterii uestri predicti integram [medietatem] ex indiuiso omnium terrarum mearum cultarum et incultarum positarum in insula magna in loco uocato Chau[ognini] lasi; quarum terrarum omnium confines de borea est terra monasterii sancti Michaelis de Scopulo, de quirina est ipsius monasterii, de trauersa quidam montes, et de austro terra et boscum monasterii sancti Grisogoni predicti; intra . . . . confines sunt incluse terre culte et inculte Yuani de Calcina et quedam vinea et boscum Raue condam Andree de Raua; a modo in antea cum plena uirtute et potestate medietatem predictarum terrarum indiuisarum intromittendi, tenendi, possidendi, uendendi, alienandi, permutandi et omnimodam uestram uoluntatem nomine uestri monastarii predicti ex ea libere faciendi nemine uobis uel successoribus uestris in perpetuum contradicente; cum om[ni] latitudine et longitudine sua et cum omnibus suis terminis, habenciis et pertinenciis, et que sibi pertinere possunt tam [subter] terram quam supra terram; precio cuius uendicionis ego Barthi predictus recepi a uobis prefato domino fratre Johanne libras denariorum venetorum paruorum secentas(!) in pecunia numerata, quas mihi nomine monasteri uestri predicti integre persoluisti. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto predictam medietatem terrarum ipsarum indiuisarum excalumpniare et defensare uobis domino fratri Johanni abbati predicto recipienti vestro nomine, successorum uestrorum et monasterii uestri predicti ab omni homine, comunitate, collegio et persona in racione super me et bona mea omnia presencia et

[1] Dopunjeno iz popisa manastira sv. Krševana A. no. 113. (Starine XIX. 107).

futura. Preterea quicquid continetur infra ambitum confinium predictorum uobis pro medietate terrarum ipsarum excalumpniare tenear, exceptis terris predictis mundis et immundis Yuani de Calcina et vinea et bosco predictis ipsius Raue conparentes intra confines predictos. Insuper ad tale pactum et concordiam nos frater Johannes abbas et ego Barthi predictus deuenimus de comuni consensu et vnanimi uoluntate, videlicet, quod nos abbas predictus non possimus uendere uel quocumque alio modo alienare medietatem terrarum predictarum, quam nobis uendidisti, nisi tibi Barthi predicto et heredibus et successoribus tuis, dummodo dabitis exinde illud precium, quod ab aliis [potest] inueniri, ita tamen, quod minus precium de libris denariorum venetorum paruorum secentis non possitis exinde exoluere(!); et ego Barthi predictus similiter non possim uendere uel quocumque alio modo medietatem predictarum terrarum, que mihi ex indiuiso remansit, nisi uobis domino abbati predicto uel successoribus uestris, si dabitis exinde illud precium, quod ab aliis poterit inueniri, ita tamen, quod minus precium de libris monete predicte sescentis(!) non possitis exinde exoluere(!), remittendo eciam mihi et heredibus et successoribus meis, quicquid inueniretur me debere per me uel alium monasterio uestro predicto per tempora retroacta hucusque pre carta uel sine carta uel quocumque alio modo, ingenio siue causa. Ad que pacta attendenda et obseruanda perpetuo nos prefatus abbas obligamus nos et successores nostros et omnia bona ipsius nostri monasterii presencia et futura tibi Barti(!) predicto et heredibus et successoribus tuis; et ego Barthi predictus obligo me et meos heredes et successores et omnia bona mea presencia et futura uobis domino abbati prefato et successoribus uestris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco de Cantono et Çuue de Nosdrogna ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Madius Galellus de Cerna examinator manum misi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVIII. no. 425.)

241.

1297, 21. maja. U Rimu kod sv. Petra.

Bonifacije VIII. papa dozvoljuje imenovanomu nadbiskupu spljetskomu, da se može dati posvetiti ma od koga biskupa.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Petro electo Spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper Spalatensi ecclesie tunc vacanti propter tuorum exhigentiam(!) meritorum de persona tua duxerimus providendum: Nos volentes tuis et ecclesie tue parcere laboribus et expensis, quas te oporteret subire veniendo, morando et redeundo ad sedem apostolicam pro consecrationis tue munere obtinendo, recipiendi a venerabili fratre nostro . . . archiepiscopo Neapolitano, vel a quocumque malueris alio archiepiscopo vel episcopo catholico gratiam et communionem apostolice sedis habente consecrationis munus huiusmodi iuxta formam, que in episcoporum consecrationibus observatur, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum, XII. kalendas iunii, pontificatus nostri anno tertio.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 157. p. 113. Iz reg. an. III. ep. 203. fol. 241. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.518.

242.

1297, 2. juna. U Šibeniku.

Općina šibenička svjedoči, da je crkva sv. Krševana svojina samostana sv. Kuzme i Damjana.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, mense iunii secundo die intrante, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Ungarorum, et tempore domini Leonardi Faletro de Ueneciis dei gracia Scibenicensis electi, nec non domini Georgii incliti comitis civitatis, ac multiformis prudencie domini Madii de Uaricassis preclare potestatis Scibenicensis, atque dominorum iudicum nostrorum Colenda Gregorii, Johanne Disanni et Cosa Helie. Nos supranominati potestas una cum generali consilio Scibenicensi ad vocem preconum clamato ad sonum campane, prout moris est civitatis, confitemur per hoc presens instrumentum, quod

domus cum suis pertinenciis, que iacet intus muro civitatis stricta ad murum comunitatis Scibenici et ex parte austri domus heredum condam Didoy Telzi, et superius domus dictorum heredum Telzi est ecclesia sancti Grisogoni, que iacet in burgo Scibenici, que ecclesia est [ad] obedienciam sanctorum Cosme et Damiani de districtu civitatis Jadrie. Unde deinceps aliquis hominum non possit contradicere vel inpetere dictam domum cum suis pertinenciis, quia vetustam litteram habebat de dicta domo cum suis pertinenciis monasterium sanctorum Cosme et Damiani, set millesimum erat corrosum a vermibus. Eapropter precepimus infradicto notario rescribi dictam testificacionem, et esse veram et credibilem. Actum est hoc in palatio comunitatis in generali consilio, presentibus testibus tunc temporis consiliariis Milobrato Drugozai, Marsa Gregorii, Bercio Banich, Radona Disicii, Johanne Mathei et Bogdano Dobrine et aliis quam pluribus.

Ego Madius Stani de Uaricassa potestas Scibenici manum misi.

Et ego Michael presbiter et primicerius filius Johannis Hualouich Scibenicensis comunitatis iuratus notarius de mandato domini potestatis et tocius generalis consilii hanc cartam scripsi, roboravi et signo consueto signavi.

Polichorion 47. — Starine XXIII. 199—113.

243.

1297, 16. juna. U Čazmi.

Jakob i Mihajlo sinovi Petra zalažu svoj dio baštine Cirkvene Jakobu sinu Blagonje.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie comendamus significantes tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Jacobus filius Petri tam pro se quam pro Mychaele fratre suo a parte vna, ab altera autem Mathe filius Junk officialis comitis Jacobi filii Blaganya (!) vice et nomine eiusdem domini sui coram nobis personaliter constituti, idem Jacobus quandam particulam terre sue hereditarie de Cirkuena, prout riuulus Dobouch separat et distingit, in uicinitate terrarum comitis Endree Vyd filii Gregorii, Nicolai filii[1] Iwan et comitis Jacobi filii Blaganya, ac Stephani filii Vitimer de parte orientali existentem, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis eidem comiti Jacobo pro duabus

---

[1] Iza filii: »Jacou« sa točkicama . . . . . ispod imena u znak, da se je pisar zapisao.

marcis conputatis nouis denariis habitis plene et acceptis ab eodem coram nobis, pignori obligasse est confessus, redimendam cum eadem sumpma pecunie[1] denariorum nouorum a festo beati Petri apostoli nunc venturo in quarta reuolucione festiuitatis eiusdem, elapso vero et conpleto ipso termino sine aliqua pena et grauamine quicumque poterit dictam particulam terre memorate redimendi liberam habebit facultatem; vtilitates etiam si quas memoratus comes Jacobus in facie prescripte particulle terre faceret, tercia die post redempcionem ipsius terre quicumque voluerit liberam, securam, pacificam transferendi habebit facultatem. Datum in octauis sancte trinitatis, anno domini M CC nonagesimo septimo.

Iz potvrde bana Petra Zudora god. 1376. 15. septembra. — Original te potvrde nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

244.

1297, 18. juna. U Cittavechii.

Bonifacije VIII. papa postavlja franjevca Henrika de Tuderto nadbiskupom zadarskim.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Henrico de Tuderto ordinis fratrum Minorum professori, electo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis, quam celestis pastor et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, plena curis et onusta vigiliis sollicitudo requirit, ut circa cuiuslibet statum ecclesie sic ipse solerter invigilet, prudenter excogitet ac prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem providam et providentiam circumspectam ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, quatenus ipse superni favoris opitulante clementia letis foveantur eventibus, et votive prosperitatis successibus gratulentur. Sane Jadrensi ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri Johannis Tranensis, tunc Jadrensis archiepiscopi, ad Tranensem ecclesiam per nos factam nuper solatio destituta pastoris. Nos ad eiusdem Jadrensis ecclesie quietum statum et prosperum paterne sollicitudinis studio intendentes, ordinationem et dispositionem ipsius hac vice provisioni sedis apostolice duximus reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hoc scienter vel ignoranter per quemcumque seu quos-

---

[1] Slijedi pogrešno: »redimenda« opet ispod riječi točkice . . . .

cumque contingeret attemptari. Volentes igitur, prout ad nostrum spectat officium, obviare dispendiis, que possent ex prolixe vacationis instantia eidem Jadrensi ecclesie imminere, considerantes etiam probitatis merita grandia et virtutum dotes multiplices, quibus dono superni numinis nosceris insignitus, et propterea spem gerentes indubiam firmamque fiduciam obtinentes, quod per tue laudabilis circumspectionis industriam, cum te celebris fame preconium referat, quod multorum relatio fidedigna confirmat, in spiritualibus et temporalibus circumspectum, prefata Jadrensis ecclesia deo favente proficiet in utrisque, deliberatione cum fratribus nostris super hoc habita diligenti, te ordinis fratrum Minorum professorem iamdicte Jadrensi ecclesie de fratrum predictorum consilio et apostolice plenitudine potestatis preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus committentes, firma concepta fiducia, quod dirigente domino actus tuos eidem Jadrensi ecclesie per tuam curiosam solertiam tuumque ministerium studiosum honoris et prosperitatis multiplicis deo propitio desiderata provenient incrementa. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus nostris et apostolice sedis beneplacitis sub prompte humilitatis officio te coaptans, et reverenter suscipiens impositum a domino tibi onus eiusdem Jadrensis ecclesie curam sollicitam gerere studeas, eiusque vacare profectibus non omittas, gregem dominicum tue in illa discretioni commissum doctrina verbi et operis informando, ita quod ecclesia ipsa per tue diligentie studium laudabilibus in spiritualibus et temporalibus ad divini nominis gloriam proficiat incrementis. Datum apud Urbemveterem, XIIII. kalendas iulii, pontificatus nostri anno tertio.

In eodem modo patriarche Gradensi, universis Jadrensis ecclesie suffraganeis, capitulo ecclesie Jadrensis, clero et populo civitatis et diocesis Jadrensis, nobili viro duci Venetorum, et universis Jadrensis ecclesie vassallis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 159. p. 114. Iz Reg. an. III. ep. 372. fol. 283. — Wadding Annal. Minor. V. 589. no. 31. — Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 438. no. 119. — Farlati Illyr. sacr. V. 86. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 270.—271. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.532. — Kukuljević Reg. no. 1595.

245.

1297, 21. augusta. U Budimu.

Pred kraljem Andrijom vraća Dominik zvan Zub imanje Gaj Lovri sinu bana Petra.

Andreas dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod Dominicus dictus Zup ex una parte, ex altera vero magister Laur[encius] filius Petri bani personaliter coram nobis constituti, idem Dominicus dixit et confessus est oraculo uiue vocis quandam possessionem ipsius magistri Laurencii Gayul vocatam, vt in litteris excellentissimi principis domini Lad[izla]i serenissimi regis Hungarie predecessoris nostri per eundem magistrum Laurencium super ipsa possessione nobis exhibitis contineri vidimus, quam idem Dominicus potencialiter tenebat et possidebat, super qua inter ipsos litis materia diucius extiterat diuulgata, tamen per ordinacionem baronum nostrorum et regni nostri nobilium inter ipsos talis concordia coram nobis fuit facta et ordinata: ut idem Dominicus predictam possessionem Gayul secundum continenciam litterarum priuilegialium domini Ladizlai regis Hungarie prescriptarum magistro Laurencio prenotato et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus reliquit, restituit iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Datum Bude, secundo die beati regis St[ephani], anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Iz originalne potvrde kralja Sigismunda od g. 1420. 8. augusta. (sr. tradiciju listine od g. 1281. VI. 401.—402.) u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1104. Stara sig. N. R. A. fasc. 380. no. 39.

246.

1297, 1. septembra. U Požegi.

Mihalj biskup zagrebački zamjenjuje neko svoje zemljište u Vaški sa zemljištem Tubinom, koje su uživali vaškanski kanonici.

Michael divina miseracione episcopus Zagrabiensis, domini Albertini illustris ducis Sclauonie cancellarius et comes de Garygh, universis quibus expedit Christi fidelibus salutem in domino. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum religiosi viri

prepositus et conventus fratrum ordinis sancti Augustini, canonicorum videlicet regularium de domo in Waska existente, quamdam terram sew possessionem ipsorum Tubina nuncupatam, possessioni nostre de Waska adiacentem, immediate defendere et procurare commode propter distanciam et temporis discrimina impacati non valerent, prout nobis ex eorum querula relacione sepius exstitit demonstratum. Nos pie et paternaliter ipsorum alleviacioni et commodo subvenire in hac parte cupientes, quandam particulam terre libere ville nostre de Waska, metis et signis distinctam infrascriptis, domui et terris predictorum patrum contiguam et usui eorundem propter propinquitatem apciorem et commodam utique dedimus, contulimus et tradidimus preposito et fratribus antedictis iure perpetuo possidendam et habendam cum utilitatibus et pertinenciis eiusdem particule universis. Pro qua quidem particula terre concambii sew commutacionis titulo recepimus et habuimus ab eisdem preposito et fratribus supranotatam terram Tubina cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis, prout eandem dicti fratres possedisse dignoscuntur, tradentibus et consencientibus eisdem preposito et fratribus ipsam terram nobis et nostris successoribus perpetuo similiter possidendam et habendam. Prima siquidem meta prefate particule preposito et fratribus sepefatis tradite, sicut per probos et idoneos viros Olyverium tunc officialem nostrum de Waska, Gwrethe et Teodorum prediales nostros, ac Adrianum plebanum nostrum de eodem loco, quos ad inspiciendas et signandas metas dicte particule miseramus, constitit, incipit et procedit a quibusdam dumis avellanorum ubi est meta terrea iuxta lacum, inde procedens in medio spacio versus meridiem pervenit ad arborem piri meta terrea circumfusam, inde ad binas arbores cerasi, inde in quadam parva valle vadit ad arborem scil cruce signatam, inde ad arborem tul cruce signatam, inde ad aliam arborem tul cruce signatam, inde eciam ad arborem tul cruce signatam, inde exiens de silva venit ad arborem gerthan cruce signatam, inde ad arborem haas cruce signatam et meta terrea circumfusam circa magnam viam ducentem in Zalathnuk, inde per eandem magnam viam venit ad arborem horozth cruce signatam, inde ad aliam arborem horozt cruce signatam, inde exiens de ipsa magna via et tendens versus meridiem venit ad arborem horozth meta terrea circumfusam circa antiquam viam, qua itur ad ecclesiam sancti Georgii ad occidentem in vicino terre nobilium de Tubina, inde ad caput lacus Ferten, inde ad arborem hrazth iuxta viam ubi vicinatur terre Lucach filii Martini, et in eadem via tendit versus aquilonem et in vicinitate terre filiorum Petche pervenit usque ad Drawam ibique terminatur. In cuius rei memoriam et robur perpetuum presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Pasgauar, in festo

beati Egidii abbatis, per manus magistri Dominici lectoris ecclesie nostre Zagrabiensis tunc notariorum nostrorum magistri, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Iz prijepisa kaptola čazmanskog od g. 1514. U nadbiskupskom arkivu u Zagrebu: Donationalia.

Tkalčić Mon. episc. Zagr. I. 238.—239. — Kukuljević Reg. no. 1596.

247.

1297, 16. septembra. U Zadru.

Ivan Varikaša daje dozvolu opatu Barti, da proda svoju zemlju samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die sexto decimo intrante mense septembri, indicione decima, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici de Thudertis venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Gyso egregii comitis. Fateor ego Johannes Raynerii de Varicassis ciuis Jadre per hoc presens, [instrumentum], quod cum Barthi filius olim Nicolę de Scomulo ciuis Jadre obligauerat mihi in pignore et nomine pignoris omnes terras suas cultas et incultas positas in insula magna in loco uocato Chauonigni lassi pro libris denariorum venetorum paruorum mille centum et viginti quinque, de quibus obligaui me fideiussorem et principalem debi[to]rem pro ipso Barthi Raue condam Andree de Raue ciui Jadre, de quibus dictus Barthi erat debitor principalis eidem Raue, et quia dictus Barthi medietatem terrarum uendere intendebat uobis domino fratri Johanni abbati monasterii sancti Grisogoni de Jadra, et hec sine mea permissione facere non ualebat, pro eo, quod erant mihi obligate, secundum quod superius est expressum, idcirco plenam tribuo facultatem, quod uos dominus abbas predictus medietatem predictarum terrarum pro monasterio uestro emere ualeatis et dictus Barthi possit et ualeat eam uendere uobis, non obstante obligacione predicta mihi facta de terris predictis. Promittens insuper ego Johannes predictus cum meis heredibus et successoribus sub librarum denariorum venetorum paruorum quingentarum super me et bona mea presencia et futura, quod uos dominum abbatem predictum et uestros successores de medietate predictarum terrarum, quam dictus Barthi uendere uobis intendit, nunquam inquietabo uel molestabo per me uel alium aliqua racione uel causa occasione obligacionis predicte mihi

facte de terris predictis pro eo, quod constitui me debitorem pro eodem Barthi predicto Raue de debito suo predicto, penaque soluta uel non, presens nichilominus instrumentum in sua permaneat firmitate. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco de Cantono et Çuue de Nosdrogna ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Madius Galellus de Cerna examinator manum misi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVIII. no. 621.

248.

1297, 18. oktobra. U Cittavecchii.

Bonifacije VIII. papa Henriku nadbiskupu zadarskomu podaje palij.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Henrico archiepiscopo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Nuper te fratrum Minorum ordinis professorem de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis ecclesie Jadrensi prefecimus in archiepiscopum et pastorem, et postmodum per venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum tibi munus consecrationis impendi, ac deinde palleum, quod est insigne pontificalis officii, cum ea, qua decet, instantia postulatum, de corpore beati Petri sumptum ad nomen et usum eiusdem Jadrensis ecclesie per dilectum filium nostrum M. sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem fecimus assignari, et a te per eum recipi nostro et ecclesie Romane nomine fidelitatis solite iuramentum. Tu vero palleo infra eandem Jadrensem ecclesiam illis diebus utaris, qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, illud serves in mente, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem et iustitiam, dante domino, qui dat munera et premia elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et predictam Jadrensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite, divina favente clementia, in spiritualibus et temporalibus

augmentare. Datum apud Urbemveterem, XV. kalendas novembris, pontificatus nostri anno tertio.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 161. str. 115. Iz reg. an. III. ep. 391. fol. 295. — Sbaralea Bullar. Francisc. IV. no. 452. no. 128. — Potthast Reg. pont. II. no. 24.585.

249.

1297, 8. novembra. U Dubrovniku.

Razdioba imetka braće de Bisti.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1297., indictione 10., die 8. intrante mensis novembris, coram vobis subscriptis testibus. Nos quidem Johannes et Lucas filii quondam Marini de Bistis confitemur, quod domum nostram divisimus in hunc modum: Primo volumus, quod schala de Amblato debeat esse comunis nobis. Et domum nostram dividimus per medietatem, et illa pars que est a parte Gervasii de Charpa debet habere totum straneum et cubitos duos de vatrilo intrando ab illa porta; et de terris habere debet supra viam tantum quantum tenet et possit fieri porta in muro fronterie ad habendum lumen pro strano. Item alia medietas sive pars, que est a parte fronterie ex parte orientis debet habere residuum vatrili et possit facere laborerium super totum vatrilum, sicut placuerit sibi. Item possit facere pavimentum super viam que est comunis subtus cameram. Et ego Johannes predictus accepi pro parte mea imperpetuum medietatem de domus cum predicta conditione; que medietas confinat ex parte pelagi cum Gervasio de Charpa. Et ego Lucas predictus accepi pro parte mea imperpetuum medietatem de domus cum conditione predicta, que est ex parte fronterie. Et quilibet nostrum partem suam habeat et possideat et de ipsa perpetuum suum velle faciat. Et nos dicti Johannes et Lucas omnibus predictis consentimus. Et de hoc facte sunt due carte similes hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Marinus de Ganguli iuratus iudex, et Andreas Proculi testis. Et ego diaconus Andreas de Benesca canonicus Ragusinus et comunis Ragusii iuratus notarius scripsi et roboravi.

Mattei Memorie storiche su Ragusa. Rukopis u knjižnici Male braće dubrovačke no. 416 (st. br. 266). Tom. II. 247.

250.

1297. U Baču.

Pred kaptolom bačkim daruju meštar Toma i sin njegov Pavao svoj posjed Sot u vukovskoj županiji Ivanu sinu kneza Ginarda.

Capitulum ecclesie Bachyensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod constituty(!) coram nobis magister Thomas filius Petri et Paulus filius eiusdem ex una parte, magister Johannes filius comitis Gynardy ab altera, iidem Thomas et Paulus prenotati quasdam possessiones suas hereditarias Zoth vocatas, in comitatu de Volkow existentes, a parte occidentali ac a parte septemtrionali magistri Vgryni filii Pous, a parte meridionali comitis Stephani de Gara et Blasii filii Mauricii, a parte eciam occidentali abbatis ecclesie sancte crucis de Franka uilla possessionibus, prout iidem retulerunt, contiguas ac vicinas, cum fundo duarum villarum Graga et Waradh uocatarum, simul cum vtilitatibus et pertinenciis suis sub eisdem metis et terminis, quibus ipsi et progenitores sui easdem possiderunt, predicto magistro Johanni cognato suo ob dileccionem proximitatis ac quognacionis(!) dederunt ac donarunt coram nobis iure perpetuo in filios filiorum possidendas, a nullo unquam quognatorum(!) uel propinquorum suorum processu temporum requirendas. Vt igitur huiusmodi donacio robur perpetue firmitatis possit obtinere, ad peticionem parcium presentes litteras nostras concessimus nostri sigilli priuilegialis munimine roboratas et alphabeto intercisas[1]. Datum anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo septimo, Dyonisio preposito, Laurencio lectore, Jacobo cantore, Sebastiano Bachiensi, Paulo Syrimiensi, Johanne Sykediensi archidyaconis, Mychaele custode, Paulo decano ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et deuote.

Iz originalnog prijepisa bačkoga kaptola od god. 1332. 19. augusta na pergameni u kr. ugarskom držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.091. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1504. no. 22.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 603—604. po istom izvoru. — Kukuljević Reg. no. 1597.

---

[1] Alfabeta nema, jer je ovo tek ovjerovljujući prijepis XIV. vijeka.

251.

1297. (U Kotoru?).

Bilješka.

Neophitus Joannes presbyter ex Zeta extruxit ecclesiam sancti Michaelis in loco Bogdašić iuxta Cattarum ad honorem beatae Mariae virginis, sancti Bartholomaei et sancti Joannis apostoli, diebus honorificentissimi et deo observantissimi regis Urosii.

Ex collectione Papafavae.
Kukuljević Reg. no. 1599.

252.

1297.

Meštar Petar sin Dionizov tuži Dominika sina Pavlova, da mu zadržaje posjed Pače u srijemskoj županiji.

. . . . . magister Stephanus filius Dyonisii ad nostram accedens presenciam contra ipsum Dominicum filium Pauli in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod ipse in comitatu Syrmiensi quandam possessionem Pachey vocatam, hereditario iure ipsum contingentem, olym sub una inclusione metarum habitam haberet, que per prefatum Dominicum filium Pauli et alios quosdam homines iuxta libitum voluntatis eorum in diversas partes divisa et ubique Pachey nominata extitisset, de qua quidem possessione sua Pachey vocata idem Dominicus filius Pauli quandam porcionem occupasset et occupatam detineret, et ibidem quasdam tres litteras omnino protestacionales religiosi conventus cruciferorum sancti regis Stephani de Strigonio nobis demonstrarat. Quarum tenor primo comitem Dyonisium filium Dyonisii palatini patrem predicti magistri Stephani, anno domini M⁰ CC⁰ nonagesimo septimo et demum annis subsequentibus eundem magistrum Stephanum filium Dyonisii, Desew et Thomam fratres suos semel et secundo in presencia dicti conventus cruciferorum comparendo, talem protestacionem fecisse explicabat, ut octo villas seu possessiones eorum Pachey, Jexsinch, Solch, Katha, Thuuch, Swsy, Vesench et Petrich vocatas in comitatu Syrmiensi exis-

*

tentes, quidam de ipsa provincia propter tempus impacatum potencialiter occupassent, quas cum se tempus ad id exhiberet, requireret iusticia mediante . . . . .

Iz sudbene listine Pavla kr. suca od g. 1330. 15. januara sadržane u listini bosanskog kaptola od g. 1332. — Original ove potonje u arkivu barona Bánfi-a u Kološvaru.

Codex dipl. patrius VII. 266.—267. — Kukuljević Reg. no. 1598.

253.

1298, 1. januara. U Zadru.

Petar de Matafaro tuži više podložnika Grizogona Jorgia, što ne plaćaju zemljarine od najmljenih vinograda na njegovoj zemlji Murvici.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indiccione undecima, die primo mensis ianuarii, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reverendi patris domini fratris Henrici de Thuderto Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardis Ghisi egregii comitis. Cum nos prenominatus Leonardus Ghisi comes Jadrensis cum iudicibus nostris et curia ad placita tenenda et diffinienda sederemus, uenit coram nostri presencia Petrus de Mathafarro nostre curie aduocatus pro parte et nomine Grisogoni condam Laurencii dicti Jorgii ciuis Jadrensis, et cum eodem conquerens se de Michouillo filio [condam] Dobrodrusi et Vitcho filio Michaelis, Radosio, Seta et Dobretino fratribus, Bratcho, Glauina et Jacobo fratribus filiis condam Andree iobagionibus Thomadi condam Arthuici de Pola, et dicens: Domine comes, isti iobagiones habent vineas super terra mea pastinatas ad terraticum in loco nominato Muruiza et ipsum quartum mihi reddere anuatim debent pro terratico; qui iobagiones defraudauerunt partem meam et mihi non currauerunt(!) dare rectum quartum tam vini quam aliorum fructuum, nec permiserunt me ponere custodem ipsarum vinearum et etiam ipsos inueni in fraude; quare cum instancia deprecor, quatenus ipsos iobagiones mihi sentencialiter condempnare debeatur quemlibet ipsorum pro dampno meo mihi ab eis facto libras viginti venetorum paruorum et pro pena continente in ipsorum instrumentis pro fraude sex ipperperos quemlibet ipsorum, et si hoc negare intendunt, paratus sum probare per idoneos testes dictum meum esse

uerum. Ad hec autem Barthe de Scobla nostre curie aduocatus pro parte et nomine predictorum iobagionum et cum eisdem respondebat dicens: Non libeat dicere, quod nos sumus fures sui, imo dedimus ipsi Grisogono rectum quartum et quando uoluit recipere de fructibus tunc recepit ad suum uelle; et instrumenta de pastinacione et pactis ipsarum vinearum non habemus, solummodo unus nostrum habet instrumenta. Tandem nos comes memoratus cum iudicibus nostris locauimus terminum ipsi Grisogono ad introducendos suos testes, et ipsis iobagionibus ad introducendunt(!) instrumenta, si qua habent. Qui Grisogonus legitime probauit per idoneos testes dictum suum et allegacionem factam pro eo esse uera(!) et legalis(!), et dicti iobagiones aportarunt nobis instrumentum, in quo continebatur qualiter uni ex ipsis erat concessum ad pastinandum de predicta terra ad quartum cum hac condicione, quod si in fraude manifesta inuentus esset, quod solueret sex iperperos pro qualibet uice contrafaciente. Vnde nos prenominatus Leonardus Ghisi comes Jadrensis cum iudicibus nostris et curia premissis omnibus auditis et intellectis, habitoque super cunctis conscilio(!) diligenti et deliberacione ad inuicem, dei quoque nomine inuocato per sentenciam dicimus finitiuam et sentencialiter pronunciamus, quod totum illud, quod est factum seu defraudatum per ipsos iobagiones usque nunc, sit cassum et eis penitus remittimus hac condicione addita, quod predictus Grisogonus cum heredibus et successoribus suis ex nunc in antea annuatim et in perpetuum possit libere ponere custodes seu custodes in ipsis vineis per manus suas ad expressas ipsorum iobagionum; et si quis ipsorum qui habet vineas in terra ipsius Grisogoni defraudauerit ius et racionem ipsius, quod tunc teneatur ipsi Grisogono soluere defraudator sex iperperos nomine pene, quociens contrafecerit. Super cuius nostre sentencie diffinicione Paulum de Bosaco tribunum curie nostre constituimus et dedimus in pristaldum ad omnia suprascripta fideliter complenda. Et ego Paulus de Bosaco tribunus et pristaldus ex officio meo mihi secundum formam sentencie suprascripte omnia suprascripta uera esse testificor in salutem anime mee coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Leonardo condam Stephani de Furmino et Stephano de Tampagno Jadrensi et aliis.

Ego Leonardo Gisi(!) comes Jadere manu mea subscripsi.

Ego Stancio de Uaricasa iudex manum misi.

Ego Biualdas de Becono iudex manum misi.

Ego Jacobus de Lourechna iudex manum misi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1297.

254.

1298, 7. januara. U Budimu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski oslobadja posjed Triburje spadajući na episkopat zagrebački, od davanja svake daće.

Nos Andreas dei gracia rex Vngarie, memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod ad instanciam et peticionem venerabilis patris Michaelis dei gracia episcopi Zagrabiensis dilecti et fidelis nostri, considerantesque ipsius fidelitates et seruiciorum merita hanc graciam duximus faciendam: vt quandam possessionem Triburya uocatam, quam idem venerabilis pater ecclesie sue a iobagionibus castri se comparasse asserit, a iurisdiccione iudicis et potestate banatus ac cuiuslibet secularis iudicis eximendo, illa et eadem libertate gaudere uolumus, qua cetere possessiones episcopatus Zagrabiensis gratulantur. Vnde precipimus, quod nullus banus pro tempore constitutus aut aliquis iudex secularis eandem possessionem contra formam gracie nostre predicte inpetere seu molestare in aliquo audeat uel presumat. Transgressores autem mandati nostri in hac parte pena debita puniemus. Datum Bude, in crastino Epiphaniarum domini, anno eiusdem MCC. nonagesimo VIII.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 61. — Kukuljević Reg. no. 1601. Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 239.—240.

255.

1298, 4. februara. U Fiorenci.

Fr. Matej, biskup portijski i sv. Rufine, apostolski legat obećaje oprost polaznicima crkve sv. Nikole u Zadru.

Frater Matheus miseratione diuina Portuensis et sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, vniuersis Christi fidelibus presentes

litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Licet is de cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruatur de habundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et uota bene seruientibus multo maiora tribuat, quam ualeant promereri, nichilominus tamen cupientes domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectiuis premiis, indulgentiis silicet et remissionibus inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Vt igitur ecclesia monialium ordinis sante Clare de Jadra congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in singulis beate Marie uirginis, beate Clare et beati Nicolay festiuitatibus, singulisque octo diebus quamlibet festiuitatum ipsarum inmediate sequentibus uenerabiliter uisitauerint annuatim, centum dies auctoritate, qua fungimur, de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Florentie, pridie nonas februarii, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno quarto.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 94. — Pečata nema.

256.

1298, 11. februara. U Spljetu.

Petar nadbiskup spljetski sudi izmedju koludrica svetog Benedikta i nekoga Milka radi zemlje u Gladniku.

Frater Petrus per sedem apostolicam electus, confirmatus et consecratus in archiepiscopum ecclesie Spalatensis omnibus et singulis quibus expedit presentes litteras inspecturis salutem et sinceram in domino caritatem. Tu Milcius sartor ciuis Spalatensis cum Jacobo Dobri suo aduocato contra dominam Stanam abbatissam et conuentum monasterii sancti Benedicti litis ordine super quadam terra existente in Gladnico inter terras predicti monasterii sita sub quadam ripa ex ista parte ciuitatis, et fructibus ipsius terre receptis per eandem coram nobis egisset suam esse affirmans, emptam a quadam domina dicta Slaua Carazi, adiecisset se posse probare per publicum instrumentum: dictam Slauam herediterio iure ipsam terram possedisse et sibi uendidisse, posse etiam probare nominatam terram esse suam per testes, silicet per Dragoium Torize et Chranelum Bitonis, quod hii per comissionem suam ab anno sedecim laborassent, nec non per alios testes, silicet(!) per Peruoslaum

Cocoraues, Bogdanum Oblacouiz, Dobrenum Radinum Odimanziz et Radosium Firmane, quod ipse inde fructus et mustum tamquam de terra sua aliquociens habuisset. Petrus aduocatus predicte abbatisse et conuentus pro eisdem coram nobis constitutus dixit, prefatam terram esse abbatisse memorate et conuentus etiam, quoniam triginta annis et ultra iuste et quiete possiderunt per montaneum quodam(!) antiquissimum, asseruit etiam: se probaturum per publicum instrumentum super dictos laboratores sepedictas terras per manus abbatisse et non Milcii laborasse et de ipsa terra fructus tamquam de propria recepisse, excepto quando Milcius impediuit. Nos igitur hiis et aliis huismodi proposicionibus parcium auditis, quod iustum est decernere cupientes, instrumenta partis utriusque nobis fecimus assignari, et Milci prout petiuit testibus, quos supra nominauit, adiudicauimus suam assercionem probare, quod facere non potuit. Immo predicti laboratores testificati sunt contra ipsum, dicendo se ipsam terram per manus abbatisse ab antiquo laborasse, prout in quodam publico instrumento uidimus contineri. Ceterum uero testes prenominati per Milcium similiter adducti dixerunt: se nichil scire de terra illa cuius sit, instrumenta etiam per Milcium nobis assignata nullam mencionem specialem de illa terra faciebant, nam unum terram in Gladnico indistricte nominabat, aliud terras prope terris monasterii et non inter uel infra. Hiis ergo diligenter uisis et consideratis, omnes allegaciones et proposiciones ipsius Milci contra monasterium factas ratione dicte terre per difinitiuam sentenciam presentibus partibus iritas promulgamus et inanes, de ipsa inpeticione perpetuum silencium imponendo; terram de qua agebatur monasterio prout ante possederat relinquentes ita, quod non ipse nec aliquis pro eo super ipsa terra sepedictum monasterium successu temporum ualeat molestare et nichilhominus(!) copertis molestiis dicto monasterio per Milcium exhibitis eundem Milcium in fructibus de dicta terra receptis et expensis legitimis abbatisse concedimus. Lata et pronuntiata fuit hec sentencia in camera predicti archiepiscopi presentibus partibus, sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indictione undecima, die undecima mense februarii, regnante domino nostro Andrea serenissimo rege Vngarie, temporibus supradicti domini Pe[tri] venerabilis archiepiscopi Spalatensis, domini Mladeni de Breberio incliti comitis, egregii uiri domini Alberguzi Jacobi de Ancona capitaneo hoc(!), nobilium uirorum domini Egidii Raynaldi et Petri Petrache et Duimi Peruoslaui iudicum, presentibus Jacobo archidiacono, domno Luca uicario et Joncio . . . ape canonico, Madio Dobici, Desa Duimi et Dobralo Peruoslaui ad hoc specialiter uocatis et rogatis testibus. Et ut hec pagina robur firmitatis obtineat, cum nostrum

autenticum sigillum nondum fieri fecimus, nostro secreto pendenti sigillo hanc sentenciam et signo subscripti notarii damus comunire.

Ego Gregorius Dobri canonicus Spalatensis iuratus notarius eiusdem ciuitatis hiis interfui, et a sepedicto domino archiepiscopo rogatus hec eius mandato et uoluntate scripsi et roboraui.

(Signum notarii).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru — Na originalu visi pečat od voska dobro sačuvan.

257.

1298, 17. februara. (U Napulju.)

Kralj napuljski otpravlja kuči Gjuru Šubića.

Kralj Karlo II. nalaže slobodno propustiti »virum nobilem comitem Georgium ad propria redeuntem cum equis quadraginta, familia, arnesio et rebus suis.«

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 41. — Rački Rad XVIII. 222.

258.

1298, 26. februara. U Zadru.

Radi se o razdiobi zemalja.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione undecima, die tercio exeunte februarii, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Henrici de Thuderto Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Ghisi egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos quidem Vitaça filius quondam Miche de Lemesio et Lipa filia quondam Vitaçe de Scolatura ciues Jadrenses, quomodo sponte et uoluntate divisionem inter nos facimus et confirmamus de possessionibus que fuerunt quondam Vitace de Scolatura et Dabriçe eius uxoris, patris et matris mee Lipe et aui ac auie mee Vitaçe per medietatem in hunc modum scilicet; quia mihi Lipe accidit in parte et sorte mea inprimis tertia pars integra borealis cohoperta et amurata

unius possessionis seu ospicii extendendo lineam ab angulo loci, quod est una possessio cum predicto ospicio, ex parte austri super viam publicam et veniendo uersus boream usque ad domum quondam Cosse Saladini, ac etiam cum tertia parte curie sue transuersalis, sicut confines sunt positi, in qua est quoquina. Cuius ospicii lapidei partim et totus predictus locus est dicti Vitaçe pro sua alia medietate cum duabus partibus curie transuersalis predicte. Cui possessioni, videlicet ospicio, loco et curie ex quirina et ex austro sunt vie publice, ex trauersa partim est ecclesia sancte Marie de Loniualdo et partim est quedam ambitus, et ex borea est domus Bartholomei Saladini, que fui(!) Cosse patrui sui. Item tota una vinea posita prope riuum cum omnibus suis pertinentiis, cui ex austro partim est terra Jacobi de Madio et partim est vinea heredum quondam Mathei Çisami, ex trauersa partim est vinea quondam Mauri de Crisogono et partim est vinea cuiusdam mulieris, ex borea est vinea Damiani Mauri de Stocha, et ex quirina est via publica. Item unus derrus positus supra sanctum Johanem, cui ex austro est derrus Nicolai Votchara, et ex borea est derrus, qui fuit plebani sancte Marie. Et mihi dicto Vitaçe accidit in parte mea totus locus predictus cum aliquantibus ospicii predicti et cum duabus partibus curie interiori, ex parte transuersali posite prope ecclesiam sancte Marie de Boniualdo secundum confines superius declaratos. Item omnes terre posite in insula Dobropolane . . . . que sunt in tribus peciis, quarum prima firmat ex austro iuxta terram monasterii sancti Nicolay, ex traversa iuxta mare, ex borea et ex quirina iuxta terras Dimini Ç[an]çadei, et alia firmat ex traversa iuxta viam publicam, et ex aliis partibus iuxta terras dicti Dimini. Et tercia pecia terre firmat ex borea iuxta terram heredum quondam Detaidy de Cotopagna, ex quirina iuxta terram heredum quondam Jacobi de Lemesio, ex austro partim iuxta terram dicti monasterii sancti Nicolay et partim iuxta terram Laurentii de Ciualellis, et ex trauersa iuxta viam publicam. Item tota una terra posita ad Osrignum, cui ex austro est terra Proddi de Cossa, ex trauersa partim est terra dicti Proddi et partim est terra Jacobi de Madio, et ex quirina est quedam vinea super terram Petriçi de Arbe. Insuper ego predictus Vitaça recepi in me de voluntate predicte Lipe terras de Stubel et terras de Muruiça et ortum positum extra portas ferreas occasione librarum centum et quinquaginta venetorum paruorum, quas Micha quondem pater meus habere debebat a Dabriça auia mea, sicut in testamento eiusdem Dabriçe continetur facto et completo per Viuercum Alexii Jadrensem notarium sub anno incarnationis Christi millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense aprili die nono intrante, indictione octaua, Jadere etc., ut in eo legitur. Chuam (!) possessionem et predicta omnia et singula et quodlibet

predictorum notarii predicti Vitaça et Lipa cum heredibus et successoribus nostris . . . . promittimus et debemus firma habere perpetuo et tenere nunquam contra[veni]re sub bonorum nostrorum omnium obliga[tione] presencium et futurorum. Preterea teneamur et promittimus unus alteri ad inuicem cum heredibus et successoribus nostris excalomniare(!) et defensare partes suprascriptas ab omni homine et persona in racione super nos et omnia bona nostra presentia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Marino filio quondam Pribislaui et Bradano caligario filio Radovani et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Madius Varicassa iudex examinator manum missi.

Ego Johanes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum notarii).

Original u gubern. arkivu u Zadru. Odio sv. Dominika. no. 693.

259.

1298, 5. aprila. U Rimu.

Bonifacije VIII. podjeljuje samostanima reda sv. Klare iste povlastice i prava, kako imade red Malobraćana.

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus sororum inclusarum ordinis sancte Clare presentibus et futuris salutem et apostolicam benedictionem. In sinu sedis apostolice uester ordo consistens sic splendet per incrementa uirtutum, quod digne meretur precipuis attolli fauoribus et specialibus gratiis confoueri. Nos quidem ordinem ipsum libenter prosequimur prerogatiua fauoris et augmenta suorum processuum promouemus. Sane felicis recordationis Vrbanus papa IIII. predecessor noster cum multa prouidentia regulam uestram instituit, sub qua domino deseruitis, et ut eam possetis salubrius obseruare, et ne sub diuersorum magisterio uiuendi modos ualeretis incurrere differentes, inter cetera statuit, ut sub illorum cardinalium, qui forent pro tempore gubernationi, protectioni ordinis fratrum Minorum a sede apostolica deputati, obedientia, cura et regimine deberetis de cetero permanere, quibus teneremini firmiter obedire; et ipsi animarum uestrarum sollicitudinem gerentes et curam monasteriis ordinis dicte sancte et personis degentibus in eis, capellanis, conuersis et familie tam per se quam per viros ydoneos, quotiens expe-

dire uiderent uisitationis officium, studerent impendere corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in menbris(!), que correctionis seu reformationis officio noscerent indigere, instituerent nichilominus et destituerent, ordinarent, statuerent atque disponerent, prout secundum deum expedire uiderent. Cum igitur per hec et alia inter uestrum et dictum fratrum Minorum ordines specialis esse caritas censeatur, nos uolentes, quod idem ordo uester felicioribus exinde augeatur auspiciis, ut tanto salubrius possitis reddere domino uota uestra, quanto potioribus fueritis libertatibus et gratiis a sede apostolica communite, apostolica uobis autoritate concedimus, ut uos ac omnia et singula monasteria uestri ordinis tam exemptionis priuilegio quam omnibus immunitatibus, libertatibus et indulgentiis et aliis priuilegiis quibuscunque utamini et gaudeatis ac uti et gaudere possitis, que prefato fratrum Minorum ordini ac eius fratribus et personis sunt ab eadem sede concessa uel in posterum concedentur, quatenus huiusmodi exemptionis priuilegium et immunitates, libertates, indulgentie ac alia priuilegia uobis competunt uel competere possunt uel poterunt, et quatenus uos et monasteria ipsa potestis ac poteritis esse capacia eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, nonis aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 91. — Pečat izgubljen.

Prijepis iz XIV. stoljeća na pergameni, u istom arkivu i odjelu br. 96. — Nije ovjerovljen.

260.

1298, 29. aprila. U Zadru.

Ivan, Dobroslava, Prodana i Gruba, djeca pokojnog Dragana prodaju Grubiši i ženi mu Miri svoju zemlju u Lukoranu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indictione vndecima, die penultimo mensis aprilis, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Henrici de Thuderto Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Ghisi egregii comitis. Manifestum

facimus [per] hoc presens instrumentum nos quidem Johannes filius condam Dragani, Dobroslaua . . . . rini, Prodana relicta Obradi et Gruba soror earum, filie condam dicti Dra[gani] . . . . be conscenciente(!) Priboio viro suo, quomodo insimul damus, uendimus atque transac[tamus uobis] quidem Grubse filio condam Radosii et Mire filie naturali Johannis de Ciuale[llis, iuga]libus, totam unam nostram terram positam ad Lucoranum in insula cum medieta[te] macerie sue, que est ex parte quirine iuxta Gardauesam relictam Andree de Cotopagna, cuius macerie alia medietas est ipsius Gardauese. Cui terre ex trauersa partim est vinea Desimiri et partim est terra Simonis Bonfacini, ex borea est vinea Stephani de Cosiça et ex austro est vinea uestra. Cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, haben[ciis et pertinenciis tam] subtus terram, quam supra terram, a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus uestris ipsam terram cum suis pertinenciis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi, et omnia alia faciendi sicut de uestro proprio, nemine uobis uestrisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente. Precio cuius uendicionis siue transactionis recepimus a uobis dictis Grubsa et Mira iugalibus libras viginti duas denariorum venetorum paruorum, quas dare intendimus pro anima patris nostri, sicut ad obitum suum nobis comisit. Vnde uos predicti Johannes, Dobroslaua, Prodana et Gruba sorores, cum heredibus et successoribus nostris nos obligamus et promittimus uobis predictis Grubse et Mire iugalibus, uestrisque h[eredi]bus et successoribus predictam terram cum suis pertinenciis excalumpniare et defensare ab o[mni] homine et persona in racione super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jursa filio condam Vulcoslaui, et Gregorio filio condam Desiçi et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Jacobus Çadulinus examinator manum misi.

Ego Johannes Qualis imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 92.

261.

1298, 29. aprila. U Rimu.

Bonifacije VIII. papa nalaže redu Malobraćana provincije jugoslavenske, da izašalju dva druga, koji će istirati hereziju u hrvatskim i srpskim zemljama.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio . . . ministro provinciali ordinis fratrum Minorum in administratione provincie Sclavonie, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex omnibus mundi partibus, que christiana religione censentur, teneamur ex officii debito extirpare letiferam pestem heretice pravitatis, in partibus tamen Servie, Rasie, Dalmatie, Crovatie, Bosne atque Istrie provincie Sclavonie iminet nobis hec sollicitudo propensius, ubi eandem pestem propter malitiam temporis, que in detrimentum fidei catholice perversa genimina germinavit, ex evidentia operis et fame notitia persensimus abundantius succrevisse. Cupientes igitur in dictis partibus et in archiepiscopatibus Duracensi, Antibarensi, Ragusino, Spalatensi et Jadrensi et diocesibus suis per aliquos de fratribus tui ordinis partem super hoc nostre sollicitudinis adimpleri, discretioni tue per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum fratrum ipsius ordinis tue administrationis idoneos ad huiusmodi opus dominicum exequendum, eisque in virtute obedientie districte apostolica precipere auctoritate procures, ut inquisitoris officium in locis predictis contra hereticos, credentes, fautores, defensores et receptatores eorum iuxta formam in aliis apostolicis litteris expressam, que fratribus predicti ordinis inquisitoribus huiusmodi pravitatis in eisdem locis deputatis auctoritate apostolica et imposterum deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto inquisitoris officio destinantur, exequi studeant diligenter. Nos enim predictos duos fratres, quos ad hoc elegeris, et utrumque ipsorum prefatum officium exequi iuxta formam in litteris ipsis expressam, ac ipsos illam potestatem et auctoritatem plenarie habere volumus, que in eisdem litteris continentur. Si vero tu, vel vicarius tuus, te absente, aliquem inquisitorem huiusmodi ex aliqua forte causa nonnunquam fore videritis amovendum, ipsum amoveatis et substituatis loco illius alium, quem similem potestatem et auctoritatem habere volumus, quotiens vobis, deliberatione cum aliquibus discretis fratribus dicti ordinis prehabita, hoc fore videbitur faciendum, et si aliquem vel aliquos inquisitorum ipsorum decedere forte contigerit, nos substituendi de consilio aliquorum discre-

torum fratrum eiusdem ordinis alium vel alios loco illius vel illorum, qui decesserint, ita quod huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque vicario, si tu absens fueris, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum III. kal. maii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Monum. Hung. I. br. 614. str. 381. Iz reg. an. IV. ep. 143. fol. 30. — Wadding Annal. Minor. V. 398. — Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 474. no. 150. — Farlati Illyr. sacr. VII. 54. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 5, 543—544. — Fermendžin Acta Bosnae br. 98. str. 17. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.670.

262.

1298, 1. maja. U Dubrovniku.

Petar biskup stonski i korčulski podjeljuje crkvi Malobraćana u Senju oprost prigodom njezinog posvećenja.

Petrus miseracione diuina episcopus Stacnensis[1] ac Crozolensis. Dilecto sibi in Christo fratri Marcoco(!) guardiano fratrum minorum Segne salutem in domino. Intellecto, quod uos et fratres ordinis uestri intenditis ecclesiam quam habetis in ciuitate Segna facere consecrari, nos qui libenti animo fideles ubicunque existentes ad pietatis opera in quantum possumus animamus, si de vestri diocesani processerit voluntate, de omnipotentis dei et gloriose virginis Marie ac beatorum Petri et Pauli apostolorum etiam eius auctoritate confisi, vobis tenore presencium concedimus potestatem, ut omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam annuatim die ipsius consecracionis et per septem dies sequentes causa devotionis acceserint, possitis vice nostra unum annum de iniuncta eis penitentia misericorditer relaxare. In cuius rei testimonium has litteras vobis transmittimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Ragus[ii], kalendis maii, anno domini millesimo CC⁰ nonagesimo octauo.

Original u arkivu samostana na Trsatu. — Na listini visi o končanoj uzici pečat voštani.

[1] Drugom rukom: stagnensis.

263.

1298, 1. maja. U Rimu.

Bonifacije VIII. papa osniva biskupiju u Šibeniku.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . . . archiepiscopo Jadrensi, et dilecto filio electo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia cunctorum mater fidelium et magistra, que superne dispositionis arbitrio super universas orbis ecclesias obtinere dinoscitur principatum, statum, conditiones et qualitates locorum et temporum provida circumspectione discutiens, nonnulla locorum ipsorum, causa rationabili suadente, in civitates interdum erigit et episcopalis decorat insigniis dignitatis; aliqua vero ex causa huiusmodi nonnunquam predictis privat insigniis, utrisque retribuens iuxta suorum exigentiam meritorum. Habet siquidem fidedigne relationis assertio, quod ab olim inter cives Tragurienses et homines ville Sebenicensis in Spalatensis provincia constitute gravis et periculosa dissensio adhuc durans, ea occasione potissime fuit exorta, quod venerabilis frater . . . Traguriensis episcopus et cives predicti villam ipsam debere subesse asserebant et asserunt Traguriensi ecclesie, ac de diocesi eius esse; prefatis hominibus firmiter asserentibus ex adverso, predictam villam nec eidem subiectam ecclesie, neque de [diocesi] ipsius fore dicunt, sed sibi potius proprium deberi episcopum, seque dignitatis episcopalis fore titulo decorandam. Nos igitur ad pacem fidelium et quietem paterna sollicitudine intendentes, et volentes benignius non levibus animarum et corporum obviare periculis, que inter cives et homines supradictos possent, prout asseritur, occasione huiusmodi evenire, ac etiam carissime in Christo filie nostre Marie consortis carissimi in Christo filii nostri Caroli illustris regis Sicilie regine Vngarie illustris, nec non et dilecti filii nobilis viri Georgii comitis civitatum Dalmatie, in qua Traguriensis civitas et villa predicta consistunt, nobis super hoc humiliter supplicantium ac asserentium, dictam villam Sebenicensem fore locum insignem, et alias multiplici commoditate dotatum, devotis annuere precibus in hac parte, plenam quoque gerentes de vestra circumspectione fiduciam, qui super hiis omnibus habere poteritis notitiam pleniorem, mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios prefatam villam Sibenicensem, nostra freti auctoritate, civitatis insigniis decorantes, maiorem et solemniorem ecclesiam dicte ville, cum ei secundum sui status et ecclesie cathedralis decentiam fuerit de dote

provisum, eadem auctoritate in cathedralem ecclesiam erigatis, que Spalatensi ecclesie loci metropolitice tanquam eius suffraganea iure metropolitico sit subiecta, ac deinde aliqua, prout decens extiterit, de bonis eiusdem ecclesie Sebenicensis, postquam dotata et in cathedralem fuerit sic erecta, in usus episcopalis mense episcopi, qui pro tempore fuerit, ipsius Sebenicensis ecclesie deputetis, eidem insuper ecclesie Sebenicensi propriam sine alicuius preiudicio assignetis diocesim, certis prout expedierit finibus limitatam; ac nichilominus eidem ecclesie Sebenicensi hac vice personam idoneam, que tanto congruat oneri et honori, preficiatis auctoritate predicta in episcopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem ecclesie Sebenicensis ei spiritualiter et temporaliter committendo; ac per te, frater archiepiscope, adscitis tibi duobus vel tribus episcopis gratiam et communionem apostolice sedis habentibus, eidem munere consecrationis impenso, faciatis sibi ab eius subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi; ita tamen, quod per hec capitulo eiusdem ecclesie Sebenicensis, ad quos electio episcopi Sebenicensis futuris temporibus, cum contigerit eam vacare, pertineat, et Spalatensi ecclesie in iure metropolitico nullum imposterum preiudicium generetur. Contradictores etc. Non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras etc. usque mentionem. Sic ergo in premissis prudenter ac laudabiliter vos gerere studeatis, quod proinde a domino premium et a nobis commendationis titulum possitis non immerito promereri. Datum Rome apud sanctum Petrum, kal. maii, anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 615. str. 381—382. Ex orig. reg. an. IV. ep. 153. fol. 32. — Lucius Mem. di Traù 136.—137. — Farlati Illyr. sacrum. IV. 459. III. 296. (fragmenat). — Katona Hist. crit. VI. 1196. — Fejér Codex dipl. VI. 2, 154. — Wenzel Codex dipl. Arpad. cont. X. 189. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.672. — Kukuljević Reg. no. 1602.

264.

1298, 18. maja. U Rimu kod sv. Petra.

Bonifacije VIII. papa izabranomu nadbiskupu spljetskom Petru podjeljuje palij.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Petro electo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum palleum,

insigne videlicet pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per dilectum filium Gregorium canonicum Spalatensem, nuntium tuum, cum ea qua decet instantia postulatum, vestris suplicationibus annuentes ipsum de corpore beati Petri sumptum per venerabiles fratres nostros ... Traguriensem et ... Pharensem episcopos, suffraganeos tuos, assignandum tibi per eundem nuntium duximum transmittendum, ut illud tibi assignent sub forma, quam eis sub bulla nostra mittimus interclusam, et a te nostro et ecclesie Romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipiant iuramentum. Tu autem illo infra ecclesiam tuam illis diebus utaris, qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis. Ut igitur signum non discrepet etc. fraternitatem tuam monemus etc., quatenus humilitatem et iustitiam, dante domino, qui dat munera et premia elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et Spalatensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite, auctore domino, spiritualiter et temporaliter augmentare. Datum Rome apud sanctum Petrum, XV. kalendas iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 162. str. 115.—116. Iz reg. an. IV. ep. 192. fol. 44. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.677.

265.

1298, 18. maja. U Rimu kod sv. Petra.

Bonifacije VIII. papa nalaže biskupima trogirskomu i hvarskomu, da nadbiskupu spljetskomu predadu palij.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus ... Traguriensi et ... Pharensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum palleum, etc. transmittendum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum palleum ipsum iuxta premissam formam sibi assignare curetis, et ab ipso nomine nostro et ecclesie Romane sub forma, quam vobis sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipere iuramentum. Formam autem iuramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per eiusdem electi patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium studeatis quamtotius destinare. Datum ut supra.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 163. str 116. Iz reg. an. IV. ep. 193. fol. 44. — Potthast Reg. pontif. no. 24.678.

266.

1298, 8. juna.

Prodaje se pusta zemlja u Medjumurju.

Nos conuentus fratrum cruciferorum domus hospitalis de Noua curia significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod Stephanus et Petrus filii Adriani de genere Damasa, pro se et pro Mychaele ac Paulo fratribus suis, filiis eiusdem Adriani, personaliter coram nobis comparendo, terram ipsorum hereditariam Mura uocatam, cum duabus sessionibus in eadem Mura et Rednuk existentibus; item duas particulas terre eorum empticias Benczygy et Bela nuncupatas et porcionem eorundem in quadam silua Nogyobod dicta existentem, inter Drauam et Muram adiacentem et contiguam fluuio predicto Mura, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earundem, aquis scilicet, siluis et fenetis ac locis molendinorum, iuxta estimacionem nobilium virorum cognatorum suorum et uicinorum, Damasa scilicet et Ladizlai de genere Damasa, Nycolai filii Akus, Nykolai(!) filii Pauli, Bartholomei generi Alexandri, Gregori filii Olyueri, Lorandi claudi, ac Hertinyg, quos idem Stephanus et Petrus adduxerant ad estimandam terram antedictam, licet tamen predicta terra si populosa fuisset, maioris ualoris esset et precii; sed quia desolata uidebatur et habitatoribus inquieta(!) omnique carens comodo, pro uiginti marcis denariorum confessi sunt uendidisse magistro Stephano filio comitis Hoholdi iure perpetuo et suorum heredum successoribus possidendam et habendam, sumpmam pecunie ad plenum recepisse affirmantes ab eodem. Quam scilicet terram secundum formam priorum litterarum nostrarum memorialium, a festo beati Georgii martiris usque octauas pentecostes pro quinque marcis pignori obligauerant[1] magistro Stephano prenotato, et pro omissione termini solucionis et redempcionis alias quinque marcas racione dupli incurrerant, ad quod se ultronea obligauerant uoluntate. Taliter eciam se obligarunt, quod iidem Stephanus et Petrus, ac ipsorum posteritates, ab omnibus impetitoribus predicte terre prefatum magistrum Stephanum ac suos successores tenerentur expedire; et si expedire non possent, extunc tantam et tante utilitatis, qualem de predicto magistro aufferent, pro ipsis dare tenebuntur de ipsorum hereditaria possessione in alio loco existenti magistro Stephano et eiusdem heredibus supradictis. Cuius

[1] Slijedi točkicama naznačeno, da se je pisar zapisao: »et pro omis«.

*

quidem terrarum mete sic distinguntur: Incipit enim prima meta in fluuio Mura a parte terre Andree filii Dominici, quam similiter uendidit prefatus Andreas magistro Stephano antedicto; et idem uadit uersus meridiem ad unum lacum, et per unam uallem directe uadit ad unam malakam Valizka uocatam; deinde uadit ad aliam malakam Crazna uocatam, et per eandem tendit usque fluuium Bednuk, ibique diuertit ad orientem et peruenit ad fluuium Zygnyk; ibi iam diuertit ad aquilonem, iuxta unum riuulum eundo incidit iterum in fluuium Mura, ubi separat a terris filiorum Alexandri et Paridis, ibique terminatur. Discursiones predictarum metarum coram notario nostro per nos ex pedicione(!) parcium predictarum ad hoc transmisso sunt designata (!) nullo penitus contradictore existente. In cuius uendicionis memoriam et perpetuam firmitatem concessimus litteras nostro sigillo roboratas. Datum in quindenis pentecostes, anno domini M^{0} CC^{0} nonagesimo octavo.

Original u kr. ugar. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1503. Stara signatura: N. R. A. fasc. 611. no. 16. — Na listini visi o svilenoj vrvci zelene i žute boje istrošen pečat voštani. — Na hrptu bilješka početka XV. vijeka: »Super possessione Damasa«.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 326.—327.

267.

1298, 14. juna. U Cazmi.

Georgije sin župana Inusa prodaje neke svoje robove Ladislavu sinu župana Ugrina.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorêm, quod nobilibus viris magistro Georgio filio comitis Inus ex una parte, et Ladizlao comite filio comitis Vgrini ex altera, coram nobis personaliter constitutis, idem magister Georgius quosdam seruos suos empticios sicut dixit, videlicet Paulum vna cum filio suo Chuetku nuncupato et vxore sua Scorowa vocata in nostri presencia constitutos et per nos pala[m] et oculte requirendo, qui se seruos cuiusdam magistri Georgii esse fatebantur, eidem Ladizlao comiti et per eum suis heredibus heredumque successoribus pro decem et octo pensis denariorum banalium habitis plene ab eodem, prout retulit, uendidisse et tradidisse coram nobis est confessus irreuocabiliter habendos et iure perpetuo possidendos. Assumpsit etiam et obligauit se dictus magister

Georgius expediturum eundem Ladizlaum comitem et eius heredes, si qui eosdem successu temporis racione prefatorum seruorum molestare nitterentur uel turbare, propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei certitudinem et robur perpetuum ad peticionem parcium presentes contulimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum sabbato proximo ante festum beatorum Wyti et Modesti, anno domini MCC° nonagesimo octauo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1298. — Pečata nema, samo su prorezi za pečat.

268.

1298, 13. jula.

Andrija kralj ugarski i hrvatski daruje Ugrinu sinu Pousovu posjed Pobor u vukovskoj županiji.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex vniuersis Christi fidelibus presentes litteras intuentibus salutem in eo qui regibus dat salutem. Licet regia maiestas manum munificam porrigere debeat vniuersis; illos tamen, quorum experta probitas laudata est in prosperis et aduersis, prosequi debet munificencia largiori, ut alii eorum exemplo inuitati feruencius ad fidelitatis opera accendantur. Proinde universitati omnium tam presencium quam futurorum harum serie litterarum fieri volumus manifestum, quod magister Vgrinus filius Pous de genere Chak regni nostri baro fidelissimus ad nostram accedens presenciam fideles et laudabiles Mathei, Pauli et Michaelis filiorum comitis Vrbanus personaliter coram nobis astancium famulatus, quos eo tempore, quo idem magister Vgrinus nostre maiestatis uestigia sequebatur, diuersis se furtune casibus obponendo exercuerunt et impenderunt, nobis insinuare curauit; ac inter cetera eorum fidelitatis obsequia hoc precipue enucleare cupiens manifestius explanauit, ut dum Tartari partes Macho obsedissent, et ad nostre maiestatis perturbacionem ac detrimentum, et regni nostri Hungarie deuastacionem se transferre niterentur; Matheus, Paulus et Michael filii Vrbanus predicti, feruore fidelitatis accensi cum predicto magistro Vgrino domino ipsorum fluuium Zava transeuntes, abiecto rerum et persone sue periculo uiriliter dimicauit; ubi prefatus Matheus letali vulnere sauciatus claudicacionis sui pedis est passus orbitatem, et duos Tartaros

militari suo exercio(!), prout idem magister Ugrinus retulit, capite detruncauit, quorum capita idem magister Vgrinus nobis Bude existentibus transmisit. Ad cuius fidelitatis et uictorie laudabilis remuneracionem predictus magister Vgrinus estuans feruentissime a nobis humiliter postulauit, vt quandam terram Pabar uocatam in comitatu de Wolko existentem, cum locis quatuor uillarum ad eandem uillam Pabar attinencium, Jelun, Togia, Mihaly et Ereztuen uocatarum, nostre collacioni pertinencium, in recompensacionem seruiciorum Mathei ac fratrum suorum predictorum, cum omnibus suis vtilitatibus ipsis de regia benivolencia donare dignaremus. Nos vero ex officio suscepti regiminis merita singulorum metiri debemus, ipsius magistri Vgrini peticionem iustam, legitimam et racionabilem esse considerantes, predictam uillam Pabar uocatam, cum vtilitatibus suis uniuersis et tributis, ac locis quatuor uillarum memoratarum, et earum omnium usibus uniuersis, iuxta ueteres metas et antiquas, quibus heedem antea limitate fuerant et possesse, de consilio prelatorum, baronum et nobilium regni nostri fidelium nobiscum consedencium, Matheo et fratribus suis antedictis, ac per ipsos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus damus, tradimus et contferimus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas. In cuius donacionis testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras priuilegiales dupplicis sigilli nostri robore communitas sev roboratas. Datum per manus venerabilis patris fratris Anthonii episcopi ecclesie Chanadiensis aule nostre vicecancellarii, anno ab incarnacione domini M⁰ CC⁰ nonagesimo octauo, tercio idus iulii, regni autem nostri anno similiter octavo.

Original u arkivu grofova Zay u Zay-Ugróczu (Erdelj). Vidi se trag gdje je visio pečat.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. XII. 617.—618. — Kukuljević Reg. no. 1603.

269.

1298, 15. jula. U Zadru.

Stjepan sin Bratkov, pa Vukša, Prvoslava i Dminoj zamjenjuju svoje vinograde u Cerodolu dozvolom samostana sv. Krševana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, die quinto decimo intrante mense iulii, indicione vndecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti

ducis Venecie, et domini fratris Henrici venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Gyso egregii comitis. Fateor ego Stephanus filius olim Brathco Çinimirich habitator ad Cernum in villa Nicolay Dobre de Begna ciuis Jadre per hoc presens instrumentum, quomodo de permissione et consensu religiosi viri domini fratris Johannis abbatis monasterii sancti Grisogoni de Jadra do, trado et transacto nomine et titulo permutacionis et cambii uobis Vochse filio olim Vulcoy et Peruosclaue relicte olim Desisclaui fabri, et Dminoy filio eiusdem Peruosclaue habitatoribus ad Blattam iuxta sanctum Thomam, totam vnam meam vineam positam ad Çerodolum in terra eiusdem monasterii; cui de trauersa est vinea Bogdani filii olim Stoyci, de quirina vinea cuiusdam, qui moratur in Jadra, de austro via puplica, et de borea vinea Yuani Lupsich; a modo in antea cum plena uirtute et potestate vineam ipsam intromittendi, tenendi, possidendi, dandi, permutandi, uendendi alienandi et pro anima et corpore omnimodam uestram uoluntatem ex ea libere faciendi, nemine uobis in perpetuum contradicente; cum omni latitudine et longitudine sua et cum omnibus suis terminis, habenciis et pertinenciis et que sibi in integrum pertinere possent tam subtus terram quam supra terram, saluo tamen iure predicti monasterii, videlicet[1] septima parte vini et omnium aliorum fructuum ex dicta vinea proueniencium annuatim, et quolibet alio iure ipsius existente; promittens eciam ego prefatus Stephanus excalumpniare et defensare cum heredibus et successoribus meis prefatam vineam uobis Vochse et Peruosclaue et Dminoy et heredibus et successoribus uestris ab omni homine et persona in racione super me et bona mea omnia presencia et futura. In concambium cuius permutacionis et cambii ego prefatus Stephanus recepi a uobis Vochse et Peruosclaue et Dminoy totam vnam vineam uestram positam ad Obroueç in terra monasterii sancte Marie monialium de Jadra et redit decimam partem pro terratico ipsi monasterio; cui de trauersa est vinea Dominici Stancouich, de quirina vinea Draseç Sartenich de borea vinea Radoy Cosanich et de austro vinea, Jurse filii Scançe. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Martino de Ritessis et Jacobo de Gregorio ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Georgius Mathey de Georgio examinator manum misi.

---

[1] Dva puta napisano.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Marie maioris Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVII. masso S. no. 20.

270.

1298, 20. jula. U Rabu.

Svene udova Nikole de Cernotta obvezuje se platiti Andriji de Cotopagna 45 libara.

C. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indicione vndecima, die duodecimo exeunte iulio, Arbi. Temporibus equidem domini nostri Petri Gradenici incliti ducis Venecie, et venerabilis fratris Georgii de Hermolao Arbensis episcopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis; presentibus Cipriano Nicole de Hermolao et Petro Taritono ciuibus Arbi et aliis. Ego quidem Suenne vxor olim Nicole de Cernotta de Arbo per hoc presens instrumentum sum contenta, confessa et manifesta dare debere Andree filio condam Andree de Cotopagna ciui Jadre libras quatraginta(!) quinque denariorum paruorum, quas debeo et teneor per me et meos heredes et successores super me et omnia bona mea presencia et futura dare et soluere sibi et suis heredibus et successoribus hinc ad vnum annum completum nuper venturum, saluas in terra in ciuitate Jadre sub pena duppli et omnium expenssarum(!) omni condicione et occasione remota.

(Drugi rukopis).

Ego Creste de Fusco examinator manum misi.

Ego Philippus Sergii de Dane Arbensis notarius scripsi, compleui, roboraui et consueto signo signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 19.

271.

1298, 14. augusta. U Napulju.

Darovnica Karla II. za knezove Šubiće.

»Sane pensantes grandia, grata et accepta servicia per viros nobiles Paulum banum Croatorum et Georgium ac Maladinum fratres, civitatum Dalmacie comites, dilectos consanguineos, affines et fideles nostros, ab olim nobis exhibita, et que ipsos exhibituros speramus in antea, illud speciali rememoracione volventes, quod in manutenenda, gubernanda et defendenda causa nostra de regno nostro Ungarie contra hostes, insidias et conatus, labores graves, sollicitudines vigiles et tediosa gravamina pertulerunt, civitates, castra, villas, terras et possessiones in regno Ungarie et Sclavonie ac partibus Dalmacie et Croacie constituta, que sive tenuerint abhactenus, sive clare memorie Karolus primogenitus noster Ungarie rex ipsis concesserit vel donarit etc. . . dictis Paulo bano et fratribus et eorum cuilibet etc . . confirmamus.« etc. Datum [X]IV. augusti undecime indictionis.

Reg. Angioini. Reg. Caroli II. 97. sv. 244. no. 10. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 39.—40. (dat. 14. augusta). — Rački Rad. XVIII. 222. (dat. 14. aug.) — Wenzel Acta extera. I. 421.

272.

1298. 29. augusta. U Novaku.

Meštar Egidije sin Grgurov dariva Križarima u Novaku posjed svoj Vratinu.

Magister Egidius filius magistri Gregorii omnibus quibus presentes ostenduntur salutem in salutis largitore. Quoniam ea que in tempore aguntur ne sine(!) tempore deruantur seu elabantur, sed pocius stent et perseuerent in statu firmiori, litterarum solent testimonio communiri. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod nos habita deliberacione diligenti et uoto fouendo monasterio beate virginis de Nowak quandam terram nostram in vyznicatu Wratyna existentem similiter Wratyna vocatam cum omnibus utilitatibus suis, terris scilicet arabilibus, fenetis, siluis, molendinis et duabus vineis Mark, qui condam in ipso vyznicatu residebat, in terra nostra existentibus et per ipsum monaste-

rium fratribus Cruciferis in eodem monasterio residentibus ob remedium et salutem animarum domine aue nostre et magistri Gregorii fratris nostri carissimi dèdimus, donauimus et contulimus perpetuo et irreuocabiliter possidendas; tali tamen condicione mediante, vt iidem fratres et successores eorundem in qualibet ebdomada semel missam pro salute animarum prius dictorum teneantur celebrare, ita videlicet, quod nec nos nec aliquis officialium nostrorum aliquam iurisdiccionem vel exaccionem preter eosdem Cruciferos in populis eorundem habere dinoscamur. Mete autem terre predicte hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in duabus arboribus fyz̄ iuxta aquam Zakoych cruce signatam; inde vadit ad duas metas terreas, vnde tendit per magnam viam ad vnum angulum ad arborem tewl cruce signatam et ibi est meta terrea; inde vertit directe versus partem septemtrionalem ad duas arbores gergyan(!)[1] et zyl cruce signatas, vnde adhuc directe ad II arbores fyz et tel(!) cruce signatas; inde per viam ad II metas terreas; inde ad arborum piri cruce signatam, que est iuxta gay, de qua vadit ad duas metas terreas, inde ad arborem harazth cruce signatam, inde ad arborem piri cruce signatam, iuxta quam est meta terrea, tamen semper iuxta siluam gay ad duas metas terreas, que sunt iuxta aquam Zagoych[i][2], qua transit ad partem orientalem et in magno spacio circuendo iuxta ipsam siluam per laz ad arb[orem] gergyan cruce signatam, de qua ad partem meridionalem ad duas metas terreas; inde adhuc ad meridiem ad arborem twl cruce signatam; inde transiens nemus vnum venit ad duas arbores twl cruce signatas iuxta aquam Lokoucz a parte meridionali et cadit ad magnam viam vergens versus occidentem ad metam priorem ibique terminatur. Presens autem collacio facta extitit et limitata presente venerabili patre domino M[ichaele] dei gracia episcopo Zagrabiensi fratre nostro karissimo. Datum sub castro nostro Nowak, in festo decolacionis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo CC. nonagesimo octauo.

Iz originalnog prijepisa Jana Vitovca i Nikole Iločkoga, slavonskih banova od god. 1461. 28. oktobra u kr. ug. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.817. Stara signatura: Coll. Zagr. Jesuitarum fasc. 5. no. 2.

Kako je vidjeti iz ove stare signature, a visoke brojke državnog ug. arkiva, bila je ova listina u zagreb. zemaljskom arkivu (a to bilježi još i Kukuljević: Reg. 1604), te je zajedno s drugima (N. R. A.) poslana po banu Khuen Héderváryu u Budimpeštu.

Kukuljević Reg. no. 1604. (Čini se, da K. nije pravio ovoga regesta po samoj listini, koju naznačuje, poglavito za to, jer ne navadja medja).

---

[1] Valjda mjesto »gertyan«.

[2] Ovaj put se nalazi još iznad ch kratica ˜

273.

1298, 4. oktobra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim mire se plemići od plemena Okića.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod Nycolaus et Agk filii A[rla]ndi, Dyonisius filius Johannis pro se et pro Gregorio ac Athycha fratribus suis ab una parte, Matheus filius Detrici, Borch filius Borch pro se, et Martimus (!) filio suo, Bartholomeus filius Pocela[1], Jacov filius Petrus pro se et pro aliis propinquis et cognatis suis absentibus nunc, uidelicet Mathe filio Blase, Belos filio Alexandri, Trosel filio Trosel, Jacobo filio Nicolai et Ivan filio Chybriani ab altera, nobiles vtrinque do genere Acha in nostri presencia personaliter constituti, confessi sunt asserentes, quod cum inimicicie, aduersitates et hostilitates super occisione cognatorum, seruiencium populorumque ac seruorum suorum, nec non super occupacione possessionum et spoliacionibus inter eos suborte et ventilate diucius perdurassent. Tandem ipse partes paci et vnioni de voluntate et consensu omnium fratrum et proximorum suorum prenominatorum p[re]textu proximitatis, qua sibi inuicem attinere dignoscuntur consulentes, cor et animum perpetue concordie applicarunt, restitutis comin[us](!) per filios Arlandi et Johannis omnibus possessionibus seu terris tam Mathey et Borch quam aliorum cognatorum eorundem predictorum; renunciantes vniuersis inimiciciis et aduersitatibus pretactis huctenus(!) durantibus questionibus in iuribus et accionibus super premissis inimiciciis, occisionibus cognatorum uel quorumlibet ad eos spectancium in iudicio uel extra iudicium a modo mouendis uel etiam suscitandis quocumque ingenio, occasione siue modo; si que vero parcium reminisscens(!) preterite ex nunc aduersitatis et litis alteram inpeteret in iudiciumque trahens in hac parte moueret accionem, ipso facto in pena et solucione centum marcarum parti in iudicium tracte tenebitur strepitu iudicii procul acto. Cautum etiam extitit inter partes, quod si aliqua parcium, specialiter uero [dicti] filii Arlandi aut filii Johannis in personam Mathey, aut idem Matheus in personam alicuius ipsorum mortem attemptaret et hoc euidenter [constaret, pars] cedem huiusmodi committens filiis uel proximioribus occisi ducentas marcas absque strepitu iudicii soluere tenebitur atque dare; si [uero iidem filii] Arlandi aut filii Johannis Borch aut filium suum sev aliquem ex prenominatis cognatis Mathey et eiusdem

---

[1] Potela?

Borch, aut iidem aliquem ex filiis Arlandi uel Johannis interficerent, et hoc similiter euidens foret et pateret, pars huiusmodi mortem perpetrans filiis uel proximioribus interfecti centum marcas soluere tenebitur, iudicii strepitu minime atte[m]ptato. Ceterum ordinatum et uallatum utrinque extitit per partes, quod si que parcium a modo possessiones, vineas uel alias vtilitates eorundem possessionum ad alteram partem hereditario iure pertinentes iniuste occupar[et], et super hoc protestacio per partem iniuriam suf[ferentem] fieret coram nobis, pateretque huiusmodi occupacio, sepefati filii Arlandi et filii Johannis supradicto Matheo aut idem Matheus ipsis filiis Arlandi et Johannis, si inter eosdem super tali occupacione possessionum ageretur, in quadraginta marcis ante litis ingressum tenebuntur, accione tamen salua partis iniuriam sufferentis remanente; si uero per eosdem filios Arlandi aut filios Johannis possessiones quelibet predicti Borch aut reliquorum cognatorum suorum uel per ipsum Borch sev predictos cognatos suos occuparentur, triginta marcas pars occupaci[onem] aggrediens, [ni]si infra medium anni de huiusmodi occupacione possesionum se emendare curauerint, parti alter iniuriam passe in hac parte [soluere] . . . .[1] Datum die sabbati ante octauas beati Mychaelis arcangeli, anno domini M⁰ CC⁰. nonagesimo octauo.

Original na više mjesta izlizan ili ostrugan u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.843. bivša zbirka Kukuljevićeva. — Na listini visi končana vrvca. Pečata više nema.

Kukuljević Reg. no. 1605.

274.

1298, 7. oktobra. U Zadru.

Tolimir sin pokojnog Radovana prodaje svojoj braći Vučjaku i Radoslavu svoju trećinu nekog mjesta u Zadru.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indictione duodecima, die septimo intrante mensis octubris, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici de Tuderto venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Ghysii egregii comitis. Fateor namque Tholimirus filius condam Radouani Jadrensis,

---

1 Čini se kao da je nasumce otstrugano.

quomodo vendo, do, dono atque transacto uobis quidem Velçiaco et Radoslauo fratribus meis totam et integram meam terciam partem vnius loci absque domo, quem (!) habeo pro indiuiso uobiscum, positam in ciuitate Jadre in confinio sancti Siluestri de Babis. Cui ex borea est locus Dominici de Cisterna, ex trauersa est domus Prine sororis Orlandi, ex austro est domus Radçi, et ex quirina est via publica, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subter terram quam supra terram, a modo in antea cum plena virtute et potestate cum heredibus et successoribus uestris ipsam terciam partem meam dicti loci intromitendi, habendi, tenendi, possidendi, gaudendi, vendendi, donandi, alienandi, pro animabus et corporibus indicandi et quicquid ex eiusdem uobis uestrisque heredibus et successoribus libere et perpetuo placuerit faciendi, sine alicuius persone contradictione. Precio cuius vendicionis ego predictus Tholimirus plene habui et recepi a uobis suprascriptis fratribus meis libras vigintiquinque denariorum venetorum paruorum, quas mihi plene dedistis et integre persoluistis in pecunia numerata. Vnde cum meis heredibus et successoribus ego prenominatus Tholimirus prefatam terciam partem dicti loci cum omnibus proprietatibus suis, habenciis et pertinenciis uobis suprascriptis fratribus meis uestrisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare me obligo et promitto in racione ab omni homine et persona super me et omnia mea bona presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Domince filio condam Radoslaui et Nicola Supario Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Grisogonus Zauata examinator manum misi.

Ego Franciscus ecclesie sancti Petri noui subdiaconus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 93.

275.

1298, 7. novembra. U Zadru.

Bonivaldo, Pavao itd. talijanski trgovci opunovlašćuju Vita de Slorado itd., gradjane zadarske, da podju tražiti robu od razbile ladje na otoku Visu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, die septimo intrante mense nouembri, indicione duodecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Gyso egregii comitis. Nos Boniualdus de Boniualdis et Paulus de Grusi et Sygerius de Pisis et Miçel de Florencia et Nicolettus de Trano uocatus Mugauarus presenti puplico(!) scripto fatemur, quomodo facimus, constituimus et ordinamus nobiles viros Vitum de Slorado et Rogerium Mustacium et Jacobum de Gaya ciues Jadre nostros procuratores et nuncios speciales ad petendum et exigendum coram nobili viro domino potestate Farre et Bracie eiusque iudicibus et curia seu coram quocumque alio iudice uel rectore cuiuscumque ciuitatis et loci a quocumque seu quibuscumque personis, qui haberent aliquid de mercantariis seu mercimoniis nostris, que fuerunt in quadam nostra naui, que maris procellosi discrimine passa est naufragium in insula Lysse, ac eciam de tabulis corredis, armamentis, ancoris et aliis omnibus que fuerint de substancia siue corpore nauis predicte, ad agendum, placitandum, aduocandum, aduocatorem tollendum, vniuscuiusque generis ius iurandum, in animas nostras prestandum, set(!) eciam audiendum vnum uel plures procuratores, loco eorum substituendum et ad componendum de certa parte cum hiis, qui aliquid haberent uel habuerunt de predictis et singulis predictorum, et ad faciendum plenam securitatem, finem, quietacionem et remissionem et pactum de amplius non petendo, omnibus et singulis cum quibus super hiis ad pactum et concordiam et composicionem deuenerint sicut de iure uel consuetudine fuerit facienda, et ad obligandum nos personaliter et omnia bona nostra ubicumque sistencia(!) de obseruandis et attendendis omnibus et singulis, atque per ipsos nostros procuratores nostro nomine promissa fuerint atque gesta, et generaliter et specialiter omnia alia et singula faciendum et exercendum tam in iudicio quam extra iudicium, que nosmet facere et exercere possemus, si personaliter presentes essemus. Promittentes nos predicti Boniualdus de Boniualdis et Paulus de Grusi de Ancona

et Sigerius de Pisis et Miçel de Florencia et Nicolettus de Trano vocatus Mugauerus(!) predicti ratum et firmum habere perpetuo cum heredibus et successoribus nostris quicquid per predictos nostros procuratores factum fuerit in predictis et quolibet predictorum uel per substitutum seu substitutos ab eis sub obligacione bonorum nostrorum omnium presencium et futurorum. Item contenti sumus et placet nobis, secundum quod inter nos et prefatos nostros procuratores conueniencie pacto stetit, quod de toto eo, quod de predictis et singulis poterint recuperare eos habere medietatem et nos aliam; quam nostram medietatem non debeant dare uel assignare nisi nobis omnibus uel certo nostro procuratori vno uel pluribus, qui haberent specialem nostram commissionem uel mandatum ad hoc. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo filio Damiani de Slorado et Natalino sartore filio condam Grasselli ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Daniel Zauata iudex examinator examinaui.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie, Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana. Capsula XXII. no. 544.

276.

1298, 7. novembra. U Zadru.

Ivan Civalelli pravi svoju oporuku.

Ego Johannes de Ciualelle(!) ita ordino, ut filius meus Lompre post obitum meum pro anima mea faciat de libris trescentis(!), quod facio expensare: in primo ad fratres Predicatores libras sexaginta, ubi sum frater et obitum meum teneat usque ad uitam suam; item Frane seruiciale mee in drapi et leto(!) et denari(!), quod ualeat libras quadraginta; item fratribus Minoribus libras decem, ad sancto(!) Nicola libras quinque et sancta Maria de Meleta libras quinque, a sancto Grisogonus(!) solidos quadraginta, a sancta Maria monialium solidos quadraginta, a capitulo Jadre libras quinque, ad ospitale ad pauperci(!) libras quinque, ad Scollo libras duas, a sancto Michael de Monte libras duas; item mille missas detur pro anima mea ad celebrandum et residuum istarum librarum

trescentarum(!) detur ad pauperes, ubi ei filio meo uidetur, et si ei filio meo uidetur de isto residuo dare bastardo nostro, fiat in suo arbitrio. Et totum istum si potes facere in uno anno bene, et si non, infra duo annorum detur et expensetur totum, et istum dimitto super anima sua et residuum detur pauperes(!), et illum dimitto filio meo heredes(!) omnia bona mea et meam benedictionem sicut filio meo karissimo. Item detur fratri Benedicto a patrio meo libras quatuor, item dompno Marino patrino meo tabaro meo sanguineo; item si aliquis homo pecietur, quod ego sum ei debitus, quod non credo, fiat in sua prouidencia filio meo et comissario meo; de isto residuo mittatis ad capitulo(!) prouinciale ad celebrandum missas, sicut uobis uidetur cum conscilio fratris Benedicti patrino meo(!), Et hoc est ultima mea uoluntas et ita faciat sicut scriptum est in ipsa cedula et facia(!) fieri testamentum.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus de uoluntate et assensu Lampredii de Ciualellis ciuis Jadre et in presencia fratris Simonis prioris conuentus fratrum Predicatorum de Jadra et fratris Petri Ueneti, qui mihi porexerunt quandam cedulam scriptam et sigillatam sigillo ipsius Lampredii et dixerunt, quod predictus Johannes de Ciualellis rogauit eos, ut custodirent ipsam cedulam, et post eius obitum darent in manibus notarii ad reducendum in publicam formam, hoc testamentum exemplaui de uerbo ad uerbum, sicut inueni scriptum manu propria ipsius Lampredii et sigillatum suo sigillo in una carta, que reperta fuit apud predictos fratres clausa, nil addens uel minuens, quod sentenciam mutet uel uariet intellectum; currentibus anno incarnacionis Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indicione duodecima, die septimo intrante nouembri, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici(!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Henrici de Thuderto Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Ghisi egregii comitis; presentibus Martino de Lemese plebano sancti Michaelis de Jadra, Marino Qualisi presbitero eiusdem ecclesie, Micha de Micusso et Marco de Cantono ciuibus Jadre ad hoc uocatis et rogatis testibus et roboraui.

(Signum not.).

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika no. 694.

277.

1298, 13. decembra. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuhskim predaje Ivan sin kneza Kleta svojoj maćuhi selo Thyuzen (!) u vukovskoj županiji.

Nos capitulum Quinqueecclesiense memorie commendamus, quod nobilis iuuenis magister Johannes filius comitis Ladizlai filii Cleti, vna cum fratribus suis carnalibus et non uterinis personaliter in nostri presencia constitutus, dixit et est confessus viua voce, quod ipse post obitum patris eorum hanc terram seu uillam eorum Thyužen uocatam in comitatu de Wolkow situatam et existentem, cessisset nobili domine nouerce sue et filiis eiusdem ad utendum seu ad alendum fratres suos pro tempore, seu usque ad tempora diuisionis faciende inter ipsos, secundum regni consuetudinem approbatam, donec scilicet fratres sui legitimam peruenerint ad etatem. Datum in octauis sancti [N]icolay confessoris, anno domini millesimo CC^{0}. nonagesimo octauo.

Original bio je u arkivu kr. komore u Budimu. Pečat otpao.

Izvana: »Super terra Thyuzen, quam cedit magister Johannes fratribus suis ad utendum«.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 623. — Kukuljević Reg. no. 1606.

278.

1298, 20. decembra. U Spljetu.

Suci kurije spljetske skidaju sekvestar s mošta samostana sv. Benedikta, koji je bio učinjen po nalogu arcidjakonovom.

In dei nomine amen. Anno domini MCCLXXXXVIII^{0}, indictione X., die XX.^{0} decembris, temporibus domini nostri Andree regis Vngarie, egregii viri domini Mladeni comitis, domini Petri archyepiscopi Spalatensis, nobilis viri . . . iputii, domini Jacobi de Ancona capitanei et nobilium virorum domini Egidii, Petri, Petracche et Duymi Peruusclaui iudicum civitatis Spaleti. Dictus dominus capitaneus de consensu et uolumptate(!) iudicum et consciliariorum(!) precepit et dixit, quod sequestrum factum de uno tinario et quarto de mus[to] de terra domine abatisse sancti Benedicti penes Drag . . . Turicço (!) ad petitionem Milci sartoris de precepto archi[di]aconi sit relaxatum, et quod dictum mustum

reddatur dicte domine abbatisse dicto sequestro non constante, cum uisum fuit eis, quod dictus dominus archidiaconus non habuerit(!) nec habeat potestatem fatiendum(!) aliquod sequestrum inter laycos. Actum in palatio, ubi habitat dictus capitaneus, presentibus Jacobo Dobri et Cebro Petri testibus.

(Drugi rukopis).

Ego Stefaniçius Nicole expreceptor domini kapitanei(!) examinaui.

(Signum not.).

Ego Andreas magistri Petri de sancto Elpidio publicus imperiali auctoritate et nunc notarius iuratus ciuitatis Spaleti predicta de mandato dicti capitanei scripsi et publicaui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

279.

1298, 26. decembra. U Vrani.

Pavao ban hrvatski preuzimlje listinu kralja Bele danu knezovima Gušićima krbavskim.

Nos Paulus banus totius Choruacie memorie comedantes(!) significamus tenorem(!) presentium quibus expedit uniuersis, quod accedentes ad nostram presentiam viri nobiles de Chorbauia Gusichy Gvidus, Desina et Pribislaus fratres huterini (!) conquerentes super comitem Churiachum, ostenderunt in nostra presentia coram nobilibus viris regni Choruatorum circa nos existentibus unum priuilegium domini nostri Belle(!) regis, per quod priuilegium dominus noster Bella rex dedit Ladislauo patri eorum filio comitis Jacobi de Chorbauia Gusich pro fideli seruitio suo sibi et suis heredibus sex possessiones positas in Chorbauia cum omnibus metis et pertinentiis eorum. Primo Dramotischa et Poteribafye, que confinat cum Crabosenichi et dicti Crabosenichy, Plachotinauas, Chouachiche et Bafignare, que sunt ad confines Gezche, et unam possessionem in Choruatia Domachofci in Luca, ibidem cognatus noster comes Churiacus promisit in nostra presentia bona uoluntate sua et fuit confessus et contentus redere et dare Gvido, Desino et Pribislauo dictas eorum possessiones datas patri eorum Ladislauo per dominum nostrum Bellam regem, et hec per totum setembrem(!) ab isto tempore presenti proxime venturo sub pena ducentarum marcharum; quod si dictus dominus comes Churiachus non adimpleret seu non attenderet usque ad terminum constitutum promissionem suam Gvido, Desino et Pribislauo,

dicte pene medietas curie debeat euenire, et reliqua medietas Guido cum predictis fratribus suis, et iustitia eorum sit semper salua pro tempore futuro. In cuius rei testimonium et maiorem cautelam has presentes fieri fecimus sub et apensione nostri nostri(!) sigilli munimine roboratis(!). Datum Aurane, sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, die XXVI-a adexeunte(!) mense decembris.

Original u državnom mletačkom arkivu. Izmedju listina, koje je Austrija vratila posebnim ugovorom godine 1868. mjeseca jula.

(B. Archivio de Stato in Venezia. — Patti sciolti. serie II. — Atti restituiti dall' Austria, no. 39.).

280.

1298.

Andrija kralj ugarski i hrvatski izuzimlje Mihajla od plemena Gutkeled i njegove podanike ispod jurisdikcije župana vukovskoga.

Andreas dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo qui est vera salus omnium. Regalis sublimitatis inmensitas fideliter sibi famulantes suo munere prosequitur gracia ampliori, vt ceteri eorum exemplo inuitati ad fidelitatis opera vehemencius accendantur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod attendentes fidelitates et seruiciorum merita magistri Stephani filii comitis Mychaelis de genere Guthkeled fidelis et familiaris inuenis nostri, que idem nobis a tempore coronacionis nostre ex conspicuis suis actibus multipliciter diuersis clarens meritorum virtutibus in omnibus et singulis expedicionibus regni nostri fideliter exhibere curauit et deuote, tunc specialiter, cum exercitum mouissemus contra dominum Albertum, eo tempore ducem Austrie et Styrie, inimicum nostrum specialem, nunc autem regem Romanorum semper augustum, idem magister Stephanus se diuersis fortune casibus submittendo, nobis cernentibus opus consueuit uirtutis non deserens dimicando laudabiliter obsequium exercuit graciosum vtpote miles strenuus subtus castrum Wyenne, aduerse partis, videlicet Theotunicorum impetum non formidans nec multitudinem hostium expauesscens(!), letaliter extitit vulneratus. Item cum Rolandus woywada et fratres sui, filii Thome, contra nos processerunt ausu temerario, et eorum

castrum Adryan nuncupatum faceremus expugnari, idem magister Stephanus consueta fidelitate sub eodem castro Adrian(!) vulnera letalia recepit super se. Nolentes ipsius magistri Stephani meritoria obsequia sine beneficio remuneracionis pertransire, de benignitate regia licet amplioribus et pocioribus digne remunerandus fuisset, tamen ad memoriam successorum et in refformacionem(!) ceterorum hanc graciam specialem eidem magistro Stephano et per eum suis heredibus duximus faciendam, quod quia idem magister Stephanus assiduis suis querimoniis nobis recitabat, quod populi seu iobagiones ipsius in suis vniuersis possessionibus residentes dampna, destrucciones et grauamina quam plurima per iudicium et feritates sentenciarum comitum parochialium et curiales comites eorundem, maxime per comitem de Wolkow et curialem comitem eiusdem [perpessi] fuissent, eundem magistrum Stephanum et populos seu iobagiones ipsius vniuersos congregatos et congregandos super possesiones eiusdem vniuersas in comitatu de Wolkow, quam in aliis comitatibus et regno nostro Hungarie cons[titutis], a iudicio et iurisdiccione seu potestate comitis de Wolkow et curialis comitis eiusdem, ac aliorum comitum parochyalium(!) et in quouis comitatu existencium pro tempore constitutorum duximus in perpetuum eximendos, dantes firmiter in mandatis eisdem comitibus parochialibus et curialibus comitibus eorundem, et specialiter comiti de Wolkow, ut nullus ipsorum predictum magistrum Stephanum, heredes eiusdem ac vniuersos populos seu iobagiones [ipsius contra] graciam eidem per nos factam in hac parte de certo audeat aut presumpmat iudicare, sed si aliquis aliquam accionem habet contra ipsum et suos populos seu iobagiones, experiantur in nostri presencia iuris ordine cum eisdem [et] per nos iusticiam p[oterit cons]equi pleniorem. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri domini Anthonii episcopi Chanadiensis aule nostre uicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M⁰CC⁰. octuagesimo[1] VIII.[2] regni nostri autem anno octauo.

Iz orig. potvrde kralja Karla od god. 1324. kojom se potvrdjuje potvrda istoga kralja od god. 1319. što sadržaje ovu Andrijinu darovnicu. — U kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. med. aevi a. 1298.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 295—297. gdje je štampan prijepis od g. 1319. — Kukuljević Reg. uo. 1607.

---

[1] Pogrešno prepisano u transumptu; ima biti »nonagesimo«.

[2] Sliedi riec »autem«, koja je podcrtana, a po tom ima se eliminirati.

281.

Oko 1298.

Mihajlo biskup zagrebački zabranjuje kaptolu zagrebačkomu, da nesmije davati nikakova živeža medvedgradskomu kastelanu Janinu.

Mychael dei gracia episcopus Zagrabiensis honorabilibus viris fratribus suis in Christo karissimis(!) capitulo Zagrabiensi, sincere karitatis(!) augmentum cum benedictione paterna. Relatum est nobis, quod Ganinus castellanus de Medued a uobis peteret victualia, vnde cum ecclesiam nostram sibi uel cuique alteri tributari non uelimus, deuocioni uestre vniuersitatis mandamus in presentibus, quatenus dicto castellano de Medued de uictualibus breuiter nichil detis nec dari faciatis.

Liber privileg. eppatus Zagrab. list 66. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 240. i Mon. civ. Zagrab. I. 76.—77. — Farlati Ill. sacr. V. 386. — Fejér Codex dipl. Hung. VIII. 6. p. 5. ima god. 1302., a veli, da je original u arkivu kapt. Zagreb. — Kukuljević Reg. no. 1600.

282.

1299, 8. januara. U Pečuhu.

Kaptol pečuhski izvješćuje kralja Andriju o istrazi, koju je vodio u županiji vukovskoj.

Excellentissimo domino suo Andree dei gracia inclito regi Hungarie capitulum Quinqueecclesiense oraciones in domino. Receptis litteris comitis Stephani viceiudicis curie vestre, nomine ac uice magistri Stephani de genere Durusma hominis uestri, cum Johanne filio Bernalch de eodem genere Durusma, seruiente et cognato suo, hominem nostrum magistrum Nicolaum canonicum ecclesie sancti Johannis Baptiste de Quinqueecclesiis transmisimus ad exequenda ea, sicut exprimetur. Idemque Johannes pristaldus cum eodem homine nostro ad nos rediens nobis dixit, quod ipse presente homine nostro, in sabbato post festum circumcisionis domini accedens in uillam Rozbeyd filii Lamperthy Thalman uocatam in comitatu de Wolkou situatam, ubi reperiendo Dyonisium filium Mortun Tholmany dictum, fratrem uidelicet patruelem predicti Rozbeyd, cui quidem Dyonisio et populis de eadem uilla, iobagionibus eiusdem Rozbeyd commorantibus in una curia sub una

porta, dixit uerbo uestro, ut in quintodecimo die a predicto sabbato die computando predictus Rozbeyd secundum formam ante dictarum litterarum uiceiudicis curie uestre nobis transmissarum, illas litteras, quibus mediantibus littere introductorie uidentur reuocari, exhibeat in persona, et non per procuratorem suum contra magistrum Johannem de Wosoud, quod tunc recognoscatur de reuocacione litterarum introductoriarum predictarum; quin ipsum magistrum Johannem pro facto principali et preiiudiciis, in quibus contra ipsum Johannem ydem(!) Rozbeyd dignoscitur fore conuictus, in eandem possessionem Thalman(!) uocatam intromittentes, finem debitum huic negocio facietis, sicut postulauerit ordo iuris. Datum tercio die post festum epiphanie domini, anno eiusdem millesimo CC⁰ nonagesimo nono. Supradictas autem litteras uiceiudicis curie uestre nobis transmissas reddidemus(!) eidem magistro Johanni, sicut in eisdem litteris suis comes Stephanus uiceiudex curie uestre peciit a nobis.

Izvana: »Domino regi pro magistro Johanne de Wosod.«

Original u arkivu grofova Zay. Na hrptu pritisnut voštani pečat. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. vol. 3. 113.—114. po istom izvoru. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 354.—355. — Kukuljević Reg. no. 1610.

283.

1299, 13. januara. U Pečuhu.

Pred biskupom pečuhskim Ivan Imburov Požežanin protestira protiv nasilnika Gileta.

Nos P[aulus] diuina miseracione episcopus Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Iwan filius Imbur de Posega ad nostram accedendo presenciam per modum protestacionis et dicendo protestatus est, quod magister Gyletus filius Gyleti ipsum de possessionibus suis effugasset, et possessiones suas destruxisset et citari faceret eundem in facie possessionum earundem; ad cuius citacionis seriem exequendam ob metum eiusdem magistri Gyleti accedere formidaret, eo quod unum fratrem ipsius occidi et seruientem suum uulnerari fecerit in ipsius preiudicium et iacturam. Datum Quinqueecclesiis, in octauis epiphanie domini, anno domini M⁰CC⁰ nonagesimo nono.

Original u biblioteci budimpeštanskoga narod. muzeja. Bivša zbirka Jankovićeva.

Kubinyi Monum. Hung. I. 174. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. V. 214. po originalu i X. 342—343. — Kukuljević Reg. no. 1611.

284.

1299, 22. januara. U Čazmi.

Gjuro unuk Grubešin i brat mu Matej ustupljuju biskupu zagrebačkomu Mihajlu posjed Medjurječje u ime naknade za učinjenu štetu u posjedu episkopata zagrebačkoga.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie, et fratres Symon nunc subprior et Stephanus lector, ac conuentus fratrum Predicatorum domus loci eiusdem vniuersis quibus expedit significamus presencium per tenorem, quod Georgius filius Gregorii filii Grobesa, tam pro se quam pro fratre suo Matheo in nostri presencia personaliter constitutus, venerabili patre domino nostro Michaele dei gracia episcopo Zagrabiensi in medio nostri presencialiter assistente, confessus est publice asserendo, quod cum ipsi contra Petrum filium Prelsa super dampnis seu nocumentis diuersis et iniuriis, quibus eundem Petrum, populos suos fugando, captiuando, ipsorumque bona uiolenter auferendo grauiter fuerunt persecuti, non ueriti in hac parte fidem predicti domini sui episcopi uiolare, per publicam sentenciam seu iudicium comprouincialium suorum, predialium uidelicet, rei et conuicti redditi exstitissent, et propter hoc possessionibus suis in episcopatu existentibus per dictum dominum episcopum digne fuissent priuati, maxime quia eciam postmodum Henrico bano, tunc contra regiam maiestatem procedenti, ausu ducti temerario adherentes, super liberam uillam Chasmensem, domos fratrum ipsius domini episcopi, capituli loci eiusdem, sub uexillo eiusdem Henrici bani irruerunt, dampna inibi plurima inferendo. Tandem uolentes ipsum dominum episcopum placare et eidem tam de notoriis et manifestis excessibus, per quos sanctam ecclesiam Zagrabiensem dominam et matrem suam recognouerunt grauiter offendisse, pro posse satisfacere, vt nichilominus redire et recipi in pristinam ipsius sancte matris ecclesie graciam ualerent, totum ius ipsos Georgium ac Matheum in possessionibus Mergereuche uocatis contingens, iuxta tenorem aurei priuilegii Bele regis felicissime recordacionis sepefato domino episcopo et ecclesie sue in recompensacionem dampnorum suorum et huiusmodi excessuum emendacionem libera et spontanea uoluntate sua tradiderunt et dederunt ac assignarunt iure perpetuo possidendum et habendum pacifice et quiete, contradiccione, excepcione et tergiuersacione quibuslibet in posterum procul motis et sopitis. In cuius rei memoriam et certitudinem presentes litteras sigillorum nostrorum munimine concessimus roboratas.

Datum feria quinta proxima post festum beate Agnetis virginis, anno domini MCC. nonagesimo nono.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 58.

Tkalčić Mon. episc. Zagrab. I. 240.—241. — Kukuljević Reg. no. 1612.

285.

1299, 27. februara. U Zadru.

Veliko vijeće zadarsko posudjuje od samostana sv. Krševana osamnaest libri.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, indicione duodecima, die penultimo mensis februarii, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Henrici de Thuderto Jadrensis archiepiscopi, ac domini Leonardi Ghisy egregii comitis. In pleno et maiori conscilio(!) ciuitatis Jadre ad sonum campane et uocem preconis in sala maioris palacii comunis Jadre more solito ad infrascripta specialiter congregato. Ibique nobilis vir dominus Leonardus Ghisy prenominatus comes Jadre vna cum suo consciliario(!) domino Fantino Dandulo et iudicibus suis, cum uoluntate, assensu et auctoritate omnium hominum dicti conscilii nemine contradicente uel discordante, set omnibus uolentibus et conscencientibus(!) et ipsum conscilium totum uice et nomine tocius comunis Jadre ac pro ipso comuni fuerunt contenti, confessi et manifesti se habuisse et plenarie recepisse a venerabili fratre domino Johanne humilli abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra libras decem et octo grossorum venetorum mutuo gracie et amoris pro peragendis negociis et utilitatibus ipsius conscilii et tocius comunis Jadre; quam uero pecuniam idem dominus abbas in deposito habebat apud suum monasterium. Quare predictus dominus comes cum consciliario suo, iudicibus et toto conscilio predicto, et ipsum conscilium nomine et uice tocius comunis Jadre promisserunt et se obligauerunt cum suis successoribus predicto domino abbati et suis successoribus predictas libras decem et octo grossorum venetorum dare, reddere et restituere saluas in terra absque omni periculo et occasione uel ullo interposito capitulari, et saluas facere super se et omnibus bonis antedicti comunis Jadre mobilibus et immobilibus presentibus et futuris; renunciantes ad hec omni iuri, accioni, excepcioni, consuetudini et statuto ac legum auxilio

et decretorum, pro quibus contra predicta facere uel uenire possent et se tueri. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Leonardo Flabanigo, Marco Treuisano et Nicolao Leuato de Veneciis mercatoribus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Desa de Fafogna iudex esaminator (!) manum missi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula VIII.

286.

1299, 11. marta. U Zadru.

Jakob de Gaya gradjanin zadarski postavlja svojim zakonitim zastupnikom Vita Slorada i Rogerija Mustacija.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, die vndecimo intrante mense marcio, indicione duodecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici venerabilis Jadrensis archiepiscopii, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Jacobus de Gaya ciuis Jadre per hoc presens instrumentum, quod cum ego tamquam procurator et nuncius simul cum Vito de Slorado et Rogerio Mustacio ciuibus Jadre sapientum virorum Boniualdi de Boniualdis et Pauli de Grusi de Ancona et Sigerii de Pisis et Miçelis de Florencia et Nicoletti de Trano uocati Mugauari habuerim potestatem ab eis substituendi procuratorem alium loco mei, prout de hoc plene constat puplico(!) instrumento scripto manu notarii infrascripti sub anno incarnacionis Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, die septimo intrante mense nouembri, indicione duodecima, Jadre et cetera, ut in eo legitur, idcirco ego substituo loco mei predictos Vitum de Slorado et Rogerium Mustacium procuratores et nuncios ad omnia et singula, in quibus ego simul cum eis fuerim constitutus, et que ego a predictis Boniualdo de Boniualdis et Paulo de Grusi de Ancona et Sygerio de Pisis et Miçele de Florencia et Nicoletto de Trano uocato Mugauaro habuerim in mandatis, ita, quod ipsi possint loco mei et sui petere, agere, placitare, aduocare, aduocatum tollere, componere, iuramentum pre-

stare et omnia et singula facere et exercere tam in iudicio quam extra, que egomet simul cum eis possem, si personaliter interessem, uirtute et auctoritate instrumenti predicti. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marino plebano sancti Stephani et Bartholomeo Contar[eno] plebano sancte Marie maioris de Jadra et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Desa de Fafogna iudex esaminator(!) manum misi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XV.

287.

1299, 23. marta. (U Napulju).

Kralj napuljski šalje na dar konja knezu omiškomu.

Karlo II. kralj napuljski nalaže: »Hugueto de Palefredis et domino Nicolao de Prichina magistro marescallo curie« *i* »secreto Apulie« . . . »exhibere et assignare fratri Stephano monacho sancti Johannis (al Benedicti) de Dragurio(!), nuncio magnifici viri comitis Almacie(!), karissimi amici nostri, unum bonum et pulchrum equum, valentem usque ad quinquaginta uncias auri, quem per ipsum monachum eidem comiti mittimus«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 60.
Rački Rad XVIII. 222.

288.

1299, 29. marta. U Čazmi.

Rodjaci kneza Hudine odstupljuju biskupu zagrebačkomu Mihalju sva prava na posjed Medjurječje, jer ih isti biskup prehranio, da nisu skapali od glada.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis per presentes, quod magistro lectore

Zagrabiensis ecclesie vice et nomine venerabilis patris domini nostri Michaelis dei gracia episcopi ab una parte, Daniele et Stephano filiis Petri, fratris condam Hudina, pro se et Iwan fratre eorum, Bors filio Petri filii Gurke pro se et pro Georgio ac pro Paulo filiis Pauli, proximis suis; item Bata et Toma filiis Batachyn pro se et Iwan fratre suo, ac pro filiis eiusdem Bata, uidelicet Batachyn et Martino, Pryezda filio Bogdan, pro se et filiis suis Bogdan et Paulo nuncupatis, proximis et consanguineis Hudyna supradicti ab altera, coram nobis personaliter constitutis, idem Daniel et ceteri de parte sua prenominati confessi sunt oraculo viue uocis, asserentes, quod cum ipsi in paupertatem seu inopiam nimiam propter crebros depredatorum regni insultus et uastus incidissent, et famis inedia laborantes per prefatum dominum nostrum episcopum tunc misericorditer et pie cum eisdem agentem et uictum seu alimoniam ipsis impendentem sustentati et de famis periculo erepti exstitissent, in recognicionem et reconpensacionem huiusmodi gracie et subuencionis tempore necessitatis sub eodem domino nostro episcopo habite et recepte, totum ius et proprietatem, quod et quam in terris seu possessionibus Mergerywche nuncupatis, iuxta continenciam aurei priuilegii Bele regis habere dinoscuntur, dederunt et tradiderunt ac statuerunt ad manus predicti domini nostri episcopi in perpetuum quiete et pacifice possidendum, renunciantes singuli et vniuersi omni iuri et proprietati habitis usque modo in possessionibus memoratis. Datum in dominica letare, anno domini MCC. nonagesimo nono.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 58.
Tkalčić Mon. episc. Zagr. I. 241.—242. — Kukuljević Reg. no. 1614.

289.

1299, 7. aprila. U Skradinu.

Pavao ban uzima za patrona svoga i svoga roda sv. Ivana Krstitelja, gradi mu crkvu kraj Skradina i predaje ju redu Franjevaca Malobraćana.

Nos Paulus banus Coruacie[1], Dalmacie[2] et dominus Bosne. [Ad] vniuersorum ac eorum Christi fidelium, ad quos presentes peruenerint[3] littere[4] inspecturorum presencium[5] et futurorum noticiam[6] ac perpetuam rey[7] memoriam uolumus peruenire, quod nos una cum consorte nostra

[1] B Croatie. [2] B Dalmatie. [3] A slijedi suvišno: presentes. [4] B litteras.
[5] B presentium. [6] B notitiam. [7] B rerum.

domina Vrsa banissa[8] ellegimus[9] pleno affectu animoque deliberato et tota uoluntate habere nobis sub deo et beata Maria uirgine beatum Joannem Baptistam pro nostro heredumque nostrorum patrono et domino, deuotissime et specialiter ellegisse ipsique tota deuocione[10] *astringere, secundum quod*[11] affectus gloriam recipit ex effectu[12]. Ad laudem omnipotentis dei et beati Johannis Baptiste honorem et universam[13] Christiani populi utilitatem uolumus hedificare[14] et a fundamentis hedificamus ecclesiam in honore[m] sancti Johánnis Baptiste penes monasterium sancte Elizabet[h] ex aduerso ciuitatis Scardone, ubi soror nostra dilecta domina Stanislaua collegio sanctimonialium presidet hordinis sancte Clare. In qua quidem ecclesia iam per nos constructa, ut dictum est, in honore[m] sancti Johannis Baptiste ad canendum laudes et psalmos omnipotenti deo in remission[em] nostrorum peccaminum et pro salute nostra[15] [et] animarum nostrorum predecessorum statuimus, immo deliberando uolumus uiros deo uotatos[16] fratres Minores hordinis sancti Francisci, ad quem hordinem specialem deuocionem[17] gerimus, introsinare[18] eisque dictam ecclesiam comendare regendam, manutenendam more aliorum monasteriorum ipsius hordinis ex nunc [pro] perpetuis temporibus, ipsisque uiris religiosis iam ibi per nos constitutis pro cotidianis[19] necessariis, uictus scilicet et uestitus, et pro reparacione eiusdem ecclesie [sancti Johannis Baptiste] prouidemus eisdem in mille et quingentis libris denariorum paruorum uenetorum annuatim atque perpetue, quas quidem mille quingentas libras procuratores uel procurator[20] ipsorum fratrum, quem uel quos ad hoc abilem[21] uel idoneos ipsi fratres de comittibus(!) Breberii de domo nostra[22] specialiter asignabunt, extractis[23] de poscessionibus[24] infrascriptis, quas emimus pecuniis certis. Inprimis molendinum, quem(!) emimus a Lubauaz[25] ciue Scardonensi pro hiis datis[26] ducatorum[27] centum quinquaginta auri in auro; quod molendinum est in Slap in scopulo iuxta molendina nostra a parte scirocali uulgariter [uocatum] Barsac[28], et vnam valcariam[29] ibidem cum uno murali, in quo sunt V[30] conductus aque[31] siue colovagie[32] uulgariter uocate. Item teram(!), quam emimus duobus millibus librarum a comunitate Scardonensi[33], cultam et incultam[34], nemora et campos cum conductibus[35] aquarum, pascuis et pratis ac[36] tota costa siue monte,

[8] A banisa. [9] B elegimus. [10] B deuotione. [11] A astringi scilicet.
[12] A affectu. [13] A manjka. [14] B edificare [15] A manjka. [16] B devotos.
[17] B devotionem. [18] B introd . . . [19] B cottidianis. [20] B procuratoribus.
[21] B abiles. [22] A nostras [23] A extract . . [24] B possessionibus.
[25] A Lubanac. [26] A huius dctis. [27] A ducentis [28] B Varsaz. [29] B valcuinam.
[30] B quinque. [31] A atque. [32] A colouage. [33] B Scradonensi. [34] B inculta.
[35] A conductis. [36] A in.

cuius confines siue termini certi ascendunt ab aqua siue lacu marino per canale iuxta pratum nostrum et ascendunt usque ad uiam, que ducit uersus uillam vocatam Culiscichi[37] ad portam siue vrata uulgariter dicta, deinde ascendit per uiam, que curit(!) per supercilium[38] montis iuxta macerias anticas[39] et descendit per uiam ad Nedobithe ad flumen uulgariter uocatum Karcha[40], et[41] inde descendit per medium fluuii supradicti in Slap inter molendina nostra supradicta ad lacum marinum continendo in se montes,[42] et uergit per medium laci marini uersus fontem[43] uulgariter uocatum Stubal[44] siue Gezero[45]. Item terram, quam emit consors[46] nostra domina Ursa banissa a quibusdam Scardonensibus[47] precio[48] librarum centum quinquaginta paruorum denariorum uenetorum; que terra posita est penes pratum nostrum inter istos confines: ex parte horientali est mons incultus et ex parte scirocali[49] est uia, que uadit uersus uillam iam[50] dictam Culiscichi[51], ex parte occidentali est pratum nostrum, [et] ex parte boreali est terra Vladislaui filii quondam Petri, vbi ereximus lapidem pro metis[52]. Item terram, quam emimus a Vladislauo supradicto filio Petri ciue Scardonensi[53] pro centum marcis; que terra est sita inter lapidem supradictum et inter terram *nostram et viam*[54] descendentem de Dubrauiza[55] uersus Bitne; cuius terre est latitudo canarum siue stachizarum[56] sexaginta trium mensura Charuatorum; per longum uero incipit a monte inculto et infra attingit usque ad uiam puplicam(!), que ascendit a ciuitate Scardonensi[57] ad Billane[58]. Item uineam nostram uocatam Ceruenicam[59] sitam inter istos confines: a parte boreali dicte vinee est alia uinea nostra mediante inter ipsas uia puplica, que ascendit ad villam Slamnich[60], ex parte horientali sunt rupes et mons incultus[61], ex parte scirocali est uia descendens de Dubrauica[62] antedicta, ex parte [h]occidentali est uia puplica, que descendit de ciuitate Scardonensi[63] ad Billane, ut antedictum[64] est. Item uineam nostram, quam fecimus pastinare[65] nouiter, que est inter istos confines: ex parte boreali est terra Zlotargouich[66], et ex parte scirocali est uinea nostra nominata et uocata Cervenicha[67], ex parte horientali incipit [a] monte inculto equaliter cum terra Tobolouich et infra ad partem hoccidentalem usque ad uiam, que ascendit ad Billane, ut sepe dictum est. Item terra[m], que est in ualle Dabra[68], que sita est inter[69]

---

[37] A Chulischichi. [38] B superclivum. [39] B antiquas [40] A Carcha.
[41] A manjka. [42] B montem. [43] A pontem. [44] A Scubal. [45] A Gesero.
[46] B uxor. [47] B Scrad. [48] B pretio. [49] B sirocali. [50] B supra.
[51] A Culischichi. [52] B per metam. [53] B Scrad. [54] A na . . . . [ia].
[55] A Dubroica [56] A stachigarum. [57] B Scrad. [58] B Bilane.
[59] Cervenicham; B Ceneiza. [60] A Sclamnich. [61] B montes inculti.
[62] B Dubrauissa. [63] B Scrad. [64] B antea dictum. [65] A pascinare.
[66] A Slotargonich. [67] B Cneiza. [68] B Daban. [69] B intra.

istos confines: ex parte boreali est uinea nostra mediante uia, que descendit de Slamnich ad ciuitatem Scardone[70], et ex parte scirocali est mons incultus, ex parte uero hoccidentali est uinea nostra sepedicta uocata Cervenicha[71], que se inde[72] extendit usque ad lapidem iacentem in dicta valle Dabra[73], cuius lapidis est mensura trium cubitorum, et inde uersus partem horientalem quidquid[74] laborare potest usque ad supercilium montis; que vinee supradicte et poscesio(!) nunc nominata est iuris hereditatis nostre, fratrumque et filiorum nostrorum; cuius terre est longitudo centum sexaginta septem canarum siue stachizarum[75] cum dimidia mensura Charuatorum, et hanc cum duabus sescionibus(!) seruorum nostrorum in supplementum dicte dotis[76], ut cetera prenominata et ipsas personas, scilicet ser[vum] Ratconem[77] et Radoslauum in servicium[78] prelibate ecclesie sancti Johannis et fratrum iuxta ipsam comorancium[79] deputamus et assignamus[80]. [Item] duodecim iugera terre, quam emimus a Dragoslaua quondam Dominici cognomento Bersache pro libris LX, que [terra][81] posita est in Coulaniza[82] inter istos confines: ex oriente terra Dobroscii[83] quondam[84] nomine Tuardoch[85] et Stephani Sichirice[86], ex occidente mons incultus, ex boreali et meridionali est terra Lubauci[87] quondam Bratodruzi. Item totam terram sive[88] possessionem, que est in Slamnich, et ipsam villam Slamnich, que est iuris hereditatis nostre, cum suis iustis terminis, ingressibus et egressibus[89], campis et nemoribus, pascuis et pratis, aquis et aquarum conductibus[90] damus et assignamus in supplementum dicte dotis[91] et [hereditatis], hec[92] de voluntate omnium *fratrum nostrorum*[93] et filiorum nostrorum, cum[94] ipsis et cuilibet ipsorum satisfecimus pro iure ipsius hereditatis de quingentis ducatis, ut dicta villa Slamnich sive[95] possessio ipsa libera in nostro arbitrio remaneat, excepta particula ipsius ville sive[95] terre donata Dechli, que eidem remanet libera modalitate seu libertate nobilium Charuatorum. Cuius quidem ville iam notate[96] sunt termini sive[97] confines: cuncti[98] incipiunt a puteo[99] Visneuach et transeunt[100] uersus partem septemtrionalem[101] ad lapidem in biuio *pro metis erecto*[102], inde transit per uiam currentem inter Dubouicam[103] et per spacium[104] usque [ad] Gomilicas[105] vulgariter uocatas et uersus partem borealem vergit; [sed per spacium][106]

---

[70] B Scrad. [71] B Ceneniza. [72] A idem. [73] B Daban. [74] B quicquid.
[75] A stachicharum. [76] B dotationis. [77] B sive rationem. [78] B servitium.
[79] B commorantium. [80] B deputandis et assignandis fratribus. [81] B tamen.
[82] A . . . . (vilenica?). [83] A aliqua. [84] A manjka.
[85] Tvardoucich; A Tuarduch. [86] B Sichirize. [87] A Lubasci. [88] A sicut.
[89] A agressibus. [90] B conductis. [91] B dotationis. [92] A manjka.
[93] A fratrorum. [94] A quod. [95] A sicut. [96] B note. [97] A si. [98] A certi.
[99] B Piteo. [100] B Tarnusium. [101] B orientalem. [102] A per metas erectas.
[103] B Dubouizam. [104] B spatium. [105] B Gomilicam. [106] B sub Prospas.

inter villam Plastovo et puteum Slamnich uocatum *per congeries sive maceries*[107] lapidum iuxta *Chercas sive Grestie*[108] uulgariter uocato[109] ad viam puplicam[110] uocatam Scanschiza[111] cesta ad lapidem ibidem positum iuxta biuium a parte boreali, inde descendit ad fontem vocatum Cocur, et per torrentem descendit ad montem uocatum Gradcina, et a parte horientali ascendit versus partem scirocalem iuxta ad *acervos sive*[112] congeries lapidum pro metis positis et dirigitur ad petram[113] inter vallem Badam et Dabra[114] positam, et descendit a Dabra[115] iterum montem Sridouciça[116] et speluncas. Item terram[117] quam emimus, scilicet mediam partem tocius[118] uille Murno[119] vocate, a nobilibus uiris Murianis[120], videlicet[121] a Dobroscio cognomento[122] Tvardoucich[123] et a fratre suo Gregorio cognomento Oblica[124] et a Granaz[125] eorundem[126] attinente cognomine Biganis[127], pro libris mille ducentis paruorum denariorum venetorum[128]; et duas sessiones seruorum nostrorum, scilicet Nicolai et Petri filiorum Jo[h]annis, qui fuit pastor ecorum(!) nostrorum[129], que due sesciones[130] sunt super dictam terram Murno[131] vocatam. Ex quibus omnibus pretaxatis supranominatis posesionibus in suplementum[132] dicte dotis[133] iam dicte ecclesie pro usibus fratrum inibi comorancium[134], et pro reparacione[135] ecclesie prenominate, ut prelibatum est, procuratores ipsorum fratrum et dicte ecclesie utilitatem conuertant[136], qui pro tempore tunc fuerint, quos[137] ipsi fratres instituerint[138]. Supranominatam summam pecunie extimant[139] mille quingentarum librarum[140], *insuper secundum*[141] possibilium[142] proventuum in[143] ipsarum possessionum et ipsorum[144] fratrum et dicte ecclesie utilitatem conuertant[145], prout ipsis fratribus melius uidebitur expedire. Quas[146] quidem possessiones in suplementum predictarum mille quingentarum librarum supradicte dotis[147] ipsis procuratoribus[148] predictos fratres nobis oblatos ex nunc et in perpetuum damus et asignamus, dantes eisdem procuratoribus liberam facultatem ut nobismet. Et uolumus, ut procuratores tales fratres quociescunque uoluerint mutare valeant auctoritate nostra in hac parte et alios

---

107 A progrediens sic maiores. 108 A Cheeos (!) Grascie. 109 B uocate.
110 B publicam. 111 A saesc . . . ica. 112 A seruos sic. 113 A Petaram.
114 B Dabar et Daban. 115 B ad Daban. 116 A Sridofcica. 117 A terra.
118 B totius. 119 A Mune. 120 A Maials. 121 B et.
122 B Doborsco cognominato. 123 A Tuardouh 124 B cognominato Obliza.
125 A Agrauac. 126 B eorum de 127 A begamus. 128 A veneticorum.
129 B ocarum nostrarum. 130 B sesssiones. 131 A Micno. 132 B supplementum.
133 B dotationis. 134 B commorantium. 135 B reparatione. 136 B coniunctam.
137 B iis. 138 B instituerunt 139 A extant.
140 A slijedi suvišno: infra c[entum]. 141 A supra scudum. 142 B possibilem.
143 A proventurum. 144 B partibus possessione in portione.
145 B convertantur. 146 B quae. 147 B dotationis. 148 B pecuniis.

instituant; et procuratores tales semper sint de comitibus Breberii, ut possessiones supradicte non usurpentur per personas alienas. Uolumus super hoc et sub divini[149] interminacione[150] anathematis prohibentes, ut nulli fratrum nostrorum et filiorum nostrorum, heredumque eorum hanc deuocionis[151] nostre donacionem liceat uiolare in perpetuum seu comodolibet[152] impedire, cum iam ex eorum uoluntate et assensu processit[153]. Ut autem ipsa donacio[154] nostra prelibata perpetue robur obtineat et firmitatem, super presens[155] instrumentum, quod[156] fecimus sub apensione nostri utriusque[157] sigily in cordula rubea[158] munimine duximus roborandum, saluo tamen eo, ut *si quando*[159] ego ipse considerata ipsorum fratrum utilitate et dicte eclesie poscessione[m] ipsam proprio arbitrio valeamus comutare in melius, quod hoc libere facere valeamus, quodque[160] tale concambium[161] idem robur firmitatis[162] habeat[163] quoad presens instrumentum. Datum et actum in castro nostro Scardone[164], die septima aprilis, anno dominy millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione septima*.

Original bio je u Kukuljevićevoj zbirci dalmatinskoj br. 40, taj je on upotrebio za svoja regesta, mi ga ne nadjosmo, nego samo Kukuljevićev prijepis po originalu i taj upotrebismo kao podlogu. Vidjesmo, da je taj prijepis dosta slab, zato ga sravnismo sa rukopisom »Diplomatarium Sibenicense« pohranjenim u c. kr. dvorskoj biblioteci u Beču, Cod. no. 13.461 (Suppl. 541.) fol. 70-a—72-a. — Razlike naznačismo u opaskama. Prijepis iz originala označen je sa A, a diplomatar sa B. Budući da je naš prijepis iz originala bio mjestimice manjkav, a mjestimice pogrešan, to smo ova mjesta zamijenili s onima iz diplomatara, jer nam se činilo, da su bolja. Ta su mjesta kurzivnim tiskom označena.

Ljubić Listine I. 190. skraćeno i slabo po spomenutom kodeksu c. kr. dvor. biblioteke. — Kukuljević Reg. no. 1615.

---

149 A diuinis. 150 B interminatione. 151 B dominationis. 152 B quomodolibet. 153 B processerit. 154 B donatio 155 B presente. 156 B quem. 157 A utrisque. 158 B rubra. 159 A signando. 160 A pro quo. 161 A cum cambium. 162 B firmiter. 163 A abeat. 164 Scradone.

* Indictione »septima« ima godina 1294. Mi mislimo, da je prvobitno imala biti rimskim brojem XII. napisana indikcija, a prepisač mjesto X. čitao V. Zato ostajemo kod god. 1299.

290.

1299, 13. aprila. U Zadru.

Ivan Varikaša obvezuje se platiti Ivanu Kontarenu iz Mletaka veću svotu novaca za prodanu mu sol na Pagu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indiccione duodecima, die tercio decimo intrante aprili, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici(!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Henrici de Thuderto Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceno egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Johannes filius Rainerii de Uaricasis ciuus Jadre, quomodo remansi dare ac teneor tibi quidem nobili viro domino Johanni Contareno ciui Venecie libras quingentas octo et solidos quinde[cim] denariorum venetorum paruorum pro residuo integre solucionis modiorum mille quingentorum salis, quod tibi dare tenebar in insula Pagi in valle Daniccha per publicum instrumentum, quod mihi incisum et cancellatum facere[1] reddidisti. Vnde ego predictus Johannes de Uaricasis cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi predicto domino Johanni Contareno tuisque heredibus et successoribus aut tuo certo misso per me uel per meum certum missum predictas libras quingentas et octo et solidos quindecim denariorum venetorum paruorum dare et soluere hic in Jadra, saluas in terra absque periculo et occasione uel ullis interpositis capitulis usque per totum mensem iunii proxime uenturum, sub [pena] dupli et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa super me et omnia bona mea presencia et futura; et de hoc transacto termino me possis conuenire et conuincere coram quocumque iudice, rectore uel auditore tam ecclesiastico quam ciui[li] in omni ciuitate, castro et loco, et capere me cum curia et sine nuncio curie in habere et persona; renuncians ad hec omni iuri, accioni, exceptioni, consuetudini et statuto Jadre et cuiuscumque alterius ciuitatis et loci ac legum auxilio et decretorum, pro quibus contra predicta facere uel uenire possem et me tueri. Actum est hoc et firmatum çoram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Micha de Scolatura et Nicolao de Uotchara ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Bartolomeus Saladino examinator manu mea misi.

---

[1] Mjesto reddere fecisti.

Ego Johannes Qualis imperiali auctoritate Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 20.

291.

1299, 3. maja. U Zadru.

Buna s otoka Iža prodaje Matiji gradjaninu zadarskomu zemlju na otoku Ižu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indicione duodecima, mense maio die tertio intrante, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici de Tuderto venerabilis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego namque Bunna vxor condam Grisouani de Jeço filii condam Stipçi, quomodo vendo, do, dono atque delibero tibi quidem Matheo Çauatte ciui Jadre totam vnam meam peçiam de terra munda et immunda positam in insula Jeçi de borea iuxta terram tuam sub monte Osrigni, et de quirina apud terram Jurgii de Jeço, et de austro similiter iuxta terram tui Mathei, et de trauersa iuxta terram Desse Radafcici; cum omni longitudine et latitudine sua et cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis suis tam subtus terram quam supra terram a modo in antea cum plena virtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, posidendi (!), vendendi, donandi, alienandi pro corpore et anima indicandi et quicquid inde tibi et tuis heredibus et successoribus libere et perpetuo placuerit faciendi nullo contradicente. Precio cuius vendicionis ego prenominata Bunna recepi a te dicto Matheo solidos quatraginta(!) denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde promitto tibi cum meis heredibus et successoribus suprascriptam terram cum omnibus suis proprietatibus et pertinenciis excalumpniare in racione ab omni persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet magistro Matheo pelipario filio condam Galuffi, et Radociano pelipario filio condam Britco Jadrensibus et aliis.

(Sign. not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

292.

1299, 17. maja. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje svoju zemlju Kostanjevac Gjuro Pavlov Pavlu Božinovu.

[C]apitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis quibus expedit Christi fidelibus salutem in eodem sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Georgio filio Pauli filii Vida ab una parte, et Paulo filio Bosin ab altera, iobagionibus castri Zagrabiensis in nostri presencia personaliter constitutis, idem Georgius confessus est se porcionem terre Coztaneuch uocate, per memoratum patrem suum iuxta continenciam priuilegii nostri a Paulo filio Oporis, quondam comparate, sub metis, signis et terminis in eodem priuilegio nostro annotatis, vendidisse, tradidisse et assignasse predicto Paulo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam cum utilitatibus et pertinenciis eiusdem porcionis terre vniuersis, prout scilicet eandem porcionem terre secundum tenorem pretacti priuilegii nostri tenuit et possedit, pro triginta et quinque marcis denariorum Zagrabiensium receptis iam et habitis ab eodem Paulo plenarie, sicut dixit et eciam afirmauit, obligans se ad expediendum in hac parte dictum Paulum ab omni impeticione, si quam per aliquos contra eundem contingeret in posterum suboriri in propriis suis, videlicet Georgii laboribus et expensis. In euidens eciam huiusmodi uendicionis et translacionis proprietatis porcionis terre antedicte argumentum, predictum priuilegium nostrum pleniorem eiusdem porcionis terre condicionem continens seriatim tradidit et assignauit ipsi Paulo coram nobis ad maiorem rei certitudinem et cautelam. Vt igitur prenotate uendicionis contractus firmus irreuocabilisque perseueret, presentes ad instanciam parcium concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindenis inuencionis sancte crucis, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

Original u arkivu kaptola zagrebačkog, žuta svilena vrvca visi bez pečata.

Tkalčić Mon. episc. Zagrab. I. 242. — Kukuljević Reg. no. 1617.

*

293.

1299, 13. juna. U Zadru.

Pred biskupom krčkim i vikarom zadarskim posudjuje svećenik Meško brevijarij od monaka Marka.

In dei nomine amen. Anno domino MCCLXXXXIX., indictione XII., tempore domini Bonifacii pape VIII., die XIII. intrante iunio, in presencia venerabilis patris domini fratris Mathei dei gracia Veglensis episcopi et venerabilis patris domini fratris Herrici archiepiscopi Jaderensis vicarii generalis in iuditio partibus constitutis, videlicet fratre Marco monacho sancti Grisogoni de Jadera ex una parte, et Johanne presbitero dicto Mesci sancte Marie maioris de Jadara (!)ex altera. Dictus presbiter dictus Mescus confessus fuit contentus et manifestus se recepisse et habuisse et habere quendam (!) breuiarium monasticum mutuo a predicto fratre Marco monacho, promittens predictum breuiarium libere dare et assignare et reddere ipsi fratri Marco hinc ad unum mensem proximum uenturum absque omni exceptione et detentione iuris, consuetudinis et legum, quod si in dicto termino non daret, redderet et assignaret ipsum breuiarium ipsi fratri Marco et omnia et singula in hoc contractu contenta non seruaret uel contrafaceret de iure uel de facto uel contraueniret, promisit se obligando ipsi fratri Marco dare et persoluere duplum ualoris ipsius breuiarii pene nomine et reficere et dare sibi omnes et singulas expensas in iudicio et extra factas dicta de co . . et omnia dampna et interesse et de hoc credere ipsi fratri Marco suo simplici uerbo absque iuramento, que totiens committatur et exigi possit, quociens contrafactum fuerit in predictis et quolibet predictorum pena et expensis, dampnis et interesse solutis uel non solutis, omnia et singula predicta in sua permaneant firmitate. Quod si dictus presbiter Johannes predicta uel aliquod predictorum non attenderit uel integraliter non obseruauerit, Plato dictus Lesiçça ciuis Jadrensis nomine atque uice predicti presbiteri Johannis ad predicta omnia et singula obseruanda et complenda et adinplenda se pro eo fideiubendo principaliter obligauit in principalem debitorem. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis et adimplendis obligauerunt predictus Johannes presbiter et Plato Lesiçça et quilibet eorum in solidum omnia et singula bona sua, que pe[nator](?) nomine et uice ipsius fratris Marci constituit possidere usque ad integram dacionem et satisfaccionem dicti breuiarii et omnium predictorum ita, quod si in dicto termino non dederit ipsum breuiarium

predicto fratri Marco, licet ex pacto ipsi fratri Marco sua propria auctoritate sine curie proclamatione aut aliqua denunciacione uel aliquo preiudicio dictorum bonorum, et quecumque ex eis uoluerit inquirendi possessionem et ea accipere et uendere et alienare alii(!) obligare et aput se iusto pretio retinere et se indempnem seruare tam de ipso breuiario quam de pena, dampnis, interesse et expensis sine omni occasione legum, iuris et usus; renunciantes autem predictus Johannes presbiter et Plato Lesiçça et quilibet ipsorum priuilegio nouarum constitucionum et epistole diui Adriani beneficio, exceptioni doli [mali] . . . . . causa et in factum actioni et exceptioni sibi non dati et accepti breuiarii et omni alii(!) auxilio. Actum Jadere in archiepiscopali palatio coram venerabili patre domino fratre Matheo episcopo Veglensi et vicario supradicti domini fratris H[errici] archiepiscopi Jadrensis, Jordano de Ripis, Mathiolo et Nicolao diacono de Vegla familiaribus domini episcopi supradicti.

Et ego frater Phylippus Saladini domini Alberti de Montefloris imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et in publicam formam redegi.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula no. 15.

294.

1299, 14. juna. U Zadru.

Ivan de Privostin, templar i zastupnik Alberta, priora templarskog predaje samostanu sv. Krševana neke dragocjenosti u pohranu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die quarto decimo intrante mense iunio, indicione duodecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico(!) incliti ducis Venecie, et domini fratris Henrici venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Facta, posita et summata omni racione inter venerabilem et religiosum virum dominum fratrem Johannem abbatem monasterii ecclesie sancti Grisogoni Jadrensis ex parte vna, et fratrem Johanem de Preuostin ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani procuratoris religiosi viri domini fratris Alberti de Riuellis ordinis hospitalis eiusdem condam prioris domorum hospitalis predicti per Hungariam ex altera, super deposito facto eidem abbati per dominum fratrem Albertum preductum confessus estitit (!) et

contentus frater Johanes de Preuostin predictus vice et nomine eiusdem domini fratris Alberti, cuius est procurator, in presencia mei notarii et testium subscriptorum remansisse penes prefatum dominum abbatem de ipso deposito solummodo pecuniam et res inferius denotatas. In primis in pecunia numerata libras denariorum venetorum paruorum vndecim; item marcas de argento decem minus vnca vna; item vnam scutellam magnam argenteam ponderis marcarum trium minus vnca vna; item scutellas argenteas octo ponderis marcarum sex minus vnca vna et medio saçio; item tres pecias paruas de auro; item florenum aureum vnum et vnum alium ducatum aureum; item nappos argenteos sine pede duos, item casellam vnam, in qua sunt duo poma cristallina siue lapidea pro ensibus et lapides duplices sigillate in vna pecia. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem presens scriptum fecit idem frater Johanes de Preuostin sui sigilli appensione muniri. Acta sunt hec in curia eiusdem monasterii presentibus Stephano murario de contrata sancti Basilii de Veneciis, et Petro filio olim Draginne de Jadra et Dominico de Baro et aliis ad hoc vocatis et rogatis.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XXII. no. 555.

Na listini nalazi se vrvca od pergamene; pečat je otpao.

Na hrptu dvostruka savremena bilješka: »Securitas facta monasterio de quodam deposito accepto a fratribus hospitalis«.

Prijepis od god. 1304. 19. jula u istom arkivu.

295.

1299, 14. juna. (U Napulju).

Hrvatin i braća njegova rodjaci Šubića dobivaju potvrdu svojih dobara od kralja napuljskoga.

Karlo II. kralj napuljski daje na znanje: »Sane attendentes fidei puritatem, nec non grata, utilia et accepta servicia, que Hrivatinus comes, nec non filii et fratres eius, consanguinei et cognati virorum nobilium Pauli bani Croatorum, nec non Georgii et Mladini fratrum comitum civitatum Dalmacie dilecti fideles nostri, nobis in prosecutione cause de regno Ungarie prestiterunt hactenus, prestant ad presens et prestare

poterint in futurum, partes provinciarum inferiores terre Boczinensis (!) quas ipsi tenent et possident etc .... dictis Hrivatino, filiis et fratribus eius etc ... confirmamus etc. .....

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. p. 42. — Rački Rad XVIII. p. 222. — Wenzel Acta extera I. 133. — Kukuljević Reg no. 1618.

296.

1299, 15. juna. U Anagni.

Bonifacije VIII. papa učini Jakoba Franjevca nadbiskupom zadarskim.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Jacobo archiepiscopo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Pastoralis officii cura etc. Sane Jadrensi ecclesia per obitum bone memorie Henrici Jadrensis archiepiscopi, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos ad eiusdem ecclesie quietum statum et prosperum paterne sollicitudinis studio intendentes, ordinationem et dispositionem ipsius ecclesie hac vice provisioni sedis apostolice duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hoc scienter vel ignoranter per quemcumque seu quoscumque contingeret attemptari. Volentes igitur, prout ad nostrum spectat officium, obviare dispendiis, que possent ex prolixe vacationis instantia eidem Jadrensi ecclesie imminere, considerantes etiam probitatis merita grandia et virtutum dotes multiplices, quibus dono superni numinis nosceris insignitus, et propterea spem gerentes indubiam firmamque fiduciam obtinentes, quod per tue laudabilis circumspectionis industriam, cum celebris fame preconium, quod multorum relatio fidedigna confirmat, te referat in spiritualibus et temporalibus circumspectum, prefata Jadrensis ecclesia deo favente proficiat in utrisque, deliberatione cum fratribus nostris super hoc habita diligenti, te ordinis Minorum professorem dicte Jadrensi ecclesie de fratrum ipsorum consilio et apostolice plenitudine potestatis preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus committentes, tibique facientes per venerabilem fratrem nostrum M. episcopum Portuensem munus consecrationis impendi, firma concepta fiducia, quod dirigente domino actus tuos eidem Jadrensi ecclesie per tuam curiosam solertiam tuumque ministerium studiosum honoris et prosperit tis multiplicis, deo propitio, desiderata proveniant incrementa. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenns nostris et apostolice

sedis beneplacitis sub prompte humilitatis officio te coaptans, et reverenter suscipens impositum a domino tibi onus eiusdem Jadrensis ecclesie curam sollicitam gerere studeas, eiusque vacare profectibus non omittas, gregem dominicum tue in illa discretioni commissum doctrina verbi et opis informando, ita quod ecclesia ipsa per tue diligentie studium laudabilibus in spiritualibus et temporalibus ad divini nominis gloriam consurgat augmentis. Dat. Anagnie, XVII., kal. iulii, anno quinto.

In eodem modo capitulo ecclesie Jadrensis, clero et populo civitatis et diocesis Jadrensis, vassallis et universis suffraganeis ecclesie Jadrensis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. 116. no. 164. Iz reg. an. V. ep. 241. fol. 188. — Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 487. no. 119. — Potthast Reg. pontif. no. 24.843.

297.

1299, 19. juna. U Napulju.

Kralj napuljski daruje banu Pavlu jednu »ballistu« (stroj ratni).

Scriptum est Henrico de Heruilla portulano et magistro procuratori Apulie etc. Tue fidelitati precipimus, vt statim receptis presentibus balistam unam de turno de balistis curie nostre, que sub custodia tua sunt, Domaldo de Vngaria latori presentium nomine et pro parte viri nobilis Pauli bani de Vngaria assignare procures. Quod si forte balistam huiusmodi de balistis curie nostre non haberes, emas statim balistam unam de turno bonam et sufficientem de pecunia curie existenti uel futura per manus tuas, illamque eidem Domaldo dicti Pauli nomine assignes, et recipias exinde apodixam. Datum Neapoli, die XIX. iunii, XII. indictionis.

Reg. Angioini.
Wenzel Acta extera I. 134. — Makušev Zapiski IX. 2. pril. 3. 40. — Rački Rad XVIII. 222. — Kukuljević Reg. no. 1619.

298.

1299, 1. jula. U Anagni.

Bonifacije VIII. podjeljuje imenovanomu nadbiskupu zadarsko palij.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Jaco archiepiscopo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. C palleum insigne videlicet pontificalis officii a nobis cum ea qua de instantia postulasses, nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de c pore beati Petri sumptum tibi per dilectos filios nostros Matheum san Marie in Porticu, Neapoleonem sancti Adriani, Petrum sancte Ma Nove et Richardum sancti Eustachii diaconos cardinales duximus ass nandum, prestito a te nostre et ecclesie Romane nomine fidelit solite iuramento, ut illo intra ecclesiam tuam illis diebus utaris, expressi in ipsius ecelesie privilegiis continentur. Ut signum igitur n discrepet a signato, sed quod geris exterius intus serves in men fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur, quatenus hum tatem et iustitiam, dante domino, qui dat munera et premia elargi observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, Jadrensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite actore domino crementis in spiritualibus et temporalibus ampliare. Datum Anag kalendis iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. 116.—117. no. 165. Iz reg. an. V. 242. fol. 189. — Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 488. — Potthast R pontif. II. no. 24.854.

299.

1299, 1. jula. U Požegi.

Kaptol svetoga Petra požeškoga daruje neke zemlje knezu Zahu si Farkaševu.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posoga omnibus Christi fideli presentibus pariter et futuris salutem in domino sempiternam. Ad u versorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos consi ratis et circumspectis fidelitatibus et meritoriis serviciis comitis Zah Farkasii nostre ecclesie et nobis fideliter inpensis usque modo, volen

eundem de bonis ipsius ecclesie nostre aliqualiter participare, in recompensacionem sui laboris et servicii de communi consensu et pari voluntate quendam fundum curie in territorio ville ecclesie nostre Adryanfalua vocate, a parte orientis iuxta nemus et supra fluvium Sulch adiacentem, cum particula terre arabilis, cuius metarum distincciones inferius exprimuntur seriatim, predicto comiti Zah et per eum suis heredibus, more aliorum terras tenencium, quamdiu tam ipse quam sui heredes sepedicte ecclesie nostre et nobis fideles extiterint, dedimus, contulimus et tradidimus perpetuo iure possidendum. Nemus autem svpra ipsum fundum existens tam sibi pro sua utilitate quam ceteris iobagionibus nostris in villa Adryani residentibus commune habeatur; prefatus vero Zah racione ipsius fundi et terre arabilis singulis annis singulum fertonem in festo penthecosten nobis solvet condicionaliter annuatim. Prima enim meta ipsius terre arabilis incipit a parte aquilonis in angulo ipsius nemoris et versus orientem directe per terras arabiles descendendo cadit in fluvium Sulch pothoka, per cursum cuius descendendo in modico transit ipsum fluvium ad metam terre que est iuxta ipsum fluvium, et ab hinc versus orientem eundo pervenit ad aliam metam terre; inde declinat versus meridiem et per mege(!) eundo pervenit ad metam terre, que est iuxta viam, per quam versus occidentem eundo cadit in fluvium supradictum, quod pertransit iterato in quodam portu, iuxta quem exit et circa terras comitis Trystani in mege spinosum versus occidentem asscendendo pervenit ad arborem piri silvestris, sub qua est meta terre; inde pervenit ad alium angulum ipsius nemoris supradicti et ibi terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Theophyli dicti puerlectoris(!) ecclesie nostre, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptist, anno domini M°CC°. nonagesimo nono.

Original u pismohrani obitelji Antuna Csicseria u Csicseru. Pečat otpao.

Cod. dipl. patrius. VI. 144—145. no. 330.

300.

1299, 3. jula. U Anagni.

Bonifacije VIII. papa dozvoljuje nadbiskupu zadarskom, da može odriješiti svećenika i svjetovnjaka od nekih cenzura.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . archiepiscopo Jadrensi, salutem etc. Exposuit nobis tua fraternitas, quod

nonnulli prelati ecclesiasticeque persone regulares tue ciuitatis et diocesis in reparatione murorum civitatis eiusdem, qui olim distructi fuerant, de proventibus et bonis ecclesiasticis sub adiutorii vel doni nomine officialibus et aliis laicis dicte civitatis certas persolverunt pecunie quantitates, iidemque officiales et laici exegerunt et receperunt dictas quantitates pecunie ab eisdem, ac nichilominus universitas civitatis eiusdem culpabilis extitit in premissis contra constitutionem nostram super hoc editam temere veniendo, propter quod iidem prelati, ecclesiastice persone, officiales et laici excommunicationis, dictaque universitas interdicti sententias iuxta tenorem constitutionis huiusmodi incurrerunt, ac dicti prelati et persone ecclesiastice non abstinendo postmodum a divinis notam irregularitatis contraxisse noscuntur. Quare nobis humiliter supplicasti, ut eorum providere saluti misericorditer curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, absolvendi huiusmodi excommunicatos ab eadem excommunicationis sententia, et interdictum huiusmodi iuxta formam ecclesie relaxandi et dispensandi hac vice cum talibus, dummodo in contemptum clavium non immiscuerunt se divinis, super irregularitate, quam exinde contraxerunt, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, iniunctis eis propter hoc, quod de iure fuerit iniungendum. Datum Anagnie, V. nonas iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 166. str. 117. Iz reg. an. V. ep. 248. fol. 190. — Potthast Regest. II. no. 24.860.

301.

1299, 3. jula. U Anagni.

Bonifacije VIII. papa nadbiskupu zadarskomu dozvoljuje, da može iskati od svoga svećenstva umjerenu potporu.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . archiepiscopo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Magne deuotionis affectus, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris, promeretur, ut ad ea, que consonent votis tuis, apostolice benignitatis gratiam extendamus. Cum itaque, sicut asseris, Jadrensis ecclesia gravibus prematur oneribus debitorum, nos tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue compellendi auctoritate nostra per te, vel per alium seu alios prelatos et personas quaslibet ecclesiasticas, religiosas vel seculares, cuiuscumque ordinis vel conditionis existant, cathedralis et aliarum

ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium et domorum exemptorum Jadrensis civitatis et diocesis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, ad exhibendum tibi moderatum subsidium pro huiusmodi oneribus relevandis, non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgentiis apostolicis, per que prelati et persone predicti possent in hac parte quomodolibet se tueri, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in nostris litteris mentio specialis, plenam auctoritate presentium concedimus potestatem. Datum Anagnie, V. nonas iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. 117. no. 167. Iz Reg. an. V. ep. 149. fol. 191. — Potthast Reg. pontif. II. no. 24.861.

302.

1299, 13. jula. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom prodaje Vlček sin Rodikov svoj posjed Mrzlopolje za 18 maraka Markolfu i njegovoj brači.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis in nostri presencia, ab una parte Wlchk filio Rodik de Guerche, ab altera uero Marcolph pro se et pro fratribus suis, scilicet Poznano et Endreych nobiles de eadem Guerche, idem Wlchk prenotatus confessus est, se vendidisse quandam possessionem suam hereditariam Merzlopole uocatam eidem Marcolph et fratribus suis supradictis ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam iuxta consuetudinem nobilium de Guerche ex antiquis approbatam pro decem et octo marcis denariorum banalium, quas se dixit ab eisdem plenarie recepisse integra[lit]er et habere; cuius quidem possessionis mete prout nobis magister Bonora socius et concanonicus noster retulit, quem ad reambulandam dictam possessionem miseramus, taliter distinguntur: Prima videlicet meta dicte possessionis incipit in aqua Coranicha uocata, ubi quidam riuulus Breztouech uocatus intrat dictam aquam Coranicha, inde tendit supra per eundem riuulum uersus orientem ad longum spacium et peruenit sub montem vinearum, ubi intrat alter riuulus Thopolouech uocatus in riuulum Breztouech prenotatum, inde procedit per eundem Thopolouech supra et exit ad montem et uenit ad magnam viam, et per eandem viam procedendo adiungitur altere vie, per quam viam itur de villa

Dobrenin ad Stenichnak, inde flectitur per eandem viam et tendit ad septemtrionem, inde obmittendo dictam viam tendit per montem versus occidentem per longum spacium et descendens de[1] monte vadit per planiciem in longo spacio et peruenit ad arborem tulfa cruce signatam, que stat iuxta viam, inde tendit ultra siluam, et transiens dictam siluam exit ad planiciem, que uulgo dicitur Ret, et per dictam planiciem vadit directe et peruenit ad aquam Coranicham superius nominatam, et ibi commetatur terre Iheseue loque uocate; inde vadit sursum per dictam aquam Coranicham in longo spacio et peruenit ad priorem metam et sic terminatur; astiterunt eciam vicini ac proximi commetaneique supradictorum nobilium, scilicet emptorum et venditoris: Pezk filius Dragzini, Juahen filius Craymery, Gregorius filius Dobroteh, Stephanus et Johannes filii Jcomerii, Vid filius Wlkan, Wlk filius Poligrad, Radozlaus filius Tugoray, qui omnes in nostri presencia suo consensu factam vendicionem ratificabant. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes contulimus litteras nostras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum in festo beate Margarete virginis, anno domini M°CC°. nonagesimo nono.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.279. Stara sign. N. R. A. fasc. 484. n. 2. Na listini visi o crvenoj i žutoj svilenoj vrvci oštećen pečat.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 647.—648. po istom izvoru. — Kukuljević Reg. no. 1620.

303.

1299, 20. jula. U Dubrovniku.

Uredjuje se prćija.

In Christi nomine. Anno incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die vicessimo(!) intrante mense iulio, Ragusii coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Stefanus filius quondam Dobroslaui de Peliario de Dalafodo confiteor, quod super me et super omnia mea bona propter perchiuio uxoris mee Thicasle filie quondam de Razho . . . . pi cum consuetudine Ragusii totam partem dicte uxoris mee et uineam et terram [cum omnibus] suis pertinentiis, que uinea et terra sunt in Dalafodo, quam partem dicte uxoris mee a me habite de patre suo Sazalio, item

[1] Dva puta pisano.

accepit domum unam cum plancis, que est in Dalafado. Junius ac Sergius filii quondam Dimitrii de Screua damus dicte Thicasle nepti nostre partes nostras de dicta domo. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Joachinus Deodati iuratus iudex et Marinus de Predanello testes. Et ego diaconus Andreas de Deuessa communis Ragusii et comitis iuratus notarius scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII. Listina trošna i oštećena.

304.

1299, 1. augusta. U Budimu.

Andrija kralj ugarski i hrvatski imenuje Albertina Morosina banom hrvatskim i nasljednim županom požeškim.

Andreas dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Nil magis, regali munificencie convenit, quam impensa pietatis obsequia cumulatis beneficiis remunerari, quibus fructus reddantur muneri et ad similia ceteri provocentur. Igitur ad universorum notitiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod nos volentes operibus . . . . et regali clemencia cunctis beneficia applicare, strenuum virum dominum Albertinum Maurocenum ducem carissimum avunculum nostrum, cuius impensis et studiis ab ipso puerili evo usque ad annos adolescencie propensis educati in Ungariam tandem devenimus, eo duce iter nostrum prosequente omnis generis cum apparatu et expensis innumeris voluntate omnium regni nostri prelatorum, procerum atque nobilium de Venetiis ad nos fecimus evocari. Qui benignitate solita in domo sua, propriisque negociis pretermissis in Ungariam nobiscum habitaturus se transtulit, tantoque ab omnibus magnatibus favore susceptus est, ut ipsum in suum consortium, ius atque priuilegium cum tota posteritate sua reciperent, decernentes ipsum ducem cum omnibus ab eo per rectam viam descendentibus, nostri regni Australis (!) nobilibus ac principibus pleno iure ac si cognacionis principibus pleno iure ac si cognacionis principium ab Ungaris habuisset. Nos quoque ipsius ducis presenciam gratam nobis et utilem plena cordis alacritate complectimur, volentes eum eiusque heredes diutius sue dignitatis

et glorie in perpetuum habere participes. Et quoniam ducem ipsum vice parentis habuimus et una affectu occurrimus parentali speciali privilegio ipsum ducem cum posteris eius masculinis, videlicet per masculinam lineam descendentibus, ab eodem loco nostri filii, quantum ad omne ius possessionis, honoris atque successionis supter regale solium suscipientes. Propter quod et ducatum totius Sclavonie, qui est prima dignitas regie prolis et insuper comitatum de Posega, qui ad ius pertinet regale seu reginale, perpetuo concessimus et contulimus pleno iure. Si autem nobis filium vel filios divinitas fuerit elargita, ipse dominus dux totius Sclavonie et perpetuus comes de Posega vel eius heredes masculini, scilicet per masculinam lineam descedentes, cum filio nostro vel filiis annumerati, inter eos locum obtineat omnium iunioris. Puta cum unum habuerimus filium, idem dux vel prescripti eorum heredes in loco secundi, cum duos loco tertii, cum tres loco quarti et sic deinceps habeantur. Dummodo dux et prescripti heredes ultimo gradu inter regis filios computentur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Bude, in octavis sancti Jacobi apostoli per manus discreti viri magistri Ladislai prepositi . . . aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCXCIX., regni autem nostri anno nono.

Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 5. 545—547. — Kukuljević Reg. no. 1622.

305.

1299, 1. augusta.

Andrija kralj ugarski i hrvatski prima buntovne Baboniće opet u milost.

Andreas dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Gallicie, Servie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentium notitiam habituris sulutem in domino sempiternam. Sicut summe virtutis est in regibus seu princi[pi]bus, quos summi opificis providentia quodam modo adinstar sue bonitatis bonis pie viventibus premiis occurrere meritorum et reprobis condignam inferre ultionem instituit, sic admodum commendabile atque meritorium fore dinoscitur parcere ab errore infidelitatis ad gremium regalis gratie redeuntibus, per fidelitatis obsequia veniam postulantibus commissorum et eis respondere stipendiis premiorum, si studeant proficere de virtute in virtutem. Proinde ad uni-

versorum notitiam tam presentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod licet nobiles viri Stephanus nunc banus totius Sclavonie, Johannes, Raduzlaus et Otto comites, filii Babunyg spiritu contumacie et rebellionis ducti contra nostram regiam maiestatem excesserint, tamen ex debito regalis mansuetudinis, qua eos, qui a tramite fidelitatis deviant vel discedunt, sed profecto in signum sue recognitionis ad fidelitatem corone regie debitam per meritoria obsequia satisfacere cupientes redire satagunt, recipere et recolligere inducimur, austeritatem seu rigorem iustitie pietatis studio moderantes, eosdem ad sinum gratie nostre regalis, offensas in nos perpetratas et commissas eis misericorditer remittentes et relaxantes, de consensu, voluntate et beneplacito illustr[is et ma]gnifici viri domini Albertini ducis totius Sclavonie, avunculi nostri karissimi, nec non sub testimonio et de consilio, consensu ac conniventia venerabilium patrum, videlicet domini Johannis archiepiscopi Colocensis, aule nostre cancellarii et episcoporum regni nostri, quorum sigilla authentica clare patent presentibus appensa, recepimus seu recollegimus regio cum favore. Insuper possessiones eorum, castra, villas, oppida sive predia et terras hereditarias, emptitias vel alio iusto titulo acquisitas, quas et que certis veris et iustis priuilegiis seu instrumentis evidenter comprobaverint, cum omnibus utilitatibus et ad eas pertinentiis universis aut iuribus eisdem auctoritate presentium confirmamus sine preiudicio tamen iuris alieni. Ipsi autem propter bonum fidelitatis iam incepte, et in signum satisfactionis et emende tria castra nostra Zumzed, Vrbaz et Galas vocata ad ius regale pertinentia, que hactenus indebite occupata potentialiter detinuerant, nobis reddiderunt pleno iure, sicuti primitus nostra extiterunt. Preterea omnes possessiones Raduzlai condam bani, patrui eorum, castra, villas, terras cum ceteris utilitatibus et attinentiis tam hereditarias quam emptitias sive alio iusto modo et nomine acquisitas, quas ad presens possidere, tenere et habere dinoscuntur, super quibus privilegia aut alia instrumenta quevis rationabiliter rite et iuste emanata atque confecta nobis exhibere poterint, quamquam propter eiusdem infidelitatis commissa et notam, quam ob hoc incurrerat, de iure et consuetudine regni nostri approbata ad manus nostras regias devolutas, ex novo de munificentia regia supradictis filiis Babunyg et eorum heredibus, suorumque heredum successoribus dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo valiture donationis titulo irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas et eas auctoritate regali ac vigore testimoniorum supradictorum confirmamus, salvo similiter iure alieno permanente. Pollicemur nichilominus et promittimus eisdem hec omnia premissa suo modo inconcusse et perpetua stabilitate observare et tenere, eosque omni dilectionis favore prosequi et amplecti tam in

promotione honorum eis congruentium, quam in aliis bonis, dumtaxat ipsi in ea fidelitate, quam nobis literis suis mediantibus tenere et observare inviolabiliter se obligarunt, sicut in eisdem literis plenius colligitur, finaliter perseverent. Ut igitur huius nostre gratie, donationis, confirmationis et ordinationis series salva semper et illesa permaneat, nec processu temporum per quempiam valeat in irritum revocari, eisdem in testimonium et robur perpetue firmitatis presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri et eiusdem domini archiepiscopi, ac ceterorum reverendorum presulum sigillorum pendentium munimine et patrocinio roboratas. Datum et actum Bude, in festo beati Petri ad vincula, per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi Tytulensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M. CC. nonagesimo nono, regni autem nostri anno nono.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 65.—67. no. 31.

306.

1299, 4. augusta. U Napulju.

Karlo napuljski potvrdjuje Šubićima svu vlast u Hrvatskoj i sva prava.

Pro comitibus Dalmatie. Karolus secundus etc. et Maria consors eius dictorum regnorum ac Vngarie regina vniuersis presens priuilegium inspecturis tam presentibus quam futuris. Ante oculos nostros assidue posita promptitudo prosecutionis ad subditos, communicatio liberalitatis ad dignos faciunt nos sic libenter pronos ad gratias, ut nostrorum merita obsequiosa fidelium grato libenter munerationis condigne rependio premiemus. Sane pensantes in grandia, grata et accepta seruitia, que per viros nobiles Paulum banum Croatorum et Georgium ac Blaudinum(!) fratres, ciuitatum Dalmatie comites, dilectos consanguineos, affines et fideles nostros, ab olim nobis exhibita, et que ipsos exhibituros speramus in antea, illudque speciali rememoratione uolentes, quod in manutenenda, gubernanda et defendenda causa nostra de regno nostro Vngarie contra hostiles insidias et conatus, labores graues, sollicitudines uigilles et tediosa grauamina pertulerunt, ciuitates, castra, villas, terras et possessiones in regno Vngarie et Sclauonie et partibus Croatie et Dalmatie constituta, que siue habuerint et tenuerint ab hactenus, siue clare memorie Karolus primogenitus noster Vngarie rex ipsis concesserit uel donarit, cum hominibus et vassallis, fortelliciis, casalibus, possessionibus,

terris cultis et incultis, planis, montibus, pratis, nemoribus, pascuis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus iurisdictionum et partium earundem, que videlicet de demanio in demanium, et que de seruitio in seruitium dictis Paulo bano et fratribus et eorum cuilibet, prout unusquisque ipsorum ea tenet et possidet, de certa scientia nostra et speciali gratia confirmamus, et insuper in premium gratie plenioris ipsa omnia et singula eis et eorum cuilibet, ac eorum heredibus vtriusque sexus ex eorum corporibus legitime descendentibus, natis iam uel in antea nascituris, in perpetuum de nouo damus, donamus et tradimus, ac ex causa donationis proprii motus instinctu concedimus in feudum nobile de liberalitate mera et gratia speciali. Hoc solum prouiso, quod in manutenendis, gubernandis et defendendis iuribus et causis nostris in predicto regno nostro Vngarie contra hostiles incursus, insidias et conatus debito fidelitatis obsequio, quotiens oportunum fuerit, cum copioso exercitu iuxta posse nobis assistere teneantur. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam, et predictorum Pauli bani, Georgii et Mladini fratrum, heredumque suorum cautelam presens priuilegium exinde fieri, et pendentibus maiestatis nostre et nostre prefate regine sigillis iussimus communiri. Actum Neapoli, presente curie nostre magistro rationali, dilectis consiliariis et fidelibus, nostris ac pluribus aliis, et datum ibidem per manus Bartholomei de Capua militis, logothete et prothonotarii regni Sicilie, anno domini M⁰CC⁰XCVIIII⁰ die quarto augusti, vndecime(!) indictionis.

Wenzel Acta extera. 1, 134.—135. — Kukuljević Reg. no. 1623.

307.

1299, 4. i 5. septembra. U Napulju.

Dvor napuljski dozvoljuje knezovima Gjuri Šubiću i Domaldu izvoz žita.

Scriptum est Henrico de Heruilla magistro portulano et procuratori Apulie fideli suo etc. Cum nos viro nobili comiti Georgio de Sclauonia familiari et fideli nostro exituram frumenti salmarum mille generalis mensure extrahendi de portubus Apulie licitis, et ferendi per mare ad terras suas Sclauonie pro usu suo gratiose duxerimus concedendam, volumus et tue fidelitati precipimus, vt postquam fuerit completa totaliter extractio illarum quantitatum victualium, que pro mercatoribus de societate Bardorum familiaribus et fidelibus nostris debent de predictis portubus extrahi, prout habes a nostra curia in mandatis; deinde pro-

curatores et nuncios seu ministros dicti comitis Georgii, eiusdem comitis nomine predictas frumenti salmas mille mensure generalis extrahere de predictis Apulie portubus, ac defere per mare ad terras ipsius comitis, vt prefertur, cum sufficientibus vassello seu vassellis capacitatis eiusdem quantitatis frumenti, libere a iure quolibet exiture, ac etiam a iure tareni sine aliqua contradictione permictas, mandato uel ordinatione aliqua in contrarium non obstante, seruata tamen forma consueta et debita, tam in recipiendis fideiussoribus, quam in responsalibus ydoneis tibi debito tempore referendis. Datum Neapoli, per manus etc., die IIII. septembris, XIII. indictionis.

(Similes facte sunt pro comite Domaldo de Sclauonia de exitura frumenti salmarum trecentarum ad terras suas Sclauoniae vehendarum V. septembris XIII. indictionis).

Registri Angioini. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera. I. 157.

308.

1299, 7. septembra. U Napulju.

Karlo napuljski potvrdjuje Babonićima svu vlast i prava.

Karolus secundus etc. et Maria eadem gratia eorundem regnorum et Vngarie regina, vniuersis presentis scripti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. In benemeritis et fidelibus nostris libenter gratiam nostre liberalitatis exequimur, et adaugere credentes gloriam clementis munificentie, que debet esse quoddam peculium principibus, libentius exercemus. Et quidem diligentius actendentes grata fidelitatis obsequia, feruorem fidei et promptitudinem meritorum, quibus viri nobiles Stephanus, Johannes, [Radislaus] et Och comites, filii Babonic de Vngaria, dilecti fideles et deuoti nostri occupationis dicti regni Vngarie durante discrimine erga nos in manutenendo causam et fidem nostram seruando ibidem insudauerunt hactenus, et indesinenter insudant, eos digne prosequimur speciali gratia et fauore. Huius ergo inducti consideracionis intuitu munitiones, possessiones et bona, cum iuribus, iurisdictionibus et pertinenciis suis, que tenent et possident, sicut pretenuit et possedit; et insuper dignitates banatus eis rationabiliter competentes, de certa nostra scientia, liberalitate mera et gratia speciali, predictis Stephano, Johanni, Radislao et Och, eorumque heredibus legitimis perpetuo confirmamus sub debito et consueto seruitio, perinde nobis ac nostris in dicto regno

heredibus et successoribus immediate et in capite faciendo; fidelitate nostra, nostris et cuiuslibet alterius iuribus semper saluis. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde fieri et pendentibus nostris sigillis iussimus communiri. Datum Neapoli, anno domini M°CC°XCVIIII°, die VII. septembris, XIII indictionis.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 43.
Wenzel Acta extera I. 136.—137. — Kukuljević Reg. no. 1624.

309.

1299, 29. septembra. U Napulju.

Dvor napuljski čini odredbe radi prijevoza kraljice.

Scriptum est Johanni de Cruce militi, prothontiuo Monopolis, deuoto suo etc. Cum serenissimus dominus et genitor noster, illustrem reginam Vngarie germanam suam et amitam nostram ad partes istas prouiderit debere venire, de ordinatione eiusdem domini patris nostri procedit, et propterea sub obtentu regie gratie et pena bonorum vestrorum omnium districte mandamus, quatenus statim receptis presentibus, omni mora et occasione sublatis, accedatis Brundusium, et duas galeas de melioribus et fortioribus galeis curie, que sunt ibidem, aptari, muniri et reparari, si opus fuerit, faciatis singulis oportunis, ipsasque curetis armari facere marenariis, supersalientibus et personis aliis necessariis de sufficientioribus, aptioribus et magis expertis, quas in Monopulo et de Monopulo eligatis, solidandas pro mense vno. Quibus galeis armatis, absque mora galeas ipsas personaliter ascendatis in Sclauoniam ad ciuitatem Spalati profecturi, et inibi reginam predictam, dominum Petrum de Suria [et] dominum Petrum Pilectum dilectos familiares paternos ac nostros, qui de mandato paterno iam precesserunt ad partes illas, vt Spalatum reginam predictam conducant, nec non et familias eorundem in galeis recipiatis eisdem cum ipsis Barolum vel Manfridoniam redituri etc. Datum Neapoli vt supra etc. (penultima septembris, XII. (!) indictionis).

Wenzel Acta extera. I. 138. — Kukuljević Reg. no. 1625.

310.

1299, 19. novembra. (U Napulju).

Salvus conductus za pratnju Gjure Šubića.

Saluus conductus pro Prudentio de Barolo et personis nauigantibus in duabus barcis nobilis viri Georgii comitis Draguriensis(!), Sibenicensis, ad eundum et reddeundum de partibus Sclauonie vel Vngarie pro seruitiis dicti comitis deputatis, quibus predictus Prudentius preest etc. XIX. novembris, XII.(!) indictionis.

Wenzel Acta extera I. 139. — Kukuljević Reg. no. 1627.

311.

1299, 26. novembra. U Napulju.

Karlo kralj napuljski na molbu Babonića potvrdjuje, da naslijedjuju bana Ladislava.

Karolus secundus dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Prouincie et Forcalquerii comes, et Maria eadem gratia eorumdem regnorum Jerusalem et Sicilie et Vngarie regina, vniuersis tenorem presentium inspecturis tam presentibus quam futuris. Inuitant nos instinctus naturalis et ratio illorum causas debitis fulcire presidiis et opportunis fauoribus confouere, quos erga nos ac nostros clara fides et probata deuotio redunt laudabiles, et experta obsequia multa gratos. Sane viri nobiles comites Stephanus, Johannes et Ladislaus fratres, filii comitis Babonei, ac nepotes quondam bani Ladislay dilecti ac deuoti nostri, a nobis deuotius petierunt, ut cum bone memorie Karolus primogenitus noster rex Vngarie certas terras et bona sita in ducatu Sclauonie predicto quondam bano Ladislao dictorum fratrum anunculo concesserit gratiose, in quibus quidem terris et bonis prefati fratres de iure succedunt, terras et bona ipsa eisdem fratribus confirmare benignius dignaremur. Nos igitur propter ipsorum fratrum eorumque generis fidei et deuotionis merita, quibus in predicti quondam regis Vngarie, aut subsequenter nostris seruitiis laudabiliter claruerunt; eorum in hac parte petitionibus annuentes, terras et bona predicta per dictum quondam regem Vngarie prefato quondam bano

Ladislao concessa, in quibus dicti fratres se de iure succedere dicunt, fratribus ipsis de speciali gratia et certa nostra scientia confirmamus. In cuius rei testimonium et predictorum fratrum cautelam presentes litteras eis exinde fieri et pendentibus sigillis nostris regis et regine iussimus communiri. Datum Neapoli, XXVI. nouembris, XII.(!) indictionis.

Wenzel Acta extera I. 139.—140. — Kukuljević Reg. no. 1628.

312.

1299, 16. decembra. U Zadru.

Kosma Kalafato gradjanin zadarski zamjenjuje svoju zemlju za neobradjenu zemlju (derum) samostana sv. Marije.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die sexto decimo intrante mense decembri, indicione tercia decima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico(!) incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Cosmas Calafatus ciuis Jadre filius olim Mille per hoc presens instrumentum, quomodo de assensu Bunne matris mee do, dono atque transacto nomine et titulo permutacionis et cambii uobis religiose domine sororis(!) Nicolotte abbatisse monasterii sancte Marie monialium de Jadra recipienti vice et nomine monasterii tui predicti duas meas pecias terre positas in confinio sancte Sophie; quarum vni de austro et borea est terra dicti monasterii, de trauersa terra heredum Miche de Grengo, et de quirina via puplica(!), alteri uero pecie de austro est terra predictorum heredum ipsius condam Miche de Grengo, et de quirina, borea et trauersa terra eiusdem monasterii; quare de cetero plenissimam habeatis potestatem duas pecias ipsius terre cum omnibus habenciis et pertinenciis suis et que sibi pertinere possunt tam subtus terram quam supra terram nomine ipsius monasterii intromittendi, tenendi, possidendi et omnimodam utilitatem ipsius monasterii libere faciendi sine contradicione mea et heredum meorum et successorum; set(!) ego predictus Cosmas cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto predictas duas pecias terre cum pertinenciis suis omnibus excalumpniare et defensare uobis domine abbatisse predicte et successtricibus tuis ab omni homine, collegio et persona in racione super me et bona mea omnia presencia et futura. In concambium cuius permutacionis et cambii ego dictus Cosmas habui et recepi a uobis prefata domina abbatissa

duos derros(!) ipsius monasterii; quorum vnum positum est ad Cerodolum, cui de borea est vinea presbiteri Basilii sancti Stephani, de austro vinea Symonis Çuppari, de quirina terra Gregorii de Butcono, et de trauersa derrum presbiteri Dobri sancti Stephani; et alterum derrum positum est ultra portum Jadre supra sanctum Petrum, cui de trauersa et borea est terra Jurse Chreuaseuich, de austro terra et vinea Martini Bauselle, et de quirina sunt pastini Michaelis de Varicassis; et pro refunsione et coequacione ipsius permutacionis et cambii recepi adhuc a uobis libras denariorum venetorum paruorum viginti, quas mihi integre persoluistis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo de Vinea et Albertino apothecario habitatoribus Jadre et aliis.

† Ego Michael Scolature examinator examinaui.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

313.

1299, 12. marta.[1]

Mihalj biskup zagrebački poklanja knezu Ugrinu posjed Gjulinci u kotaru ivaničkom.

Michael miseracione diuina episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Dominorum benignitas circa bene sibi meritis consueuit congrue manum largitatis ampliare, pro quibus intercedit longanimis seruicii fidelitas, et pro quibus morum probitas dinoscitur efficaciter allegare. Nam dum ipsis in bonis prouidemus temporalibus, ad maiora fidelitatis obsequia inuitamus, vt eciam alii ipsorum exemplo succensi, ad ipsius fidelitatis opera vehemencius attrahantur. Ad uniuersorum noticiam igitur tenore presencium uolumus peruenire, quod cum nobilis uir comes Vgrinus filius Andree, in operibus sumpme fidelitatis ab antiquo sancte matri Zagrabiensi ecclesie ac nostris predecessoribus demumque nostre assistens persone indefesse studuit laborare, cuius nos fidelissimis seruiciis gratuite retribucionis premio respondere uolentes, quandam possessionem,

---

[1] Tkalčić štampao ovu listinu nepravilno bez datuma, tu pogrešku ovim ispravljamo. Listina spada u red prije br. 287.

Gulynchi uocatam in comitatu nostro de Iwangh existentem, quam videlicet quondam comes Gardun hostis et tyrranus notorius dei ac predicte sancte matris ecclesie Zagrabiensis grauissimus persecutor per collacionem domini Johannis predecessoris nostri, et per consequens Jaco filius Jacus dinoscuntur possedisse, pro nefandis excessibus eorumdem digne ablatam, sub metis et terminis infrascriptis, cum utilitatibus et pertinenciis eiusdem possessionis vniuersis dedimus, donauimus et contulimus sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam et habendam, debitis nichilominus et seruiciis nobis et nostris successoribus more et condicione predialium nostrorum aliorum in eadem possessione plenarie reseruatis, contulimus inquam ipsam possessionem prefato comiti Vgrino. Volentes, quod omnia instrumenta, si que apud memoratum comitem Gardun aut heredes suos uel cognatos, specialiter Jaco cognatum eiusdem antedictum per nos aut predecessorem nostrum super ipsa possessione concessa reseruarentur, in quocumque temporum in lucem proferentur, viribus presencium auctoritate careant nulliusque sint efficacie, precii uel momenti. Cuius quidem possessionis prima meta, prout per magistrum Johannem tunc notarium nostrum, quem ad reambulandam ipsam possessionem miseramus, nobis constitit, incipit ab oriente in quadam uena aque de aqua Golgonycha diriuantis, Rosech uocate, a qua uenit ad quandam vallem, per quam ascendendo uersus meridiem uenit ad magnam uiam ducentem in Iwangh, per quam uiam peruenit in riuulum Lypeniche vocatum, per quem parum ascendendo uenit ad quandam uillam, per quam ascendendo uenit ad arborem tul cruce signatam iuxta magnam uiam antedictam existentem, per quam uiam uenit ad arborem harast cruce signatam, deinde uenit ad arborem byk cruce signatam, in capite cuiusdam uallis existentem, per quam uallem uenit declinando ad aquam Lypnich ad arborem byk cruce signatam, per quam aquam ascendendo uenit ad arborem byk cruce signatam, deinde uenit ad arborem nyr cruce signatam, deinde uenit ad arborem haas cruce signatam, deinde uersus septemtrionem uenit ad arborem berekune cruce signatam, deinde uenit ad arborem tul cruce signatam, deinde uenit in aquam Golgonicha, per quam ascendendo uenit ad priorem metam et sic terminatur. In cuius rei memoriam perpetuamque stabilitatem presentes concessimus sigilli nostri patrocinio communitas. Datum Chasme, in festo beati Gregorii pape, per manus discreti uiri magistri Dominici lectoris ecclesie Zagrabiensis tunc prothonotarii nostri. Anno domini MCC. nonagesimo nono.

Liber privileg. eppatus Zagrab. list. 36.

Tkalčić Mon. epis. Zagr. I. 243.—244. — Farlati Illyr. sacr. V. 386. fragm. Kukuljević Reg. no. 1626.

314.

1300, 11. januara. U Napulju.

Karlo kralj napuljski potvrdjuje Gjuri Šubiću sve posjede.

Karlo II. kralj napuljski potvrdjuje bratu bana Pavla, Jurju (comes Georgius de Crohacia) »civitates, castra, villas, bona alia et vassalos in partibus Sclavinie(!) et alibi in dicto regno Ungarie«.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 40. — Rački Rad. XVIII. 222.

315.

1300, 11. januara. U Napulju.

Karlo II. kralj napuljski daje Gjuri Šubiću za povratak dva broda.

Karlo II. kralj napuljski odredjuje, da »due barce« *budu na raspolaganje Jurju* (comes Georgius de Choratia(!) dilectus miles et familiaris noster ac regine consortis nostre consanguineus et fidelis), *koji* »ardua plerumque negocia nostra gerens, ire et regredi opus habet ac mittere per mare et remittere nuncios«.

Registri Angioini

Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 42. — Rački Rad XVIII. 226. Makušev ima god. 1308.

316.

1300, 11. januara. U Napulju.

Napuljski dvor preporuča Gjuru Šubića Mlečanima.

Scriptum est viris nobilibus et discretis duci, consilio et communi ciuitatis Venetiarum, dilectis amicis suis etc. Vrget nos ad virum nobilem comitem Georgium de Crohatia(!) consanguineum regine consortis nostre, dilectum militem et familiarem nostrum, eius sincera fidelitas et merita fructuosa, vt eum intra nostre caritatis affectus prosequamur

actentius(!) ad gratias et fauores. Sic ergo scire vos volumus, quod ipse fidelis atque vassallus nostre consortis eiusdem, et eius ex liberis nostris, qui pro ea in regem Vngarie preferetur, ciuitates, castra, villas, bona alia et vassallos in partibus Sclauonie et alibi in dicto regno Vngarie tenet et possidet, ex quibus nobis et eidem regine subnectitur et tenetur. Ipsumque itaque comitem merito prosequentes vt nostrum, iure cupimus, vt tanquam noster a nostris amicis et caris sub debita prosecutione tractetur. Idcirco sinceritatem et amicitiam uestram affectuosius exoramus, vt comitem predictum et suos contemplatione nostri recommendatum habentes, ciuitates, castra, villas et eius bona, vassalosque predictos, que in partibus Sclauonie possidet et alibi vbicunque ex vestri fauoris presidio protegatis ut nostra, non permitentes, quod per aliquos, quiqui sint, comiti prefato in illis inferatur iniuria, turbatio vel offensa; scituri, quod ascribemus et imputabimus nobis, quicquid dicto comiti conferetur, et eo magis vobis ad grata tenebimur, quo propensius fauebitis comiti memorato. Datum Neapoli, anno domini etc., XI. ianuarii, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Caroli II. 153.
Wenzel Acta extera I. 141.—142.

317.

1300, 11. januara. U Napulju.

Dvor napuljski zapovijeda svojim podanicima, da neuznemiruju Gjuru Šubića.

Scriptum est iusticiariis, secretis, vicesecretis, magistris portulanis et procuratoribus, ceterisque officialibus per partes Apulie constitutis tam presentibus quam futuris fidelibus suis etc. Quia vir nobilis comes Georgius de Chroatia dilectus miles et familiaris noster ac regine consortis nostre consanguineus et fidelis, ardua plerumque negotia nostra gerens, ire commictitur(!) et requirendi opus habet, ac interdum nonnunquam mictere(!) per mare, nonnunquam et remictere(!) nuncios, prout emergentium qualitates exposcunt; fidelitati vestre de certa nostra scientia precipimus et expresse mandamus, quatenus comitum (!) Prudentium de Barolo fidelem nostrum, quem sibi comes ipse prout ducem elegit ad huiusmodi missiones, cum duabus barcis suis ire, morari et redire propterea libere et sine molestia qualibet permictentes, dictum comitum, aut barcas easdem pretextu aliquorum seruitiorum curie nostre, quecunque

sint, nullatenus impedire temptetis, mandato quocunque generali contrario non obstante. Ita quod vlterius inde vobis scribere non cogamur, presentibus, quas restitui volumus presentanti, post annum vnum minime valituris. Datum Neapoli, XI. ianuarii, XIII. indictione.

Reg. Ang. X. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. 142.

318.

1300, 12. januara. U Napulju.

Dvor napuljski preporuča Karla Roberta Katarini kraljici srpskoj.

Magnifice principisse domine Catarine illustri regine Seruie, carissime sorori nostre. Littera participiando ei captionem principis Tarentini, et quod tractet cum baronibus et nobilibus Vngarie, ut Carolum nepotem nostrum carissimum *(sin kralja Roberta)* filium et heredem beate memorie Caroli regis Vngarie ipsius regni Vngarie in dominum et regem tituletur. Datum XII. ianuarii XIII. indictionis.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 17.—18.
Rački Rad XVIII. 223. Regest. — Wenzel Acta extera I. 422.

319.

1300, 7. februara. U Krku.

Pravila bratovštine sv. Franje u gradu Krku.

In nomine domini amen. Haec sunt ordinationes, quas fratres fraternitatis beati Francisci de Vegla apud locum fratrum Minorum anno domini 1300., die 7. intrante februario, congregati concorditer voluerunt perpetuo observari. Statuerunt in primis, quod ab omnibus fratribus eligantur duo castaldiones, qui habeant curam de omnibus, quae pertinent ad fraternitatem per totum annum in capite . . . . anni, id est in calendis ianuarii congregatis omnibus, qui comode poterunt interesse, in primis exigatur ratio a praedictis castaldionibus de omnibus, quae prae manibus habuerunt. Quo facto, si concordaverit, maior pars omnium fratrum, illi tunc absolvantur, et alii duo instituantur. Si vero

aliquem istorum contingat mori infra terminum praeordinatum, fratres, qui interea poterunt congregari reliquo provideant de socio. Item ordinaverunt, quod praedicti castaldiones teneantur singulis mensibus convocare omnes fratres ad missas, quae pro eis erunt celebrandae, et in praemissis missis teneatur, quod videlicet post missam, quae celebratur pro vivis, immediate die secunda vel tertia celebretur missa pro mortuis. Item quando aliquem de praedicta fraternitate contigerit mori, castaldiones habeant curam convocandi omnes fratres, et accensis luminibus deferant funus honorifice ad ecclesiam. Similiter fiat decedentibus extra civitatem. Cerei vero pro praedictis exequiis et missis celebrandis per dictos castaldiones semper habeantur parati. Similiter et una carpeta pro funeribus coperiendis. Statuerunt insuper, quod si aliquem de praedicta fraternitate contigerit infirmari extra suam insulam [in] intervicinis villis, et sit adeo inops et invalidus, quod ipse nequeat perduci vel sustentari, castaldiones sint solliciti comunibus expensis ipsum facere reducere ad propria, et quamdiu fuerit invalidus curam habeant de eo. Similiter teneantur reducere extra suam insulam decedentes, nisi causa evidenti praepediantur. Item quando aliquis de praedicta fraternitate decesserit, castaldiones sint solliciti, quando eis videbitur, infra mensem convocare fratres et facere solemniter celebrari missam pro anima illius defuncti, et tunc quilibet frater dicat pro anima eius viginti quinque Pater noster. Post haec, si aliquis de cognatione illius defuncti, sive filius, sive frater voluerit esse de fraternitate [et] successor tunc defuncti, fratres recipiant eum, dum tamen sit bona persona et bonae famae. Item fratres sint solliciti pure et frequenter confiteri, et nisi iusta et rationabili causa impediti, teneantur saltem bis in anno comunicare, etiam in nativitate domini et in paschate. Item caveant sollicite fratres omnes, ne se perturbent ad invicem; si quando autem aliquos perturbari contigerit, per guardianum fratrum et castaldiones reconcilientur. Item quandocunque aliquis fratrum senserit, vel sciverit alicui de fraternitate sua ab aliquo minari, machinari malum aliquod, damnum rerum vel personae, iniurias vel molestias inferri, teneantur talia scientes vel sentientes eidem cui inferrenda erant, non exprimendo personas a quibus noverunt, et etiam talia machinantes, prout praedicitur, teneantur sibi quantocius revelare ad hoc, ut possit sibi rebusque suis [prout expeditur] consulere et cavere. Item omnes fratres semper conveniant ad solemnitatem beati Francisci, et tam in sero in vesperis quam in mane in missa habeant luminaria in manibus, saltem quilibet unam candelam, quae paretur eis a castaldionibus, a quibus paretur etiam illo sero vinum pro convenientibus ad vesperas; habeant etiam apud eosdem castaldiones oleum paratum pro lampade, quae iugiter ardeat coram crucifixo et imagine

beati Francisci pro salute vivorum et venia defunctorum. Item ordinamus, quod si aliquis frater huius fraternitatis habeat bestias cuiuscunque generis, et dictae bestiae intrarent in eorum possessionibus et damnificarent aliquem ex dictis fratribus in frugibus, vineis vel aliis rebus tam in singulari quam in plurali, pro quo damno oporteret fieri solutionem et iurato etiam sibi dato per curiam pro labore suo, volumus tam ego castaldus quam fratres omnes huius fraternitatis, quod nullus recipiens tale damnum de fratribus nostris nec huiusmodi occasione, etiam si invenerit bestias eis nocentes in possessionibus suis, audeat eas capere, vel retinere, si sint alicuius vel de aliquibus fratribus dictae fraternitatis, sed faciant estimare damnum per bonos et providos iuratos et interponant laborem iurati etiam, et significent castaldioni, et quidquid castaldus una cum fratribus suis adiudicaverit in dicto negotio et damno, sint contenti tam pro damno sui quam pro labore iurati; quod si dicti damnificati sive multi sive unus de fraternitate praedicta non fuerint contenti de sententia castaldi et fratrum suorum, tunc guardianus fratrum Minorum pro tempore existentem Veglae, cum castaldione dictae fraternitatis, de voluntate omnium fratrum totius fraternitatis praedictae, et auctoritate plenaria posset eos quosquos sunt expellere de dicta fraternitate. Haec omnia et singula affirmantes, confirmantes et attestantes vera esse et firma quidquid factum fuerit in hac parte per dictos castaldum et guardianum, et nullo modo ea infringere, frangere uel revocare modo aliquo, ingenio vel fraude de iure vel de facto sub poena expulsionis praedictae, si quis praesumeret circa haec omnia contradicere.

Haec sunt nomina fratrum istius fraternitatis defunctorum:

† Barba de Moñe et
uxor Bāba de Moñe.
Quirinus Cogat . . . .
Matthaeus —
Barba Ferro —
Marcus Radossa —
Petro caligarius
Gueianus —
Duymus comitis Bartholi.
Barthulus comitis Petri.
Matthaeus —
Barbella —
Produlus sartor —
Joannes de Gallina —

Biasolus —
Barba de Lando
Paulus Suininii
Barba de Moñe
Michael Duornich —
Golub —
Jacobus Dessa —
Magister Bunchus —
Mancus Belincap̄. —
Zaramellus —
Gallina —
Blasius de Zarna —
Andreas Morisinus —

Haec sunt nomina fratrum istius fraternitatis vivorum.

Joannes de Antonich
Franciscus de Giorgulo
Nicolaus Bracovich
Petrus de Cracoriza.
Magister Quirinus murator
Dobro naslo —
Barba . . .
Lino
Franciscus de Duorza
Dominicus Peligarius[1]
Paulus de Baila ferro.
Dominicus — — —
Magister Nicolaus
Seugna Duornich
Dominicus de Dabro
Portolanus
Marinus de Dabro
Cragna
Simune Sil . . .
Gllña.
Baño dictus Palumbo.
Marnello de Biasolo
Marco Pelizario[2]
Leogna de Pitrilla
Silmuno nepos de Testa
Marnello de Bosarina
Sabazo de Murdino
Raynimo
Dumince gener Gallina
Steppe de Petris (rana?)
Valcunzello
Dominicus filius Setrana.
Duymus filius de Gallina
Prodano filius Zenoca
Andreas de Bestiolo.
Antonius Duymovich
Franciscus Chirnella
Dominus de Pope

Blasius de Vitulo
Dominicus filius Joannis de Pericho
Matthaeus Sibicoch
Stephanus de Bonhomo
Antonius de Tina
Franciscus de Tina
Dominicus de Dothula
Franciscus de Barbich
Antonius de Gargionibus
Matthaeus de Spertus
Dominicus de Romsich
Franciscus de Udina
Dominicus de Volaro
Stephanus Chiabudino
Jachsa de Rabsomo
Georgius Mocenigo
Nicolaus de Stona
Matthaeus Parvi Joannis
Joannes de Matthias
N. de Vare
Loure de Lorencich
Paulus de Barbuya
Mentulo de Cracoriza
Magister Matthaeus faber
Milich de Poliza
Nicolaus fil. Matthaei de Vitulo
Joannes de Lamprentio
Joannes de Menchiazo
Bare de Marca
Joannes de Sibicoch
Matthaeus fil. Petri de Cracoriza
Nicolaus dictus Micoriza
Zulane de Brumbula
Joannes de Mestrizo
Pachalino de Perina
Antonius Matthias
Petrus de Giorgulo.

Dominica v . . . . qu[ondam] Chyme Dvornich intravit fraternitatem sancti Francisci, et donavit dictae fraternitati unam pilam lapideam, in qua debet teneri oleum et tenet 70 staroli, et vult omnino, quod nullus.

[1] možda »peliparius«.
[2] možda »pelipario«.

castaldus nec aliquis de dicta fraternitate possit vendere vel donare, nec alicui accomodare; et si quis de supradictis eam venderet, donaret vel accomodaret, guardianus fratrum Minorum cum castaldis, et caeteri fratres . . . . possint eam petere cum curia et sine curia.

Qui praesens transumptum ex originali suo in membranis vetustate quasi iam abrosis sive consumptis per me praesbyterum Sanctum de Stagyo canonicum Veglensem publicum apostolica auctoritate notarium transumi et exemplari fecerunt, currente anno a salutifera Christi Jesu incarnatione 1524. indictione 12., die 8. mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri d. Clementis divina providentia papae septimi, anno primo.

Zbornik Bartoli knjiga II. str. 7. — Starine XX. 6. Črnčić priopćio samo odlomak.

320.

1300, 10. februara. U Napulju.

Karlo kralj napuljski javlja odlazak svoga sina u Hrvatsku i Ugarsku.

Karlo II. napuljski kralj, javlja: »salutaribus consiliis et auxiliis Johannis, Stephani et Radislai filiorum Babonic, Johannis, magistri Nicolai et Henrici fratrum, magistri Hugronis, comitis Duymi de Veglia, Stephani filii Marci, Stephani dei gracia illustris regis Servie, Lorandi vajvode filii Thome, Mathei filii Petri et Chac fratris eius, Gregorii Strigoniensis electi, et Catheline dei gratia illustris regine Servie«, *da njegov unuk:* »Karolus primogenitus bone memorie Karoli regis Ungarie nati sui« *polazi u Ugarsku.*

Archivio della regia Zecca di Napoli.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 4. 10. — Rački Rad XVIII. 223.

321.

1300, 10. februara. U Napulju.

Karlo II. kralj napuljski odredjuje ladju za prijevoz Gjure Šubića.

Karlo II. kralj napuljski, piše: »Magistris racionalibus magne curia Karoli« . . . »comes Georgius ad mandatum nostrum in Ungariam redi-

turus« *i nalaže im:* »galionem hominum de Pesquicio dicto comiti assignari pro suo in Ungariam transitu«.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 41. — Rački Rad XVIII. 223.

322.

1300, 10. februara. U Napulju.

Karlo kralj napuljski preporuča banu Pavlu Šubiću svoga sina pri polasku na kraljevstvo u Hrvatsku i Ugarsku.

Karlo II. jerusalemski i napuljski kralj, piše: »Paulo bano Crobatorum(!): Fidelitatem et devotionem vestram attencius exortamur, quatenus informati per virum nobilem comitem Georgium Dalmacie atque Croacie . ., qui nobiscum ad omnia presens fuit, de ordinacione ac tempore accessus dicti Karoli, et aliis in hoc gestis . . . . . laboretis usque Manfridonium(!) conducturi simul cum eodem comite Georgio dictum Karolum ad partes ipsas regni Ungarie honorifice ac favorabiliter . . .«

Registri Angioini v. 27. fasc. 566.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 4. p. 10. — Rački Rad. XVIII. 223. — Wenzel Acta extera. I. 422.

323.

1300, 2. marta. U Dubrovniku.

Bonaventura nadbiskup dubrovački prihvaća i ovjerovljuje papinu bulu danu koludricama sv. Klare 3. jula 1296.

In nomine domini amen. Universis presens transcriptum publicum suspecturis, frater Bonaventura de ordine Minorum, miseratione diuina archiepiscopus Ragusinus, salutem in domino sempiternam. Noueritis nos molisse ac de uerbo ad verbum diligenter legisse quassdam (!) litteras sanctissimi patris domini Bonifacii pape VIII. non cancellatas, non abrasas, non abolitas, nec uiciatas in aliqua parte sui, set uera bulla plumbea et corda serica more curie Romane bullatas, et supplicatum fuit nobis humiliter ex parte monialium et conuentus ordinis sancte

Clare de Jadra[1], ut deberemus transcribi facere ac ipsum transcriptum auctoritate nostra sigilli nostri munimine roborari. Quarum litterarum tenor talis est: *(Slijedi bula Bonifacija VIII. od 3. jula 1296.)* Nos igitur, quia prefatas litteras diligenter inspeximus et inspectas uidimus non cancellatas, non abrasas, non abolitas, ut dictum est supra, ideo presens transcriptum ex eis assumptum coram nobis cum infrascriptis notariis et testibus solempniter extitit ascultatum, auctoritate nostra et sigilli nostri munimine duximus roborandum. Actum fuit hoc Ragusii in archiepiscopatu Ragusino, anno domini millesimo trecentesimo, indictione XIII., die secundo intrante mense marcii; presentibus diacono Andrea Benexe canonico Ragusino, magistro Riçardo physico de Salerno, notario Riçardo de Artona, Marco speciario de Veneciis, testibus litteratis ad hoc specialiter uocatis et rogatis.

(Signum not.)

Et ego Antonius filius condam domini Arm[ini]ani de Carletis, ciuis Parme et predicti archiepiscopi Ragusini officialis iuratus, imperialis aule publicus auctoritate notarius, prenominatas licteras(!) uidi non cancellatas, non abolitas, non abrasas nec uiciatas in aliqua parte sui, sed bulla et corda serica, ut dictum est, more curie Romane bullatas, easque in presenti transcripto de uerbo ad uerbum nil addens nil minuens transcripsi fideliter, et presens transcriptum ad easdem postmodum una cum clericis et laycis testibus litteratis presente domino archiepiscopo diligentissime ascultaui meoque signo consueto et nomine roboraui.

Ovjerovljeni prijepis na pergameni u gubernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana br. 84. — Pečata nema.

324.

1300, 5. marta. U Napulju.

Salvus conductus za pratioce mladoga kralja.

Securus conductus pro fratre Gregorio ordinis Predicatorum vicario Dalmatino, et duobus sociis eiusdem ordinis heremitarum, lectore Strigoniensi, et fratre Jacobo priore Curmodensi eiusdem ordinis, nunciis prelatorum et baronum regni Vngarie, ac magistro Jacobo capellano et familiari magnifice mulieris Helisabet(!) Vngerie(!) regine ad Romanam cu-

[1] Radirano i drugim crnilom popravljano.

riam pro certis nostris et regine consortis nostre ac dicti regni negotiis accedentibus. Datum Neapoli, V. martii, XIII. indictionis.

Reg. Ang. B. 98. br. Reg. Karoli II. 187.
Wenzel Acta extera I. 143.

325.

1300, 6. marta. U Čazmi.

Mihajlo biskup zagrebački oslobadja zemlju Jakše i Jakuša sinova Stojdragovih itd. u županiji čazmanskoj.

Mykael(!) miseracione diuina episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod licet nos quandam particulam terre cursorum nostrorum seu latorum litterarum quorum nomina sunt hec videlicet: Jaxa et Jacus filii Stoydrag, item Raduzca filius Stoyk, Petrus filius Chernoug, Marinus filius Stoylo et Petrus filius Stoymer fratres et cognati, in comitatu nostro Chasmensi existentem, contiguam et uicinam terre Joachini filii Andronici predialis nostri eidem Joachino mediantibus litteris nostris priuilegialibus contulissemus, tamen quia iidem Jaxa et Jacus et alii cognati sui supradicti per fidelitatis obsequia multipliciter nobis conplacere studuerunt, predictam particulam terre eorum in signum gracie nostre et dileccionis specialis ab eodem Joachyno(!) aufferendo, pro meritoriis seruiciis et fidelitatibus eorundem nobis inpensis et in futurum inpendendis eisdem et pro eorum heredum heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus, attinenciis, adiacenciis et pertinenciis dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendam et habendam; terram inquam ipsam et ipsos a priori obnoxietate graciose absoluentes ad numerum, ordinem et libertatem aliorum predialium nostrorum duximus testimonio presencium agregandos, vt ipsi a modo et deinceps valeant inter eosdem conputari et eorum gaudere libertate; hoc specialiter declarato, quod debitis daciis et seruiciis consuetis more eorundem predialium nostrorum consueto de ipsa particula terre nobis et nostris successoribus seruire tenebuntur. Cuius quidem particule terre mete, prout per Damianum sacerdotem ecclesie beate virginis et Ladizlaum dictum Vagut comitem nostrum Chasmensem, quos ad reambulandas easdem metas et circumscribendas transmiseramus, nobis in rescriptis reportarunt, hoc ordine distinguntur: Prima

meta incipit a septemtrione in riuo Ozladna uocato et per viam iuxta terram Ladizlai antedicti vadit in modico spacio ad quandam antiquam viam, inde uersus orientem procedens cadit in metam terream vbi uicinatur terre filiorum Mortonos, inde per sulcum uersus meridiem procedens cadit in vallem, per quam asscendens cadit in riuulum vbi uicinatur terre Myko filii Faca, inde uersus occidentem tendens in longo spacio inferius per riuum exit ad meridiem in vallem, inde ad occidentem procedens cadit in riuum Rakytnice, per quem desscendens venit ad terram supradicti Joachyni ibique terminatur. In cuius rey memoriam perpetuamque stabilitatem presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Chasme, in dominica reminisscere, per manus discreti viri magistri puerlectoris(!) de Posega prothonotarii nostri anno domini MCCC.

Iz potvrde Ladislava biskupa zagrebačkoga od g. 1331. 9. decembra. Original potonje potvrde u nadbiskupskom arkivu u Zagrebu: Donationalia fasc. VII. no. 7.

326.

1300, 10. marta. U Budimu.

Kralj Andrija nalaže samostanu varadinskomu, da ga izvijesti glede posjeda Tulman u vukovskoj županiji.

Andreas dei gracia rex Ungarie fidelibus suis abbati et conuentui Waradiensi salutem et graciam. Dicit nobis magister Johannes filius Zolouch, quod capitulum Quinqueecclesiense racione combustionis ville Quinqueecclesiensis et aliis dampnis et iniuriis sibi per Heyzew illatis, sigillum eorum in expediendis causis sequestrasset, et ob hoc statu et ordine litterarum memorialium comitis Stephani viceiudicis curie nostre ad faciem terre Tulman, super qua se cum Rozboyd filio Lamperti in causa esse dicit, in die ad hoc assumpto accedere, et testimonium dicti capituli propter racionem premissam adducere nequiuisset. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus cum Johanne filio Bernalch de genere Durusma, qui loco magistri Stephany de Garaa pro homine nostro fuerat deputatus, testimonium vestrum transmittatis, ad omnia ea exequenda, que in litteris memorialibus eiusdem comitis Stephani vidimus contineri. Et idem Johannes homo noster presente uestro testimonio dicat eidem Rozboyd uerbo nostro, ut et ipse accedere debeat ad faciem terre Tulman supradicte; et post hoc facti seriem, et quidquid in facto dicte terre iuxta facti seriem, et quidquid in facto

dicte terre iuxta continenciam litterarum memorialium predicti comitis Stephani actum, nobis rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante dominicam oculi mei, anno domini M°CCC°.

Iz prijepisa kaptola varadinskoga od g. 1300. 2. aprila uzeta iz listine dvorskog suca Stjepana od god. 1300. 30. aprila, potvrdjena po kralju Andriji iste godine. Original potonje potvrde u arkivu obitelji Zay.

Wenzel Cod. ipl. Arp. cont. X. 343.—344.

327.

1300. 15. marta. U Napulju.

Dozvola nadbiskupu dubrovačkomu, da odveze žita na molbu kraljice srpske.

Karlo II. kralj napuljski dozvoljuje: »archiepiscopo Ragusino ad petitionem illustris regine Servie karissime cognate nostre extrahere de portu Baroli frumenti salmas trecentas«.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 64. — Rački Rad XVIII. 223.

328.

1300, 26. marta. U Veneciji.

Dužd mletački traži, da Trogirani s mjesta plate za kneza Jurja Šubića 300 dužnih libara.

Petrus Gradonico etc. nobilibus et sapientibus viris potestati, consilio et communitati Traguriensi amicis dilectis salutem et dilectionis affectum. Recepimus vestras litteras, per quas inter cetera nos rogastis, quatenus placeret nobis per causas in ipsis litteris annotatas terminum unius mensis et dimidii, quem vobis prefiximus ad soluendum libras 300 parvorum, in quibus estis nobis pro comite Georgio obligati, prorogare usque ad comitis Georgii reditum de partibus Apulie, et tunc intendebatis satisfacere; ad quarum significata prudentie vestre duximus tenore presentium respondendum, quod ipsam pecuniam, que a vobis et aliis civitatibus Dalmatie debet exigi, non debet in nostrum commune recipi nec haberi, sed de ipsa debet satisfieri multis nostris fidelibus damnificatis graviter iam et diu per Almissanos, quibus damnificatis mora esset intollerabilis; itaque ipsorum damnificatorum ne-

cessitas nos constringit taliter, quod non possumus amplius expectare; unde prudentiam vestram rogamus attente, quatenus debeatis celeriter dictam summam dare nostro comiti Jadre, ante videlicet quam procedatur ad pignorandum vestros ubicumque poterunt in partibus nostri dominii reperiri; nam sicut scitis pluries vos requisivimus, et terminus prefixus vobis ad modo(!) est transactus. Datum die 26. martii, 13 indictione.

Lucius Memorie di Traù. 140.
Farlati Ill. sacrum. III. 297.

329.

1300, 31. marta. U Zadru.

Prode i Andrija de Mergia daju Jurki, priležnici njihova strica Vita vinograd u Bibanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo, indicione tercia decima, die ultimo mensis marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici(!) incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fatemur nos quidem Prodde et Andreas fratres filii condam Cosse de Mergia ciues Jadrenses et confitemur tibi quidem Jurche filie Dobre concubine olim Viti de Cerna patrui nostri, quod, cum ipse Vitus in suo ordinauit testamento occasione quarumdam possessionum per ipsum nobis dimissarum, quod dare deberemus Bogdoio et Bogdane heredibus naturalibus suis, quas tecum habuit, libras decem paruorum venetorum annuatim pro victu suorum, donec peruenirent ad etatem legittimam, id querimus nos predicti Prodde et Andreas fratres, quod comuni uoluntate ad talem concordiam et pactum deuenimus tecum predicta Jurcha super facto ipsius dati, quia damus et transactamus tibi recipienti nomine ipsorum heredum tuorum totam unam nostram vineam positam ad Bibanum super terra monasterii sancte Marie monialium, que reddit ipsi monasterio annuatim decimum pro terratico; cui ex austro est vinea Marie matris Barthi, ex trauersa est vinea Creste et Dumpnane iugalium, ex borea est [vi]nea Desse matris Viti diaconi, et ex quirina est uia publica. De qua vinea cum suis pertinenciis ipsi heredes tui et tu similiter, si ipsi decederent ante etatem legittimam, possetis facere et dicere in uita et in morte omnimodam uestram uoluntatem absque contradicione alicuius persone de mundo, salua sempore racione predicti monasterii sancte Marie moni-

alium. Insuper tibi dedimus in annis elapsis libras triginta paruorum venetorum, et hec omnia tibi dedimus occasione et nomine ipsius pecunie, quam tibi anuatim dare tenebamur pro uicto ipsorum heredum ad hoc, quod ulterius non possis aliquid a nobis petere. Quam vineam promittimus et teneamur cum heredibus et successoribus nostris tibi et ipsis tuis heredibus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super nos et omnia bona nostra. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Barthe de Grisogono, Theodoro de Fumato et Jacobo Bogdi et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Michael Scolature examinator examinaui.

Ego Johannes Quali imperiali actoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 22.

330.

1300, 31. marta. U Spljetu.

Pred sudom raspravlja se parnica izmedju Eufemije žene Franje Zadulina i Dujma Prvoslava zbog neke kuće u gradu.

In nomine domini amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo trecentesimo, indictione XIII., die XXXI⁰ mensis marcii, regnante domino Andrea serenissimo rege Ungarie. Temporibus uenerabilis dominis fratris Petri archiepiscopi Spalatensis, illustris uiri domini Mladeni de Bribirio comitis, egregii uiri domini Barthollucii de Ciuita noua capitanei ciuitatis Spaleti, ac nobilium uirorum dominorum Petri Leonardi, Madii Duimi et Alberti Alberti iudicum. Deliberatum est super lite et controuersia, que uertebatur et erat inter Crescem de Lemescis de Jadera procuratoris domine Eufemie uxoris Francisci Çadolini de Jadera ex una parte, et Duimum Peruosolaui nomine sue uxoris domine Darie ex altera, de quadam statione positam(!) in ciuitate Spaleti in placato subtus domum Staniche Rusini, uidelicet parte contingente ipsi Darie de ipsa statione tanquam filia(!) et heres(!) quondam comitis Nicolai, et plathea siue locum, quod currit a cantone sportici domus dicte Darie recto tramite usque ad cantonem Cecinne dicte domus uersus andronam, que est ex alia parte loci inter . . . . . Luce Banbii et domum relicte Mistichime. Demum uero dictus Cresce procurator et procuratorio nomine dicte Eu-

femie ex una parte, et Duimus de uoluntate et consensu sue uxoris dicte Darie, eorum propria et spontanea uoluntate de ipsis litibus et questionibus, que ad inuicem habebant anbo(!), comiter et concorditer in discretos uiros Petrum Petrache et Albertum Madii Miche tanquam in arbitros et amicabiles conpositores et bonos uiros hunanimiter(!) et concorditer conpromiserunt promittentes una pars et heres uicissim . . . . . stipulantibus hinc inde interuenientibus et ipse partes anbe dictis arbitris et arbitracionibus stare et . . . . . integraliter redire et non contrauenire in aliquo de iure uel de facto ratione ab . . . . . eorum laud[ato] arbitrio, diffinitioni uero seu pronuntiationi, quod uel quam inter eos uel super premissis uel prem . . . . . aliqua uel alii qualitercumque ad ea spectantibus seu predictorum emergentibus, laudauerunt, dixerant et confir[m]auerant, diffinierunt seu abitrati fuerunt cum scriptura uel sine scriptura diebus fenicuris(?) et ac . . natis stando sedendo quecumque et qualitercumque eis uisum fuerit pre . . . . presentibus et non presentibus dum tamen citati sub pena uiginti quinque librarum. Nos uero Petrus et Albertus arbitri et arbitratores et amicabiles conpositores uisis peticionibns utriusque partis et auditis et intellectis eaque dare nobis inscriptis aut . . . . . otinus dicere uoluerunt, et super bis inuestigata et cognita uoluntate utriusque partis ex uigore dicti compromissi in nos facti pro bono pacis et concordie inter eos habendi perpetuo laudamus . . . . firmamus, dicimus et mandamus, quod Duimus cum uxore sua Daria renunciare debeant omnis iuris(!) . . . . ., quod et quam habebant de statione predicta ex uigore cuiusdam sentencie late per curiam Spalatensem ipsi Crasce(!) tamquam procuratori dicte Eufenie(!), et quod in perpetuum non possit ipsum molestari de dicta statione aliquo modo siue ingenio pro parte eis contingenti, et Crasce teneatur eis facere unum instrumentum de uen[dicione] dicti loci siue placçe, secundum quod designatum est in compromisso pro XXV libris; qui Duimus cum uxore s[ua] coram dictis iudicibus renunciauerunt et refutauerunt ips Crasce partem eis contingentem de ipsa statione ita, quod ab hodie in antea cessit ipsam libere uendere cuicumque uoluerit sine contradiccione aliqua, facere . . tamquam de re sua propria. Actum in cuturiuo(?) . . . . presentibus Mitrita Do. . . . et Luca Banboni testibus, et Johanne Ranbaldi examinatore.

(Drugi rukopis.)

Ego Johannes Ranbaldi . . . . examinaui.

Et ego Thomas Uitalis de Perusio auctoritate imperiali iuratus notarius communis Spaleti his interfui . . . . dictis . . . . . subscripsi et publicaui.

(Signum not.).

Original trošan i oštecen u ark. jugosl. akad.: Diplomata a. 1300.

331.

1300, 2. aprila. U Varadinu.

Samostan varadinski obavješćuje kralja Andriju o razmiricama za posjed Tulman.

Excellentissimo domino suo Andree dei gracia inclito regi Vngarie conuentus ecclesie monasterii Waradiensis oraciones in domino. Serenitatis vestre litteras reuerenter recepimus in hec verba: *(Slijedi listina kralja Andrije od g. 1300. 10. marta.)* Nos igitur satisfacere cupientes, ut tenemur, celsitudinis uestre mandatis et preceptis, cum predicto Johanne filio Bernalth de genere Duruzma homine vestro, vnum ex nobis fratrem Stephanum sacerdotem quondam abbatem monasterii sancti Jacobi de Selezya pro testimonio transmisimus ad premissa fideliter exequenda. Idemque Johannes homo uester cum predicto fratre nostro reuersus ad nos retulit nobis, quod ipse Johannes homo uester coram eodem fratre nostro in feria secunda proxima post dominicam iudica me accedendo super faciem dicte terre Tulman uocate, ibique Petrum filium Mortun de Tulmany generacionem et seruientem dicti Rozboyd prenotatum, nunciando per ipsum Petrum eidem Rozboyd uerbo uestro, ut et ipse Rozboyd accedere debeat super faciem terre Tulman antedicte; qui quidem Rozboyd illuc non uenisset et neminem pro se illuc transmisisset, eisdem homine uestro et fratre nostro super facie dicte terre Tulman tota die expectantibus usque sero. Dixit eciam nobis predictus frater noster, quod prefatus Johannes filius Bernalth homo uester ipsum fratrem nostrum adduxisset super quandam sessionem siue curiam sub vna porta in predicta terra Tulman existentem, ostendo (!) scilicet eidem fratri nostro ipsam curiam esse eandem curiam sub vna porta, et iobagiones eosdem in eadem curia existentes ad ipsum Rozboyd pertinentes, sub qua curia et apud quos iobagiones dicti Rozboyd tunc in eadem curia residentes sub nomine iobagionum ipsius Rozboyd idem Johannes filius Bernalth homo vester sub testimonio capituli ecclesie Quinqueecclesiensis ante citauisse dignoscitur ad uestre maiestatis presenciam prefactum(!) Rozboyd contra magistrum Johannem filium Zolouch supradictum. Vnde hec serenitati vestre duximus rescribenda. Datum sabbato proximo ante dominicam palmarum, anno domini M°CCC°.

Iz prijepisa kurijalnoga suca Stjepana od g. 1300. 30. aprila, potvrdjena po kralju Andriji iste godine. — Original potonje potvrde u arkivu grofova Zay u Zay-Ugróczu (Erdelj).

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 410.

332.

1300, 13. aprila. U Napulju.

Bilješka.

Dopušta se Samsonu mjenjaču (kampsor) *izvesti u Dubrovnik* (Ragusium) »frumenti salmas 150.«

Syllab. membr. ad reg. Siclae arch. part. T. III. 9. no. 3.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. pag. 6.

333.

1300, 23. aprila. U Napulju.

Napuljski dvor zapovijeda gradu Baroliu, da se poskrbi za prevožnju šesdesetorice osoba u Hrvatsku.

Scriptum est magistris rationalibus magne curie Baroli etc. Cum certos nuncios nostros ad partes Sclauonie pro quibusdam nostris seruiciis ordinauerimus in proximo destinare, volumus et mandamus expresse, vt inueniatis et parari faciatis instanter in Manfredonia vassellum aliquod necessarium pro transitu dictorum nunciorum illuc, qui et comitiua eorum erunt vsque ad numerum sexaginta sine equis, nec non pro deferendis cum eodem vassello ad dictas partes Sclauonie frumenti boni et vtilis salmas ducentas generalis mensure; quod quidem frumentum inueniatis et ematis pro parte curie in dicta terra Manfredonie. Ac statim, quod dictum vassellum paratum extiterit, inmitti faciatis in illo, ita, quod ad sequens mandatum nostrum immediate, quod dicti nuncii nostri Manfredoniam venerint, in dicto vassello predictas ducentas salmas frumenti oneratas inueniant etc. Datum Neapoli, XXIII. aprilis, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. 143.

334.

1300, 24. aprila. U Napulju.

Bilješka.

Frater Tadeus abbas mittitur ad partes Sclauonie. XXIV. aprilis, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. 145.

335.

1300, 26. aprila. U Napulju.

Manifest na Hrvatsku i Ugarsku.

Scriptum est ecclesiarum prelatis, comitibus, baronibus, universitatibus, ceterisque per regnum Vngarie ac partes Sclauonie et Dalmatie constitutis presentes litteras inspecturis dilectis fidelibus et deuotis suis gratiam suam etc. Desideratum vobis et infrascriptum postulatum nepotem nostrum carissimum Karolum filium bone memorie regis Vngarie nati nostri ad vos ecce transmictimus(!) e vestigio accessurum. Et quia predestinamus illuc religiosum fratrem Petrum priorem de Cassa ordinis Predicatorum dilectum et deuotum nostrum presentium portitorem relaturum vobis de dicto accessu qui imminet; fidelitatem et sinceritatem vestram rogamus, vt eidem fratri Petro, que uobis horetenus(!) in hac parte retulerit, credatis indubie et efficaciter impleatis. Vos autem puerum ipsum Karolum, postquam ad partes ipsas peruenerit, suscipite honoranter vt decet, eique tanquam futuro regi vestro et capiti fauete propitie, assistite fideliter consiliis, auxiliis et fauoribus oportunis; dicto insuper fratri Petro de securo conductu, si expedit, nostri intuytu(!) liberaliter prouidete. Datum Neapoli, per B[artolomaeum] de Capua militem etc. die XXVI. aprilis, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. 144. — Rački Rad XVIII. 223. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 43.

336.

1300, 30 aprila. U Budimu.

Stjepan dvorski sudac dosudjuje Ivanu sinu Zodouha posjede Tulman i Lanku u vukovskoj županiji.

[N]os comes Stephanus viceiudex curie domini regis memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit, quod cum Marco filius Lamperti in vndecim iudiciis contra magistrum Johannem filium Zodouch iuxta formam litterarum nostrarum iudicialium et aliorum iudicum conuictus fuisset, et racione ipsorum iudiciorum et facta principali, idem magister Johannes primo et principaliter in possessionem eiusdem Mark Tulman uocatam legittime transmissus, ipsa prima introduccione presente testimonio conuentus Waradiensis facta ad regiam presenciam seu nostram non venit neque misit; sed comes Rozboyd filius Lamperti, frater videlicet eiusdem Mark, eodem magistro Johanne coram nobis personaliter comparente interueniens asseruit, quod introduccionem possessionis Tulman nomine porcionis eiusdem prohiberet, et in nostri presencia prohibuerat, eo quod idem Mark in ipsa possessione Tulman nullam haberet porcionem, sed esset sua, per modum diuisionis mediantibus litteris capituli de Posoga ad ipsum deuoluta, assumpnendo personaliter litteras capituli de Posoga super facto ipsius diuisionis inter eos processas exhibere. Qui in termino assumpto, et postmodum in aliis terminis, presentibus testimoniis Quinqueecclesiensis et Boznensis capitulorum per magistrum Stephanum de Gara hominem domini regis uerbo regio uocatus ad regiam presenciam, seu nostram, tanquam viceiudicis curie regie ad exhibendum ipsas litteras non venit nec misit; et ob hoc in exhibicione ipsarum litterarum conuictus extitit comes Rozboyd supradictus. Et quia idem Mark facta prima introduccione ad regiam presenciam uenire neglexit, sicut premissum est, et dictus comes Rozboyd in exhibicione ipsarum litterarum conuictus extitit; pro eo idem magister in eandem possessionem Tulman, et aliam possessionem eiusdem Mark Lanka uocatam, racione facti principalis et iudiciorum predictorum secundo et tercio fuerat introductus sicut premissa omnia et singula premissorum in litteris iudicialibus capitulorum Quinqueecclesiensis et Boznensis, ac conuentus Waradiensis vidimus plenius contineri. Exhibuit eciam idem magister Johannes quasdam litteras nostras, in quibus conperimus, quod Thomas filius Cosme pro comite Rozboyd domino suo exhibuisset citatorias litteras capituli sancti Petri de Posoga continentes

hunc tenorem. *(Slijedi listina kaptola požeškoga od g. 1300. 13. novembra).** Et quia in predictis litteris citacio illicita et inlegittima continebatur, eo quod plures homines citari fecerat, quorum nomina litteris citacionis domine ducisse non erant inserta, et terminus indebitus et contra regni consuetudinem erat assignatus, eundem comitem Rozboyd in facto dicte illicite citacionis et sex iudiciorum, in quibus iudiciis idem comes Rozboyd contra magistrum Johannem est conuictus, et ad plures terminos ad emendandum se in hoc facto legittime ad regiam presenciam fecimus euocari; qui semel et secundo uerbo regio citatus, et per introducciones in porciones possesionum suarum Tulman et Lanka uocatarum compulsus, proclamacione eciam publice facta ad presenciam domini regis seu nostram tanquam viceiudicis curie sue, et eciam super facto principali, dampno videlicet triginta marcarum ipsi magistro Johanni in ablacione equorem et aliarum rerum suarum irrogato, venire contumaciter non curauit. Et cum super premisso facto iuris ordine decissionem facere voluissemus, predictus comes Rozboyd veniens personaliter voluit scire, ubi ipse citatus fuerit, et eciam proclamatus; dicens, quod possessio Tulman a pluribus annis per factum magistri Johannis esset desolata, et quod de citacione et proclamacione sibi non constaret; exhibens inter cetera idem magister Johannes in instanti litteras capituli Quinqueecclesiensis domino regi transmissas, in quibus per nos fuit compertum, quod Johannes filius Bernalth de genere Durusma, qui uice magistri Stephani de Garaa de eadem generacione Dorusma(!) cognati sui pro homine domini regis fuerat deputatus, presente magistro Nicolao canonico ecclesie sancti Johannis de Quinqueecclesiis testimonio ipsius capituli Quinqueecclesiensis, sabbato post circumcisionem domini, anno eiusdem MCC⁰ nonagesimo nono, accedentes in uillam Roysboyd(!) predicti Tulman antedictam, vbi reperiendo Dyonisium filium Mortun Tulmani dictum, patrvelem fratrem dicti Rozboyd, cui Dyonisio et populis de cadem uilla, iobagionibus eiusdem Rozboyd commorantibus in una curia sub vna porta dixisset uerbo regio, ut in quindenis predicti sabbati diei idem Rozboyd ad premissa in persona propria et non per procuratorem suum, coram domino rege compararet. Et quia idem Rozboyd eosdem homines, qui in ipsa curia in villa Tulman commorari dicebántur, non dicebat esse iobagiones suos; per nos partibus assumpmentibus decretum extiterat, ut in octauis purificacionis beate virginis eedem partes accederent super faciem eiusdem possessionis Tulman; et idem magister Johannes deberet illuc adducere predictum Johannem filium Bernalth tunc loco hominis domini regis deputatum, et ipsum magistrum Nicolaum per capitulum Quinqueecclesiense in testimonium assignatum; et ipsi Johannes filius Bernalth, ac magister Nicolaus, ostende-

rent predictam curiam sub una porta existentem, presentibus Dominico filio Wirizlow homine domini regis, et testimonio capituli sancti Petri de Posoga, quos idem Rozboyd adducere assumpserat; et homo domini regis per ipsum comitem Rozboyd adductus presente testimonio capituli de Posoga uideret et inspiceret, si predicta curia sit illa eadem, que in litteris ipsius capituli Quinqueecclesiensis continetur, et populi in eadem commorantes sint Rozboyd sepedicti nec ne; et secundum quod de hys omnibus ueritas constat, predictus magister Johannes negocium suum in litteris capituli Quinqueecclesiensis, predictus vero Rozboyd in litteris capituli de Posoga reportarent. Et in termino ad hoc per partes assumpto idem comes Rozboyd non venit nec misit; predictus vero magister Johannes exhibuit nobis litteras conuentus Waradiensis in hec verba: *(Slijedi listina samostana varadinskoga od g. 1300. 2. aprila).* Verum quia predictus Mark pluries citatus, et per introducciones possessionis sue legittime factas et publice proclamatas; item quia predictus comes Rozboya super facto diuisionis possessionum suarum litteras capituli de Posoga exhibere, et super indebita citacione emendare se in pluribus terminis assumptis et legittime assignatis contumaciter non curauit, et in predicta citacione illicita, indebita, inlegittima omnia contra consuetudinem regni approbatam facta, non comparendo, nec mittendo, et in omnibus aliis articulis premissis modo prehabito penitus defecit; nos nemini in suo iure de[e]sse volentes, vna cum Thoma filio Andree comite Nitriensi et Borsiensi, magistro Nicolao preposito Boznensi comite capelle et secretario domini Andree illustris regis Vngarie domini nostri, magistro Farcasio filio Folkus, comite Erdew filio Sebreth, et aliis nobilibus regni per dominum regem ad expediendum ipsum negocium specialiter deputatis, uisis et perlectis omnibus litteris super eisdem causis processis et confectis, ipsum Mark in facto principali, videlicet in destruccione ville ipsius magistri Johannis Karachna uocate, in uigilia beati Laurencii martiris quatuor annis iam elapsis irrogata, dampno sexaginta marcarum in ablacione equorum et aliorum animalium, super quibus idem magister Johannes contra eundem Mark se dicebat habere accionem propter negligenciam et contumaciam suam, item predictum comitem Rozboyd in non exhibicione litterarum super facto diuisionis possessionum suarum, et propter falsam citacionem, iniquam, indebitam et contra consuetudinem approbatam regni factam, et eciam facto principali eiusdem superius expresso, decreuimus fore conuictos. Et predictas possessiones Tulman et Lanka uocatas comitis Rozboyd et Mark predictorum, cum earundem vtilitatibus et pertinenciis vniuersis pro centum et quinquaginta marcis sub testimonio capituli Quinqueecclesiensis estimatas, in duabus partibus nobis tanquam iudici,

in tercia uero parte eidem magistro Johanni parti aduerse reliquimus, statuimus et dimisimus perpetuo possidendas et habendas; et idem magister Johannes porcionem nostram de ipsis possessionibus a nobis redemit nobis satisfaciendo ab eisdem. Mete autem predictarum terrarum, sicut in litteris capituli Quinqueecclesiensis contineri uidimus, hoc ordine distinguntur: Incipiendo scilicet in fluuio et a fluuio Wolkow uocato ab antiquo portu eiusdem fluuii, per quem quidem fluuium Wolkow uocatum in commetaneitate terrarum Dyonisii filii Mortun eciam Tulman uocatarum per cursum eiusdem fluuii descendit ad partem orientalem, exigitque (!) ab eodem fluuio ad partem meridionalem ad duas metas terreas angulares, in quibus sunt arbores ilycum, ubi commetaneitas terrarum predicti Dionisii terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terra Lugrech filii Logreth de genere Zenthemaguch; abhinc declinat ad partem meridionalem per arbores consignatas ferro, et transeundo unam viam magnam venitur ad quamdam magnam arborem ilycem crucibus consignatam terrisue cumulatam; abinde per quamdam magnam viam antiquam deuenit ad partem orientalem, et uenitur ad biuium prope villam eiusdem Logrech (!) Bechefolua vocatam, ad huc per eandem viam vadit ad tres metas terreas angulares, quarum una separat eidem Lograch (!), secunda separat filiis Dominici de genere Zenthemaguch, tercia separat supradicte possessioni Lanka vocate, vbi commetaneitas terrarum predicti Logrech (!) terminatur, incipit tenere commetaneitatem cum terra filiorum predicti Dominici; itaque procedit ad eandem partem meridionalem ad vnam arborem piri wlgo Rozboyd kurthuele dictam existentem iuxta fluuium Wolkow supradictum, ubi commetaneitas terrarum filiorum Dominici terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terra Demetrii de genere Zenthemaguch, deinde cadendo in aquam Wolkov per cursum eiusdem aque vaditur in magno spacio et peruenitur ad illum locum, in quo quidem loco hyc fluuius Wolkou (!) recipit in se alterum fluuium Lazar uocatum; siquidem vbi transito fluuio Wolkow sepedicto intrat in alterum fluuium iam dictum Lazar uocatum, et uadit contra cursum huius fluuii et peruenitur ad tres metas angulares terreas, quarum vna separat Demetrio antedicto, secunda separat cruciferis de Dapza, tercia separat terre Tulman sepedicte, vbi commetaneitas terrarum dicti Demetrii terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terris cruciferorum predictorum; itaque per eandem aquam Lazar vocatam uadit usque dum peruenit ad alteram aquam Karagh dictam, vbi commetaneitas terrarum cruciferorum predictorum de Dopza (!) terminatur, et incipit tenere commetaneitatem cum terris magistri Laurencii et fratrum suorum filiorum magistri Philpus Korogh uocatis; abinde diuertit ad partem septemtrio-

nalem, et eundo per prata fluuii predicti Korogh uocati, in magno spacio eundo in hoc prato contingit terris filiorum Ehnee, exeundoque ab eodem prato in commetaneitate eorundem filiorum Ehnee uadit ad angulum cuiusdam silue filiorum Ehnee ligueth vocate, ubi sunt tres arbores ilyce (!) magne crucibus consignate ferro vice metarum; ubi uertit ad partem meridionalem, et per quandam magnam viam uenitur ad quandam aquam ex inundacione pluuialis aque se stagnantem uulgo Jelezpotok dictam; quam quidem aquam transit, et in commetaneitate terrarum supradicti Dionisii itur ad quandam magnam viam memoratam; intrans in villam Tulman uocatam, in qua est ecclesia in honore sancti Michaelis archangeli, que quidem ecclesia sequatur (!) per medium, et per eandem viam vadit ad finem ville Tulman vocate, ubi est magna meta terrea; exhinc proceditur ad superius memoratum portum antiquum sepedicti fluuii Wolkow vocati, sicque terminatur. Datum Bude, septimo die beati Georgii martiris, anno domini M°CCC°.

Iz prijepisa kralja Andrije III. od god. 1300. Original potonjeg u arkivu obitelji Zay.

Wenzel Coa. dipl. Arp. cont. X. 382—386.

---

* Spomenuta listina jamačno pripada godini 1299. gledom na pozitivni datum ove listine.

337.

1300, 1. maja. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim prodaju Ivan, Mihalj i Pavao sinovi Pavla, knezu Marcelu i bratu mu Ivanu iz Babačova dio posjeda u Komarici i neke vinograde.

[C]apitulum ecclesie beati Petri de Posoga omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Johanne, Mychaele et Paulo filiis Pauli ab vna parte, comite Marcello et Johanne fratre suo de Babathov ex altera coram nobis personaliter constitutis, iidem Mychael, Johannes et Paulus confessi sunt viua voce, quod quandam particulam de terra eorum Komarycha uocatam a parte orientis iuxta terram Egidii filii Huncha adiacentem, metis infrascriptis distinctam, cum omnibus utilitatibus suis habitis in eadem, item duas vyneas in terra eorum existentes, quarum vna uinea Predragh dicitur cum quadam particula terre iuxta eandem vineam a parte orientis adiacenti et quan-

titatem eiusdem vinee in longitudine et latitudine habenti, et aliam vineam Bogdozlay dictam, que per arbores nucis, que est in fine eiusdem vinee et pomorum in medio mege sui et supra eandem existentes ab aliis vineis separatur; item terciam vineam eorum empticiam Dubuch vinea nuncupatam in terra magistri Dominici Garad pothoka nuncupatam, sitam et locatam, predicto Marcello et Johanni fratri suo ac per eosdem eorum heredibus pro viginti quinque marcis plene receptis, sicut dixerunt, dedissent, vendidissent et tradidissent perpetuo iure et irreuocabiliter possidendam, ita quod quicunque processu temporum ipsum comitem Marcellum et Johannem fratrem suum racione preffate(!) terre et vinearum supradictarum infestare attemptaret, iidem filii Pauli expedire tenebuntur laboribus propriis et expensis. Prima meta incipit subtus domum eiusdem Marcelli, vbi exit de Kamaricha pothok et cadit in caput cuiusdam putei lutuosi, inde tendit versus occidentem ad arborem nucis, sub qua est meta terrea, inde asscendit ad montem ad metam terream, inde ad cacumen eiusdem montis eundo venit ad metam, deinde in berch per barazda eundo ad metam terream, deinde in eodem berch ad metam terream, vbi iungitur terre Egidii supradicti, inde per antiquas metas, per quas iidem filii Pauli possiderunt, versus occidentem ascendendo peruenit ad terram filiorum Radulma, deinde per berch et per viam giratur versus aquilonem eundo peruenit ad caput cuiusdam putei, vbi est inter duas vias arbor horozth, sub qua est meta terrea, inde per ipsum pothock(!) descendit ad uallem Wrana, vbi sub arbore byk est meta terrea, et per ipsam vallem Wrana descendit et cadit in fluuium Komarycha, inde parum descendendo circuit quoddam fenetum et exit de Komarycha pothok et vadit ad arborem pomi, sub qua est meta terrea, inde ad arborem pruny, sub qua est meta terrea, inde ad arborem kercy, sub qua est meta terrea, inde ad dumum yhor, sub qua est meta terrea, inde ad metam terream, que est in loco vbi cadit in quoddam pothok, quod quidem pothok cadit in Komarycha pothoka et per cursum eiusdem Komarycha descendendo peruenit ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostri sigilli munimine roboratas Datum per manus discreti viri magistri Teophili dicti puerlectoris(!) ecclesie nostre, in octauis festi beati Georgii martiris, anno eiusdem(!) millesimo trecentesimo.

Original u kr. ugarskom držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.093. Stara signatura: N. R. A. fasc. no. 647. no. 17.

O žutoj i zelenoj svilenoj vrvci visi ulomak pečata.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. XII. 660. donosi regest iz budim. komor. arkiva, jer je original bio u Zagrebu (sada opet u Budimu.)

338.

1300, 1. maja. U Varadinu.

Pred konventom sv. Stjepana u Varadinu Dominik i Grgur daju knezu Grguru de Babuna neki vinograd i selo Mehes na uživanje.

Nos Martinus prepositus et conuentus ecclesie sancti Stephani de promontorio Waradiensi significamus vniuersis quibus expedit memorie commendantes, quod magistro Dominico canonico ecclesie Waradiensis et Gregorio fratre eiusdem ab una parte, item comite Gregorio de Babuna ab altera coram nobis personaliter constitutis dictum extitit per eosdem, quod iidem Dominicus et Gregorius vineam ipsorum in Waradiensi(!) existentem coli faceret dictus magister Gregorius frater magistri Dominici de expensa sufficienti per predictum comitem Gregorium sibi data pro dimidietate vini creati in eadem per spacium quinque annorum, consequenter uero per quindecim annos communiter de expensis utrinque factis colent et parabunt vino in eadem facto uel creato similiter equaliter diuiso, transactis vero viginti annis quartam partem ipsius vinee perpetuo eidem comiti Gregorio dare et donare promiserunt; item iidem magister Dominicus et Gregorius villam seu possessionem Mehes uocatam proteccioni, congregacioni(!) et conseruacioni eiusdem comitis Gregorii commiserunt, ita quod munera et seruicia populorum de eadem iidem magister Dominicus et Gregorius percipient, alia uero debita et prouentus percipient et diuident in communi. Datum in octauis sancti Georgii martiris, anno domini M⁰. CCC⁰.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.335. Stara sig. N. R. A. fasc. 446. no. 23.

Na hrptu listine vidi se trag pritisnutog pečata.

339.

1300, 6. maja. U Napulju.

Dvor napuljski imenuje Odona de Romania kastelanom onoga grada gdje će otsjesti Karlo Roberto.

Scriptum est Odoni de Romania militi fideli suo gratiam suam etc. Accessurus in proximo Karolus nepos noster carissimus, filius bone

memorie regis Vngarie nati nostri, ad partes Vngarie, quo vocatur, in certo castro illarum partium debet descendere, quod assignabitur ex hoc ei. De tua igitur fide et legalitate confisi, te castellanum castri huiusmodi, vsque dum Karolus ipse descendet in illo, duximus tenore presentium statuendum. Volentes et tue fidelitati mandantes, quod in continenti ad partes Sclauonie te conferas et dictum castrum tibi proinde assignandum presentium authoritate recipiens, illud interim studeas diligenter ac sollicite et fideliter custodire, prout corporale prestitisti exinde in nostri presentia iuramentum. Quod quidem castrum postquam receperis, nulli absque speciali mandato nostro vel vicarii nostri in regno assignare procures. Datum Neapoli, per B[artolomeum] de Capua militem etc., VI. madii, XIII. indictionis.

Reg. Angioini. Karoli II.

Wenzel Acta extera I. 144. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 43. (ima datum 26. aprila). — Rački Rad XVIII. 224.

340.

1300, 8. maja. U Napulju.

Karlo kralj napuljski potvrdjuje Frankopanima sve njihove posjede.

Karolus secundus etc. tenore presentium notum facimus vniuersis, quod nos fidei merita nobilis viri Doymi comitis Velgue(!), dilecti et deuoti nostri, gratiosis affectibus accedentes, ac volentes ex sinceritatis affectu, quo idem comes causam nostram et regine consortis nostre, super negotio regni Vngarie fauorabilibus studiis extitit prosecutus, condignis ipsum incrementis prosequi specialis gratie et fauoris, sibi bona fide presentium tenore promictimus(!), quod eo veniente ad partes istas pro conducendo in Vngariam carissimum nepotem nostrum Karolum primogenitum bone memorie Karoli regis Vngarie, nati nostri, faciemus sibi suisque heredibus comitatum Medurse (!) et Vinodoli, ac comitatum Gezecge(!), quem tunc tenet, vt dicitur, videlicet terras Odozez, Obriz, Doyanum et Tincz de Lafrazi,[1] ac duas partes Exagonnie[2], Segiem(!) et potestariam ipsius, per patens priuilegium ipsius nostri nepotis sigillo munitum, prout scilicet illa ex antiquorum Vngarie regum concessione obtinet, confirmari, et successu temporis, cum idem Karolus

[1] Rački »Delarmiziz (de Lastrizi«).
[2] Rački »Stagovine«.

aurea bulla vtetur, aliud sibi super hoc similiter sub eadem bulla priuilegium indulgeri, has sibi nostras licteras(!) in huius rei testimonium concedentes. Datum Neapoli, per B[artholomeum] de Capua militem etc., die VIII. maii, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Karoli II.

Wenzel Acta extera I. 145. — Rački Rad XVIII. 224. — Makušev Zapiski XIX. 2. pr. 3. 66.

341.

1300, 9. maja. U Zadru.

Damjan sin Vukonje, prodaje svoju zemlju zvanu Gladušu, Madiju Stana Varikaše.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo, die nono intrante mense madii, indictione terciadecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Damianus filius olim Vulcogne, ciuis Jadrensis per hoc presens instrumentum, quomodo do, dono, trado, uendo, atque transacto tibi Madio Stani Varicassi ciui Jadrensi, totam terram meam uocatam Gladussa positam in Polisane, cum omnibus suis pratis, vineis, pascuis, nemoribus, arboribus et aquis et pertinenciis suis omnibus, et que sibi pertinere possunt tam subtus terram, quam supra terram, que quidem terra est infra hos co[n]fines: de austro est via puplica, qua itur de Jadra ad Possedri, de trauersa est vnus pothog(!), qui est inter terram predictam et terram de Choruple, de borea est terra heredum condam comitis Michali, et de quirina est boscum terre predicte; a modo in autea cum plena uirtute et potestate dictam terram cum pertinenciis suis intromittendi, tenendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, alienandi et pro anima et corpore omnimodam tuam uoluntatem ex ea libere faciendi, nemine tibi in perpetuum contradicente. Precio cuius uendicionis ego dictus Damianus recepi a te prefato Madio libras denariorum venetorum paruorum ducentas et quinquaginta, quas mihi integre persoluisti. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto dictam terram cum pertinenciis suis excalumpniare et defensare tibi tuisque heredibus et successoribus ab omni homine et persona in racione super me et bona mea omnia presencia et futura.

Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dessa Nicole de Matafarris et Yuano de Lemessis, ciuibus Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum misi.

Ego Guillelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie, Jadrensis notarius publicus, interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 98.

342.

1300, 14. maja. U Napulju.

Karlo kralj napuljski potvrdjuje Baboničima sve zemlje od Teutonije do Bosne i od Save do Gvozda.

Karolus secundus etc. tenore presentis priuilegii notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos obsequentium nobis merita gratis affectibus intuentes, illos potioribus prouidemus beneficiis efferendos, quos maiora comperimus nostro culmini obsequia prestitisse; vt melioribus premiis dignioribus compensatis, animemus exemplo huiusmodi ad seruiendum nobis impensius vniuersos. Considerantes igitur grandia, grata et accepta seruitia, que viri nobiles Stephanus, Johannes, Radizlaus et Hot(!) comites fratres, dilecti fideles nostri maiestati nostre in prosecutione nostre iustitie super facto regni Vngarie deuote ac fideliter hactenus pręstiterunt, prestant ad presens et prestare poterunt in futurum; partem vnam terre Sclauonie, de iuribus et pertinenciis dicti regni Vngarie, a Theotonia videlicet usque in Bosznam, et a fluuio Zaua usque ad montem Gazd, quam dicti comites dudum tenuisse dicuntur; ac insuper castrum Medue situm in dicto regno Ungarie, cum hominibus, vassallis, iuribus, redditibus, prouentibus, planis, montibus, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus et pertinenciis omnibus eorundem, sicut ea dicti comites hactenus tenuerunt, tam ipsis quam suis heredibus utriusque sexus ex eorum corporibus legitime descendentibus natis et in antea nascituris, in perpetuum de certa nostra

scientia, liberalitate mera et speciali gratia confirmamus, et ad plenitudinem gratie potioris et plenioris roboris firmitatem predicta omnia iuxta usum et consuetudinem dicti regni Vngarie eisdem comitibus et dictis suis heredibus de ipsa certa nostra conscientia concedimus et donamus. Reseruatis nobis uel Karolo nato bone memorie Karoli primogeniti nostri olim regis Vngarie, regi eiusdem regni Vngarie omnibus, que tam ratione maioris dominii, quam alias etiam nobis uel eidem nepoti nostro debentur, iuxta ipsum usum et consuetudinem regni Vngarie supradicti, fidelitate nostra et predicti nepotis nostri, iuribus quoque nostris et suis, ac cuiuslibet alterius in aliis semper saluis. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam, et comitum predictorum heredumque suorum cautelam presens priuilegium exinde fieri et pendenti sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Actum Neapoli, presentibus magne curie nostre magistro rationali, consiliariis, familiaribus et fidelibus nostris ac pluribus aliis; et datum ibidem per manus Bartholomei de Capua militis, logothete et prothonotarii regni Sicilie, anno domini millesimo CCC^{0}., die XIV. maii, XIII. indictionis, regnorum nostrorum anno XVI.

Reg. Ang. 101. Reg. Karoli II. fasc. 12.

Wenzel Acta extera I. 146. — Rački Rad XVIII. 224. — Makušev Zapiski XIX. 2. pr. 3. 43.

343.

1300, 26. maja. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim zavezuju se u prijateljstvo Babonići sa Mihajlom biskupom zagrebačkim.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit universis memorie commendantes, quod venerabilis pater M[ichael] dei gratia episcopus dominus noster, prout in patentibus literis eiusdem plene vidimus contineri, considerans proximitatem et vicinitatem inter se et nobiles viros Stephanum, Johannem, Radozlaum et Othonem comites, filios comitis Baboneg habituram et habitam, ut indissolubilis pacis et amicitie constantia et perseverantia unionis perpetue tam ex parte sua quam ipsorum inviolabiliter semper observetur et nullo unquam temporum processu valeat refragari, obligavit se sub vincullo iuramenti, tacto sacrosancto ligno vivifice crucis corporaliter prestiti, quod ipsos, populos eorum universos ac servientes, nec non alios quoscunque, per-

sonas aut curiam eorum servitio sequentes, seu quos haberent in tutela et specialiter protectioni eorum subiectos prosequetur omni bono, et quod eisdem, populis eorum nec non servientibus quoquomodo curiam eorum sequentibus nullum dampnum nullumque nocumentum inferret, nec per castellanos seu officiales aut servientes suos aut per alios quoscunque facto, consilio, auxilio et mandato inferri faciet, et quod nullo ipsorum ad preceptum domini regis vel cuiuscunque consilium, suggestionem et instigationem dictos filios comitis Baboneg, populos eorum, servientes, curiantes eorumque protectioni subiugatos dampnabit aut in aliquo offenderit nec procurabit dampnari per quempiam vel offendi, imo potius quicquid iuvaminis vel favoris poterit, impendet, et quod ad omnes possessiones eorum, ubicunque locorum existant, nec non ad psos pertinentes nunquam manus dampnificas porriget, nec per alios consilio et auxilio aut quocunque colore nocumenti exquisito porrigi procurabit, sed eosdem iuxta suum posse servire in omnibus eisdem semper in pace tranquilla permittet. Si autem quicquam dampni ex parte sua vel servientium aut populorum suorum et ad ipsum pertinentium populis eorum aut ad ipsos pertinentibus casualiter datum et illatum fuerit, a die, quo de mandantibus ipsis sibi notificatum sub testimonio nostro vel alio testimonio evidenti extiterit, super ipso dampno seu nocumento infra triginta dies assumpsit facere iustitie complementum. Pollicetur insuper, quod contra omnem hominem viventem et quoslibet potenter agentes, excepta persona regie maiestatis, vires suas pro eisdem exponet, auxilium eisdem et iuvamen impendendo, hoc expresso, quod si banus totius Slavonie legitimus vel quilibet baronum regni Hungarie ex speciali mandato et de legatione domini regis contra eosdem deputati destinarentur, contra quos metu regie maiestatis palam auxilium eisdem filiis Baboneg prebere non presumpmeret, saltem clandestine tantam sumpmam pecunie, qua valeant sibi in auxilium appretiare militiam, dare eisdem tenebitur, quod voluit, ut et ipsi teneantur sibi facere econverso; cum eodem vero bano aut quolibet altero baronum contra eosdem destinatis nec ipse dominus episcopus in propria persona procedet, nec aliquem de suis in eorum subsidium et societatem transmittet. Si autem dominus rex in propria persona contra eosdem castra moverit et processerit, ad ipsum in signum debite subiectionis accedet, in nullo rerum articulo contra eosdem processurus seu operam dans in eorum ruinam et iacturam aliqualem, sed potius procurabit toto posse, quicquid poterit auxilii et favoris, insistens consilio, facto et auxilio ad omne id, quod ad eorum bonum pertinet et profectum. Ceterum super castro Harastouicha nullo temporum vite sue contra ipsos aliquid movebit actionis, nec super nocumentis, dampnis

et iniuriis in possessionibus et aliis sibi et nobis ante tempus, quo ad curiam domini regis anno domini M. CC. nonagesimo nono accessit, datis et illatis, eosdem aliquo temporum impetet, nec quicquam inimicitiarum seu rancoris retinebit contra ipsos. Preterea duos portus nostros, Culpateu et Bukenreue nominatos eis concessit ad tempus retinendos, videlicet donec sedabitur metus de inimicis ipsorum, ita tamen, quod medio tempore omnes proventus ipsorum portuum seu terrarum consuetos nobis amministrabunt integraliter. Et spondet omnia premissa et singula premissorum sub eodem iuramento servare inviolabiliter, tali vinculo interiecto, quod si transgressor huius ordinationis et obligationis extiterit, in penam periurii incidat ipso facto, nisi ex parte eorundem contrarium aliquod obstiterit, per quod ipsa ordinatio digne et iuste valeat infirmari. Et super premissis universis in testimonium plenioris evidentie ad instantiam prefati domini nostri episcopi presentes literas nostras concessimus sigillo nostro communitas, consensum nostrum insuper premisse ordinationi pacis adhibentes. Datum in crastino beati Urbani pape et martyris, anno domini M. trecentesimo.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 67.—69. no. 32.

344.

1300, 31. maja. U Napulju.

Bilješka.

Dopušta se Zadraninu (de Jadara) *Merinu izvesti iz Barlette* »frumenti salmas 100.«

Syllab. membr. ad reg. Siclae arch. pert, I. III. 14. no. 6.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 6.

345.

1300, 17. jula. U Napulju.

Mladi kralj pod pratnjom Gjure Šubića.

. . . . Die XVII. eiusdem [mensis iulii XIII. indictionis] ibidem [Neapoli] liberati sunt Cutagno cursori misso cum aliis licteris regiis ad partes Apulie ad dominum Karolum de Vngaria, et comitem Georgium de Sclauonia, pro seruitiis regiis pro mercede sua et ipsius viagio in carolenis argenti tareni XII.

Reg. Ang. X. 230.
Wenzel Acta extera I. 155.

346.

1300, 24. jula. U Napulju.

Odredbe dvora napuljskòga za prijevoz.

. . . . Eodem die ibidem [XXIV. iulii, XIII. indictionis Neapoli] liberati sunt Britoni cursori misso cum expressis licteris regiis Barolum ad dominum Guillelmum de Pontiaco magne regie curie magistrum rationalem, comitem Georgium de Sclauonia, dominum Nicolaum de Luparia, dominum Petrum parui passus de familia domini Karoli de Vngaria pro expressis negotiis eiusdem domini pro mercede sua eiusdem viagii, quum cum magna festinantia iturus est ad dictam terram Baroli, et assignare eisdem personis predictas licteras regias, et de assignatione ipsarum licterarum apportare licteras responsales, in carolenis argenti . . . . tareni decem et octo, tareni XVIII.

Reg. Ang. Reg. Karoli.
Wenzel Acta extera I. 155.

347.

1300, 28. jula. U Napulju.

Put mladoga kralja.

Karolus secundus dei gratia rex etc. Henrico de Heruilla magistro portulano et procuratori Apulie etc. Cum prouiderimus nuper, quod per virum nobilem comitem Dalmadum de Sclauonia dilectum familiarem et fidelem nostrum, frumenti salme mille et trecente generalis mensure de portubus Apulie licitis extrahantur, et per mare ad partes Dalmatie uel Sclauonie pro fodro gentis et aliis necessitatibus Karoli de Vngaria nepotis nostri karissimi in partes illas presentialiter transfretari debentis etc.; quod dictum frumentum sine iure exiture extrahi permittas etc. XXVIII. iulii, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Karoli II. 174.
Wenzel Acta extera I. 156.

348.

1300, 1. augusta. U Napulju.

Dozvoljuje se izvoz žita opatu sv. Stjepana (solinskoga).

Religioso viro fratri Petro abbati sancti Stephani de Sclauonia conceditur pro elemosina, quod de portu Baroli uel Manfredonie extrahat seu extrahi faciat, ac deferri per mare ad monasterium suum pro vita et substentatione sua et monacorum, ac aliarum personarum eiusdem monasterii frumenti salmas quinquaginta. I. augusti, XIII. indictionis.

Reg. Ang. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. 156. — Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 6. i 48.—49.

349.

1300, 11. augusta. U Solinu.

Pavao ban hrvatski i Henrik grof gorički obećaju, da će medjusobno ženiti svoju djecu.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentessimo, indiccione terciadecima, die vndecima intrante augusto. Actum Salone, presentibus testibus infrascriptis. Quum omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, ideo ualde necessarium extimatur, ut quelibet hominum acta utilia scripturis testimonialibus declarentur. Ad vniuersorum igitur noticiam presentis instrumenti testimonio reducatur, quod illustres et magnifici viri domini Paulus banus Croatorum, et Georgius frater, Mladenusque eius filius, ciuitatum Dalmacie comites ex vna parte, et nobiles viri domini Pangratius de Vipico miles, ac Volricus filius domini Hugonis de Deuonio, ceteri nuncii illustris viri domini Henrici comitis Goritie, de uoluntate et consensu dominorum illustrium Alberti patris et Alberti iunioris fratris eius comitum, solempni stipulatione promiserunt, quod si dictus dominus Paulus banus, uel dominus Georgius frater eius comes Dalmacie, uel dominus Mladenus comes dicti domini Pauli bani filius, infra spatium sex annorum prius futurorum filiam habebit legitimam, cum ipsa filia et filio supradicti domini Henrici comitis Goritie comite Maynardo nomine matrimonialis copula contrahetur. Aut si dictus comes Henricus habebit filiam legitimam, cum vno ex filiis dictorum bani Pauli vel comitis Georgii fratris sui aut Mladeni dicti domini Pauli bani filii matrimonium contrahetur. Pro quo matrimonio attendendo sepedicti domini Paulus banus Croatorum, et Georgius comes Dalmacie frater eius, ac Mladenus dicti domini Pauli bani filius comes prestiterunt tactis sacrosanctis euangeliis corporaliter iuramentum, omni fraude et dolo remotis. Omnibus uero hiis et singulis supradictis venerabilis pater dominus Miroslauus dei gracia episcopus Corbauiensis, dominus Vulcetta potestas Nonensis, domini Georgius, Marcus et Gregorius nobiles de Berberio, Obraddus castellanus de Pocitelli, et Radoslauus protonotarius sepenominati domini Pauli bani, et alii quam plures uocati et rogati testes fuerunt. In cuius rei testimonium ac perpetuam roboris firmitatem sepefati domini Paulus banus, Georgius et Mladenus fratres eius, ac Mladenus prenotati domini

Pauli bani filius instrumentum presens fecerunt sigillis eorum pendentibus munimine roborari.

(Signum not.).

Ego Carçapane de Ancona canonicus Traguriensis, auctoritate imperiali notarius, interfui et rogatus scripsi et publicaui, meum solitum signum apponens.

Original u c. i kr. dvorskom arkivu u Beču. Na crvenožutim svilenim uzicama vise tri dobro sačuvana pečata: u sredini bana Pavla s napisom: † S. PAVLI BREBERIENSIS BANI TOCIVS SCLAVONIE, s lijeva Jurjev, a s desna Mladenov (com. Spalatensis).

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. V. 265.—266.

350.

1300, 13. augusta. U Napulju.

Bilješka.

Dopušta se Leonardu de Spaleto izvesti: »frumenti salmarum trecentarum«.

Reg. Ang.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 58.

351.

1300, 26. augusta i 5. septembra. U Napulju.

Dozvoljuje se izvoz žita Leonardu knezu krčkomu.

Karlo II. kralj napuljski dopušta: »Leonardo comiti Veccle«(!), *koji:* »contra Andreacium regni Ungarie illicitum invasorem exercere ac extendere satagit quicquid potest resistencie ac vigoris«, *izvesti:* »salmas frumenti quingentas pro munitione castrorum ipsius«.

Registri Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 67. — Rački Rad XVIII. 224.

352.

1300, 28. augusta. U Budimu.

Andrija kralj oprašta Zagreb od poreza, koji mu je bio nametnuo herceg Albertin.

Nos Andreas dei gracia rex Hungarie significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Barnabas civis de monte Greciensi cum litteris iudicis, iuratorum ac universitatis civium de ipso monte Greciensi, ad nostram personaliter accedens presenciam, significavit nobis omnem necessitatem seu angustiam hactenus diversimode factam super ipsos, et dixit nobis, quod dominus Albertinus dux tocius Sclauonie et comes de Posoga, karissimus avunculus noster, ultra formam libertatis ipsorum, nostro privilegio mediante, per nos eisdem concessam, censum seu pecuniam peteret et extorquere vellet super ipsos, sicut in litteris eciam ipsorum civium plenius vidimus contineri. Unde cum nos ipsam civitatem inter alias civitates regni nostri plus fidelem nobis fore dinoscamus, et omnem pecuniam a die coronacionis nostre usque modo propter fidelitatem nobis debitam eosdem sciamus tollerasse, ex gracia regali et dileccione ac favore speciali ad retribucionem fidelitatis ipsorum, facta deliberacione nostra decrevimus, quod iidem cives de monte Greciensi, nec eidem domino Albertino, nec eciam alicui baroni de regno nostro vel exhibitori litterarum nostrarum aliquem censum seu exaccionem vel collectam solvere teneantur, donec anni seu tempora libertatis ipsorum de nostra maiestate, mediante privilegio nostro, concessi transeant et expirent; quia eosdem in ipsa libertate indempniter volumus conservare; et si quicumque eosdem ultra formam libertatis ipsorum ad solvendum aliquem censum vellet coarctare, placet nobis, ut se defendant viriliter auctoritate et voluntate nostre maiestatis. Datum Bude, dominica proxima post festum beati Bartholomei apostoli. Anno domini MCCC.

Original u arkivu jugoslavenske akademije. Pečata ne ima.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 77. no. 91. po drugom primjerku u arkivu grada Zagreba. — Programm des k. k. Gymnasiums zu Agram 1858 p. 19.

353.

1300, 11. septembra. U Napulju.

Napuljski gusari na jadranskom moru.

Napuljski gusari: »per mare Adriaticum discurrentes, quandam barcam Raguseorum diversis mercibus oneratam in extimacione valoris unciarum auri centum quinquaginta more piratico ceperunt in mari«.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 62. — Rački Rad XVIII. 224.

354.

1300, 21. septembra. (U Napulju).

Karlo napuljski zapovijeda, da se puste neki uapšenici hrvatski.

Karlo II. kralj napuljski nalaže: »Rogerio de Argencio«, *da oslobodi iz zatvora nekoliko Dalmatinaca:* »Cum infrascriptos Venetos, quos detines captivos ut hostes, ambasciatorum Venetiarum ducti precum instancia a carcere liberare velimus, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus ipsos receptis presentibus liberes et liberos exhibitori presentium assignare procures. Nomina vero captivorum ipsorum sunt hec Marchus de Ararta filius Stephani Malabracha pedota, Marchus piscator de Zadra filius Sergii Dobran, Petrus de Zadra filius Licaczi, inmirabatur in sancta Luca et habet uxorem ibi, Aligrettus de Zadra filius Prebendii Galegero, et Zarnus de Ragossa« etc.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 50

355.

1300, 22. septembra. U Zadru.

Samostan sv. Krševana i Barte de Scombla gradjanin zadarski dijele zajedničku zemlju na Velikom otoku.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo, die nono exeunte mense septembri, indicione tercia decima,

Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Inter religiosum virum dominum fratrem Johannem abbatem monasterii sancti Grisogoni Jadrensis nomine monasterii sui ex parte vna, et Barthi olim Nicole de Scombla ciuem Jadrensem nomine suo ex altera facta diuisione de quibusdam possessionibus, quas ex indiuiso in insula magna in loco uocato Çauognini lasi simul tenebant et possidebant, contentus fuit dominus abbas predictus nomine monasterii sui habere in partem omnes terras mundas et immundas, et boscosas seu nemorosas, quas idem Barthi emit et comparauit a Francisca relicta condam Andree de Raua et a Raua eius filio ciuibus Jadre, prout de ipsa empcione in instrumento exinde confecto habetur; cuius partis confines de quirina est iuxta ripam maris, de borrea est terra monasterii sancti Michaelis de Scopulo, de austro terra, que uenit in parte dicti Barthi et de trauersa est quidam mons. Prefatus uero Barthi contentus fuit habere in partem suam omnes terras mundas et immundas, et boscosas seu nemorosas, que fuerunt olim Nicole de Scombla genitoris eiusdem Barthi; que sunt in duabus peciis, inter quas est terra munda et immunda cum pertinenciis suis Yuani de Calçina ciuis Jadre, cuius eciam partis confines de austro sunt possessiones monasterii supradicti, de quirina iuxta ripam maris, de trauersa quidam mons et de borrea terre predicte, que eidem monasterio uenerunt in parte. Vnde vna pars alteri dedit et concessit plenam et liberam potestatem intromittendi partem suam de terris predictis iam diuisis cum pertinenciis et habenciis suis omnibus tenendi, possidendi et suam uoluntatem omnimodam ex ea libere faciendi sine contradicione cuiusquam. Promisit eciam idem dominus abbas pro se et successoribus suis et dictus Barthi pro se et heredibus et successoribus suis diuisionem predictam, fines, possessiones et terras predictas diuisas excalumpniare et defensare in racione ad inuicem ab omni homine et persona, scilicet diuisionem predictam ratam et firmam habere perpetuo et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto aliqua racione uel causa, obligando ad hec omnia et singula obseruanda idem dominus abbas bona omnia monasterii sui predicti et dictus Barthi bona sua omnia presencia et futura; et de predicta diuisione facta fuerunt duo consimilia instrumenta cuilibet parti vnum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo Çadulino et Mauro Nauclerio filio olim Martini ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

† Ego Damianus Stani Varicasi iudex examinator manum missi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roborau et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula VIII. no. 426.

356.

1300, 8. oktobra. U Zadru.

Ivan Varikaša dozvoljava samostanu sv. Krševana, da kupi zemlje Barte de Scombla.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo, die octauo intrante mense octubri (!), indicione quarta decema, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Johannes Raynerii de Varicassis ciuis Jadre per hoc presens instrumentum, quod cum Barthi filius olim Nicole de Scombla ciuis Jadre obligauerat mihi in pignore et nomine pignoris omnes terras suas cultas et incultas positas in insula magna in loco uocato Çauognini lasi pro libris denariorum venetorum paruorum mille centum et viginti quinque, de quibus obligaui me fideiussorem et principalem debitorem pro ipso Raue condam Andree de Raua ciui Jadre, de quibus dictus Barthi erat debitor principalis eidem [Ra]ue; et quia ego concesserim, iam diu est, dicto Barthi, quod medietatem terrarum ipsarum possit et ualeret uendere tibi religioso viro domino fratri Johanni abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, et tu eas nomine monasterii tui etiam emere posses, prout de hoc plenius continetur in quodam puplico instrumento scripto manu notarii infrascripti sub anno incarnacionis Christi millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die sexto decimo intrante mense septembri, indicione decima, Jadre, et cetera in eo contenta; et nunc idem Barthi mihi supplicauit instanter, quod aliam medietatem predictarum terrarum uendendi sibi concederem facultatem; idcirco ego dictus Johannes precibus eiusdem Barthi conscenciens(!), do et concedo tibi domino abbati predicto plenam et liberam facultatem emendi reliquam medietatem terrarum ipsarum pro monasterio tuo, et dictus Barthi eam uendendi tibi similiter liberam habeat potestatem non obstante quacumque obligacione facta

mihi super omnibus terris predictis uel super parte uel medietate earum. Promittens insuper ego dictus Johannes per me meosque heredes uel successores, quod te dominum abbatem predictum uel uestros successores, aut eciam dictum Barthi uel suos heredes aut successores super reliqua medietate predictarum terrarum cultarum et incultarum, quam ipse uendere tibi intendit, nunquam inquietabo uel molestabo in curia uel extra curiam per me uel alium aliqua racione, causa, occasione cuiuscumque obligacionis exinde mihi facte; set me obligo et promitto omnia et singula in hoc contractu contenta rata et firma habere temporibus vniuersis super me et bona mea omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha de Gradi et Grisogono filio olim Damiani Carboni ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

† Ego Damianus Stani Varicasi iudex examinator manum missi.

Ego Guillelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVIII. no. 422.

357.

1300, 8. oktobra. U Zadru.

Barte de Scombla, gradjanin zadarski, prodaje samostanu sv. Krševana zemlju na Velikoj.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo, die octauo intrante mense obtubri (!), indicione quarta decima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Barthi olim Niçole de Scombla ciuis Jadre per hoc presens instrumentum, quomodo do, dono, trado, uendo atque transacto tibi religioso viro domino fratri Johanni abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis recipienti nomine tuo et successorum tuorum et monasterii tui predicti, totam terram meam propriam mundam et immundam in duabus peciis constitutam positam in insula magna in loco uocato Çauognini lasi; que quidem terra ad me deuenit

et pertinebat iure paterno et materno; in medio quarum duarum peciarum est terra munda et immunda Yuani de Calcina cum pertinenciis suis; que eciam terra ad me deuenit in parte facta diuisione inter me et te tam de terra predicta, quam de terra, que fuit Francisce relicte condam Andree de Raua et Raue eius filii ibidem posita, quas in simul ex indiuiso ego et tu tenebamus et possidebamus et tibi deuenit in parte . . . monasterii tui to . . . terram predictam, quam ego emeram ab eisdem Francisca et Raua, prout de hoc plenius continetur in instrumentis diuisionis exinde factis, scriptis manu notarii infrascripti sub anno incarnacionis Christi millesimo trece[ntesimo], die nono exeunte mense septembri[1], indicione tercia decima et cetera; cuius terre predicte, quam tibi uendo, confines de borrea est terra predicta, que ad te deuenit in parte, de austro sunt possessiones monasterii tui, de trauersa est quidam mons, et de quirina iuxta ripam maris cum omnibus suis pratis, pascuis et nemoribus et pertinenciis suis omnibus et que sibi pertinere possunt tam subter terram quam supra terram, a modo in antea cum plena uirtute et potestate terram predictam nomine monasterii tui intromittendi, tenendi, possidendi et omnimodam utilitatem tui monasterii faciendi sine contradicione mea et heredum et successorum meorum. Precio cuius uendicionis ego dictus Barthi recepi a te domino abbate predicto libras denariorum venetorum paruorum septingentas in pecunia numerata, quas mihi integre persoluisti. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto terram predictam cum pertinenciis suis excalumpniare et defensare tibi domino abbati predicto et successoribus tuis ac monasterio tuo predicto ab omni homine et persona, collegio et vniuersitate in racione super me et bona mea omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha de Gradi et Grisogono filio olim Damiani Carboni ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Damianus Stani Varicasi iudex examinator manum missi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.).

Original u gubern. arkivu u Zadru: odio samostana sv. Krševana. Kapsula XVIII. no. 423.

---

[1] Vidi ovu listinu od g. 1300. 22. septembra.

358.

1300, 8. oktobra. U Zadru.

Nikola de Piciga obvezuje se Ivanu Varikaši, da će platiti 300 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo, die octauo intrante mense obtubri(!), indicione quartadecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Fateor ego Nicola de Piçga(!) ciuis Jadre per hoc presens instrumentum, quod cum ego obligauerim me pro te Barthi de Scombla ciue Jadre Johanni Raynerii de Varicassis ciui Jadre, de conseruando ipsum indempnem de libris denariorum Venecie paruorum trecentis occasione fideiussionis, quam ipse [fecit] pro te, et se constituit fideiussorem et principalem pagatorem pro te de libris denariorum Venecie paruorum mille centum et viginti quinque Francisce relicte condam Andree de Raua et Raue eius filio ciuibus Jadre; prout de hiis plenius continetur in vno publico instrumento scripto manu notarii infrascripti, sub predicto millesimo, mense die et indicione; et ego uolens esse securus de eo quod obligauerim me pro te dicto Johanne . . . . . in me habeo de tuo in pecunia numerata libras monete predicte trecentas, quas habeo pene . . . . . .; idcirco ego dictus Nicola per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere hic in Jadra eidem Johanni uel heredibus aut successoribus suis predictas libras trecentas usque ad illum terminum, in quo debent solui et dari eisdem Francisce et Raue predicte libre mille centum et viginti quinque; et ad predictas libras trecentas soluendas obligo me et bona mea omnia presencia et futura. Preterea si ante terminum illum, in quo debet solui et dari predicta pecunie quantitas eisdem Francisce et Raue, tu dictus Barthi dabis mihi bonam securitatem de conseruando me indempnem; de eo, quod sum obligatus pro te Johanni predicto, ego tenear tibi dare et soluere predictas libras trecentas, quas a te recepi infra vnum mensem postquam me duxeris requirendum sub pena librarum denariorum paruorum centum super me et bona mea omnia habita et habenda; penaque soluta uel non, presens nichilominus instrumentum in sua permaneat firmitate. Super autem omnibus et singulis supradictis totaliter adimplendis, ego Madius Galellus de Cerne ciuis Jadre per me meosque heredes et successores constituo me fideiussorem et principalem debitorem tibi dicto Barthi et heredibus et successoribus tuis, pro eodem

Nicola de Piçga, tam de libris trecentis predictis quam de pena et expensis omnibus super me et bona mea omnia presencia et futura, si dictus Nicola non attenderet et obseruaret [omnia] et singula prout se superius obligauit; renuncians expresse omni iuri, consuetudini et statuto que . . . principalis priusquam fideiussor conueniri deberent(!), ita, quod possis te tenere de predictis et singulis in toto et in parte ad nos Madium Galellum et Nicolam de Piçga uel ad alterum nostrum ad quem uolueris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha de Gradi.

(Drugi rukopis).

† Ego Damianus Stani Varicasi iudex examinator manum missi.

Ego Guilelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XV. no. 316.

359.

1300, 28. oktobra.

Kralj Andrija dozvoljuje Petru knezu Sikulaca slobodu razpoložbe s darovanim mu imanjem Darnovcem u požeškoj županiji, koje odmah isti Petar darova svojoj ženi, koja dobi od kralja takodjer slobodu razpoložbe.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Regie sublimitatis inmensitas omnes eos, qui sibi inpendunt fideles famulatus debet attendere, et eis, qui non tantum sui cruoris effusione verum eciam morte corporali domino suo naturali obsequi non formidant. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire, quod magister Petrus filius comitis Stephani comes Syculorum nostrorum de genere Bev dilectus et fidelis noster ad nostram accidens personaliter presenciam, exhibuit nobis quoddam priuilegium nostrum super collacione sev donacione possessionis castri nostri de Posoga Dornoch vocate confectum, in eodem comitatu iuxta fluuium Oria existentis, petens a nobis humiliter et deuote, ut eidem magistro Petro de benigni-

tate regia et inspectis suorum seruiciorum meritis nec non sui cruoris effusione, que per singula longum esset enarrare, hanc graciam dare sev facere ipsi magistro Petro dignaremur, quod dictam possessionem Dornoch nuncupatam conferendi, donandi sev legandi cuicunque uoluerit siue in vita aut in morte siue viatoribus vel ecclesie pro remedio anime sue proximis suis liberam et meram daremus facultatem. Nos siquidem deliberato consilio prelatorum, baronum nostrorum ac nobilium regni nostri, peticionem magistri Petri comitis Syculorum nostrorum in hac parte admisimus, regaliter et libenter, tam pro effusione sui sanguinis, quam eciam ob meritoriis suis seruiciis(!), quia eciam predicta peticio ipsius magistri Petri iusta et condigna esse uidebatur, pro eo volentes, concedentes et benigniter annuentes, ut cuicunque uoluerit idem magister Petrus dictam possessionem Dornoch liberam facultatem conferendi sev donandi; et cum nos hanc graciam specialem ipsi magistro Petro fecissemus confestim in nostri presencia, idem magister Petrus confessus est dedisse, donasse sev contulisse consorti sue karissime(!) pro dote et dotalicio ac rebus parafarnalibus necnon secum eciam asportatis; ita videlicet, quod ipsa domina similiter plenam et meram cuipiam uoluerit donandi seu conferendi habeat facultatem; et si sibi placuerit pro se ipsa reseruari, simili modo possit sev ualeat perpetuo et irreuocabiliter pacifice et quiete possidere. Vt igitur hec nostra specialis gracia robur optineat perpetue firmitatis nec processu temporum possit uel ualeat in irritum reuocari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris fratris Anthonii dei gracia episcopi Chanadiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M⁰ trecentesimo, quinto kalendas nouembris, regni autem nostri anno decimo.

Original u kr. ugar. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.094. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1504. no. 33.

Na listini visi crveno i zelena svilena vrvca s neznatnim trunkom pečata.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XII. 656.—657. po istom izvoru.

360.

1300,* 8. novembra. U Požegi.

Hercegica Tomasina nalaže kaptolu požeškom, da ju izvjesti o nasilju počinjenom u posjedu Tulman po vukovskom županu Demetru.

Domina Th[omasina] dei gracia mater domini Andree illustris regis Vngarie, ducissa tocius Sclauonie et gubernatrix parcium Citradanubialium usque marittima, fidelibus capitulo beati Petri de Posogha salutem et graciam. Dicunt nobis Rozboyd et Petrus filius comitis Lamperti, quod magister Demetrius comes de Wolkou quandam possessionem ipsorum Tulman omnibus bonis suis dominica proxima post festum omnium sanctorum indebite destruendo spoliasset. Quapropter fidelitatem vestram mandantes requirimus, quatenus cum Laurencio homine nostro vestrum hominem mittatis fidedignum, qui de premissis sciat et inquirat veritatem; citando nichilominus ipsum magistrum Demetrium contra predictos filios Lamperti ad nostram presenciam, et post hec, sicuit super hiis uobis ueritas constiterit, et modum citacionis ac nomina citatorum et terminum assignatum nobis fideliter rescribatis. Datum in Posogha, in octauis omnium sanctorum.

Iz listine kaptola požeškoga od g. 1300. 13. novembra uzete iz listine kurijalnoga suca Stjepana od g. 1300. 30. aprila potvrdjene po kralju Andriji iste godine. Original potonje potvrde u arkivu obitelji Zay.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 375.

* Iza izvjesnoga datuma listine pod br. 336. mora se ova listina prenesti u god. 1299.

361.

1300,* 13. novembra. U Požegi.

Kaptol požeški obavješćuje kraljevu majku Tomasinu po njezinom nalogu (od 8. novembra) o nasilju na posjedu Tulman.

Excellenti domine sue Th[omasine] matri Andree dei gracia illustris regis Vngarie, ducisse tocius Sclauonie et gubernatrici parcium Citradanubialium usque mare, capitulum beati Petri de Posagha oraciones in domino. Litteras uestre magnificencie reuerenter recepimus

in hec uerba: *(Slijedi listina kraljice Tomasine od 8. novembra.)* Nos itaque mandatis et preceptis uestre excellencie satisfacere ex debito et ex uoto cupientes, ut tenemur, cum eodem Laurencio homine uestro vnum ex nobis virum ydoneum ad premissa diligenter exequendum transmisimus; qui quidem homo uester et noster demum ad nos redeuntes nobis retulerunt uiua uoce, quod sicut ipsi per clandestinam et publicam inquisicionem factam a viris nobilibus et comprouincialibus et aliis communibus hominibus certo cercius scire potuerunt, predictus comes Demetrius dominica die prenotata veniendo, possessionem iam dictorum filiorum Lamperti Tulman uocatam, bonis omnibus mobilibus et per se mouentibus indebite destruendo spoliassent(!), viros et mulieres, virgines et viduas in eadem possessione commorantes denudando, miserabiliter contra deum et eius iusticiam detrectando, fruges eorum equis spargendo et residuas asportando; et capillos unius iobagionis sui demecendo. Quas quidem spoliaciones virginum et viduarum et capillorum iobagionis ipsorum dissipacionem idem homo uester et noster uidisse sunt confessi, et adhuc descensus ipsius comitis Demetrii in eadem possessione reliquisse affirmarunt. Nichilominus feria quinta proxima ante festum sancti Martini citasset oculo ad oculum in ipsa possessione comitem Demetrium, Michaelem filium Dominici, Johannem Kopoz dictum, item Petrum, Nicolaum filium Bala, et alium filium Cheng; item ex seruientibus magistri Laurencii Bencencium de Bencench, Jacobum Juoph dictum, Johannem nepotem Tarcha in uestre magnitudinis presenciam comparendi, terciam feriam proximam post festum sancti Briccii confessoris pro termino assignando. Datum in festo sancti Briccii confessoris.

Iz prijepisa kurijalnoga suca Stjepana od g. 1300. 30. aprila potvrdjenog po kralju Andriji iste godine. Original potonje potvrde u arkivu obitelji Zay.

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. X. 400.—401.

---

* Iza izvjesnoga datuma listine pod br. 336. mora se ova listina prenesti u god. 1299.

362.

1300, 22. novembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Mihajlo gradjanin zagrebački svoju zemlju u Šepnici biskupu Mihajlu za 2 marke.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod venerabili patre nostro domino M[ichaele] dei gracia episcopo in medio nostri constituto, Michael ciuis Grechensis personaliter in nostram accedens presenciam retulit et confessus est se quandam porcionem terre in Scepnicha existentis a Mathei (!) de Vgra iobagione dicti domini nostri episcopi comparata, iuxta continenciam litterarum domini Johannis episcopi pie recordacionis vendidisse, tradidisse et assignasse ipsi domino episcopo cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis[1] ipsius porcionis iure perpetuo possidendam et habendam pro duabus marcis denariorum zagrabiensium receptis ab ipso domino episcopo, sicut dixit. Que quidem porcio terre, licet ad iurisdiccionem eiusdem domini nostri episcopi ex annexione quorumdam iobagionum castri cum aliis terris circumiacentibus eandem dinoscatur pertinere, tamen ad usum et utilitatem populorum libere uille sue de Vgra pro ampliacione eiusdem ville sepefatam porcionem terre duxit conparandam. In cuius rei memoriam presentes concessimus ad parcium instanciam sigillo nostro consignatas. Datum in festo beate Cecilie virginis, anno domini MCCC^{o}.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 42.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: 1. B. IX. 167.

363.

1300, 8. decembra. U Napulju.

Prijevoz žita za mladoga kralja.

Karolus secundus Henrico de Hervilla portulano Apulie. Quatenus religiosum virum fratrem Petrum de Adria[2] ordinis predicatorum ad Karolum de Vngaria nepotem suum personaliter redeuntem extrahere

[1] Slijedi precrtano: suis.
[2] Rački ima »de Andrea«.

libere a iure quolibet exiture, et deferre cum vassellis conuenientibus ad partes Sclauonie ad predictum Karolum pro vsu hospitii sui ac equorum suorum frumenti salmas sexcentas, et ordei salmas quatringentas, de victualibus scilicet massariorum Apulie regine auie sue, sine molestia et contradictione permittat. Datum Neapoli, anno domini M°CCC°, die VIII. decembris, XIV. indictionis.

Registri Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 6. Regest. — Wenzel Acta extera. I. 164. — Rački Arkiv VII. 27. — Rački Rad XVIII. 224. Regest.

364.

1300.[1] U Zadru.

Miha de Scolaria zamjenjuje svoje zemljište s onim samostana sv. Nikole.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem milesimo trecentesimo . . . . die secundo intrante m[ensis . . . . . Jadre]. Temporibus equidem domini Petri Gradeni[ci incliti ducis] Venecie, et reuerendi [patris domini fratris Jacobi] Jadrensis archiepiscopi, ac [domini Mi]chaelis Mauroceni, egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego quidem [Mi]cha de Scolaria ciuis Jadrensis, quomodo, do, trado et transacto nomine [cam]bii et pro cambio tibi quidem religiose domine sorori Marie humilli abbatisse monasterii sancti Nicolai de Jadra ordinis sancte Clare, recipienti nomine et uice dicti monasterii de uoluntate [et] consensu sororum tuarum monialium dicti monasterii ibidem presencium, totum unum meum derrum positum ad Mensas cum oliuis et arboribus suis. Cui ex borea est derrum Jacobine relicte Martini, ex austro est . . . . . . Damiani condam Dimigne, ex trauersa et ex quirina est vinea olim Petri . . . . , cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum successoribus uestris predictum derrum cum suis pertinenciis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, omnemque aliam utilitatem uestram et dicti monasterii libere faciendi absque contradictione aliqua. Nomine cuius cambii mihi pro

---

[1] Glede ove godine vidi listinu od god. 1300 8. oktobra; gdje se protokol podudara.

concambio dedisti de uoluntate predictarum sororum tuarum totum unum derrum ipsius monasterii sancti Nicolai positum ad Petriçanum, cum oliuis et [pertinen]ciis suis, sicut constat publico instrumento concambii, facto manu notarii infrascripti eodem die predicto. Vnde ego predictus Micha de Scolaria cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi predicte domine abbatisse et sororibus tuis ac successoribus uestris predictum derrum cum suis pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Petro Zauata et Paulo Pribigne et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Johannes Dumini examinator examinaui.

Ego Johannes Qualis imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru odio samost. sv. Nikole br. 97. Na početku i u sredini listina oštećena.

365.

1300.

Kralj Andrija III. potvrdjuje osudu dvorskog malog suca Stjepana vrhu zemalja Tulman i Lanka u županiji vukovskoj (od god. 1300. 30. aprila).

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod magister Johannes filius Zolouch[1] ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium comitis Stephani viceiudicis curie nostre in factis possessionum Tulman et Lanka uocatarum in comitatu de Wolkow existencium, ex parte Rozboyd et Mark filiorum Lamperti deuolutarum ad ipsum ordine iudiciario; petens humiliter cum instancia, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro priuilegio de benignitate regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina suca Stjepana od godine 1300. 30. aprila).* Nos itaque peticiones eiusdem magistri Johannis filii Zolouch uidentes esse iustas et

condignas, priuilegium eiusdem comitis Stephani viceiudicis curie nostre per ipsum nobis exhibitum ratum habuimus atque firmum, tenorem ipsius de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo; attendentesque fidelitates prefati Johannis dupplicis sigilli nostri munimine de benignitate regia duximus confirmandum. Datum per manus discreti viri magistri Stephani archidiaconi Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo, regni autem nostri anno [decimo].

Original s visećim pečatom o svilenoj vrvci zelene i crvene boje u arkivu obitelji Zay.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 372.—373.

---

[1] U listini od god. 1300. 30. aprila: Zodouch.

DODATAK.

Naknadno nadjene listine i nekoliko ih bez datuma.

366.

1225.

Bilješka.

U III. svesku ovoga zbornika na str. 247—248 br. 221. priopćismo zanimivu listinu mladoga kralja Bele po originalnoj potvrdi Karla Roberta od god. 1324. Medjutim je nadjen original, koji se sada nalazi u arkivu jugoslavenske akademije. Imade u originalu ove razlike:

Str. 247.	Red. 3 mj.	in perpettuum	ima original:	imperpetuam
	» 10 »	Jace	» »	Jacse
	» 11 »	Crisiensis	» »	Kirisiensis
	» 14 »	iza posteritatem	» »	imperpetuum
	posljednji redak	ferri	» »	ferrei
Str. 248.	prvi redak	Ponsa	» »	Pausa

Original imade proreze za viseći pečat, ali ne ima niti vrvce niti pečata.

367.

1237, 24. januara. U Dubrovniku.

Otkupljuje se rob.

✝ Anno incarnationis domini ducentesimo tricesimo septimo, mensis ianuarii octauo die astante, coram uobis subscriptis testibus. Ego quidem Seuasto Desiuoy de Pince confiteor, quoniam seruum meum Chlapatam Radouanic dimisi ad redemptionem perpetue libertatis. Accepi enim pro redemptione ipsius decem romanatos, ut in perpetuum sit liber et scapulus et ad suum uelle uadat per quatuor partes mundi cum . . . suo herede et neque heredes mei neque nepotes mei neque alii aliqui per me possint eundem Chlapatam aut heredem eius in aliquo calumpniare aut molestare. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt

testes: Andreas Ballislaue iuratus iudex, Clemens Sersii, Andreas Johannis Uite, Raden Gredolic, Predrag Precorouic nepos Jaurtinic, Dragiuoi Dragizi.

Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius.

(Signum not.)

Original u samostanu dominikanskom u Dubrovniku. Listinu sam naknadno pronašao, kada su počeli uredjivati dominikanski arkiv.

368.

Oko g. 1265.* U Križevcima.

Pred županom križevačkim Kračinom produljuje Tolk za sebe i svoju braću rok, da plati krvarinu Petru, sinu Zakejevu, za ubitoga brata Mladočića.

Nos Crachynus comes Crisiensis memorie commendamus, quod cum Tolk et fratres sui in carnispriuio debuissent Petro filio Zachey soluere viginti quinque pensas pro morte Mladocech fratris sui et pro recepcione pecunie secundum conuencionis ordinacionem; et ipso termino non soluissent expectati ipsam pecuniam. Postmodum cum iidem Tolk et fratres sui fuissent ad nostram reuocati presenciam pro obmissione dicte solucionis, idem Tolk astitit pro se et pro suis fratribus et terminum assumpsit, ut ipsam pecuniam soluat sabbato ante dominicam oculi [uenturam] Petro antedicto cum iudicio eodem die persoluendo. Datum in dominica inuocauit me.

Na hrptu: »Contra Tolk et fratres suos pro Petro.«

Original u arkivu kaptola čazmanskog u Varaždinu. Listine bez datuma.

Na hrptu vidi se trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

---

* Sravni listine u sv. VI. br. 827. i 873.

369.

1272.

Ladislav kralj ugarski i hrvatski daruje kastelanu Bachaleru zemlju Zarakad u županiji željeznoj za zasluge, što ga je zaštitio, kada ga je njegov otac progonio.

Ladizlaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Regia solet circumspeccio meritis inuigilare subditorum, ita ut pro seruiciis eorum gratanter impensis lance retributionis debeat dimetiri. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum nos per apprehensionem quorundam baronum regni Hungarie in castro Kopurnycha detenti fuissemus, comes Bachaler castellanus eiusdem castri Kapurnicha (!) eo necessitatis tempore, quo idem castrum ex precepto domini regis patris nostri karissimi clare recordacionis multitudine exercituum circumvallabatur, effusione sui sanguinis innumerabilia nobis seruicia impendit dubiis se fortune casibus committendo. Nos igitur ob recompensacionem seruiciorum et fidelitatum ipsius ac effusionem sanguinis eiusdem regis eidem occurere uolentes cum fauore, ut ceteri eius exemplo ad fidelitatis opera facilius inuitentur, quandam terram ad Castrum Ferreum spectantem Zarakad nominatam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, sub eisdem metis et terminis, quibus idem castrum tenuit et possedit exemptam penitur a castro memorato, eidem Bachalar castellano habita deliberacione cum nostris baronibus Joachyno bano, videlicet Laurencio palatino comite Supruniensi, Ireneo magistro thauarnicorum nostrorum, Ladizlao comite Posoniensi, Omodeo comite Castri Ferrei et aliis omnibus, benignitate regia dedimus, donauimus et contulimus irreuocabiliter iure perpetuo possidendam, quam quidem terram dominus rex pater noster karissimus fidelissime recordacionis eidem eciam contulerat, sicut in eiusdem domini regis patris nostri karissimi litteris uidimus contineri. Et ut hec nostra collaeio Bacchelero (!) castellano facta in filios filiorum suorum perpetuo perseueret, presentes eidem concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Nycolay prepositi Albensis ecclesie Transsiluensis(!) aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, regni nostri anno primo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

Na ledjima: »Collatio cuiusdam terrae Zarakad in comitatu Castri Ferrei«.

Na listini vise vrvce crveno svilene, pečat je otpao.

Sumnjao sam, da li ova listina na nas spada, zato ju nisam postavio u red naših listina za vladanja kralja Ladislava. Sada sam uvjeren, da spada po dogadjaju, koji se u njoj opisuje, zato ju naknadno unosim.

370.

1297, 18. januara.

Andrija kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu majke svoje od god. 1295.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex . . . ., quod Turdizlaus et Blasius filii Grubuch de Vrbaz . . . . exhibuerunt nobis privilegium domine Thomasine illustris recordacionis matris nostre super facto collacionis medietatis tributi cuiusdam portus super fluvium Zaua existentis, Alsogradisca nuncupati confectum, petentes a nobis . . . ut ipsum privilegium . . . . nostro dignaremur privilegio confirmare. *(vidi g. 1295.)* Nos . . . . . Datum per manus ven. patris Th. dei gracia episcopi Jauriensis aule nostre vicecancellarii . . . anno domini MCC nonagesimo septimo, quintodecimo kalendis februarii, regni autem nostri anno septimo.

Regest učinjen Ivanom Tkalčićem. Original bio nekoč u Patačićevom arkivu, poslije u Kukuljevićevoj zbirci. — Kukuljević Reg. no. 1590.

371.

Koncem 1300.

Ban Pavao posinjuje brata svoga Nikolu i daruje mu mnoge posjede.

Nos Paulus banus significamus uniuersis presencium per tenorem, quod quia Nicolaus frater noster karissimus a primis puericie sue temporibus specialius et deuocius omnibus aliis fratribus nostris nobis in diuersis negociis nostris et agendis fideliter seruiendo, iuxta libitum nostre uoluntatis preceptum nostrum cum omni reuerencia adinplere procurauit, eundem Nicolaum fratrem nostrum recepimus in filium adoptiuum, et omnes possessiones nostras emticias et aquisitas seu quocun-

que titulo habitas, et specialiter castrum nostrum Solumus (!) uocatum ex propriis prouentibus possessionum nostrarum constructum, dedimus et reliquimus eidem Nycolao fratri nostro karissimo pleno iure. Volentes, quod nullus ex nostris fratribus, generibus seu nepotibus nec non et cognatis, racione predictarum possessionum possit uel debeat molestare aut aliqualiter perturbare Nycolaum fratrem nostrum supradictum.

Original na širokoj pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1585. Stara sign. N. R. A. fasc. 589. no. 2. — Na listini visi o jakoj svilenoj uzici zelene boje sasvim oštećen odlomak pečata. — Pismo nosi karakter XIII. vijeka.

Na hrptu bilješka XV. vijeka: »Adopcionales in vniuersis possessionibus et castro Solmos Pauli bani«.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. X. 427.

372.

Oko 1300.

Pogodba izmedju templara i opata topuskoga.

Notum sit omnibus presens scriptum inspeciuris, quod nos fratres domus Toplica cum magistro P. domus templi et fratribus eiusdem domus, pro bono pacis sic statuimus et inter nos bona fide servare compromisimus, ut nemini nostrum liceat, nisi de consensu alterius recipere sive fratres, sive servientes, sive iobagiones, sive aliquos alios officiales. Et ad hoc ut presens compromissio firmum robur obtineret in manu prepositi Alexandri fidem dedimus et sigilli sui munimine presentem cedulam per alphabetum distinctam voluimus roborari.

Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica, no. LX. u biskupskom arkivu u Zagrebu.

373.

Oko 1300.

Stjepan ban hrvatski daje Mlečanima slobodu trgovanja po svem njegovu vladanju.

Exemplum litterarum domini Stephani bani totius Slauonie cum suo sigillo de cera viridi impresso. Excellentissimo domino illustri duci

Venetiarum domino et amico suo in omnibus honorando, St[ephanus] banus totius Sclauonie et Stennizuale inclinationem cum omni reuerentia et honore. In memoriam vestre dominationis amicitia velit reducere, quod aliquando a nobis postulabatis, ut mercatores vestri de Venetia per terras nostras et nostram potentiam libere possint cum suis mercimoniis ambulare. Vnde noueritis, quod si eosdem ad nostras partes venire cum suis rebus permiseritis, vllum habebunt timorem in hac parte, quin imo ab omnibus molestare uolentibus eosdem protegemus et defendemus. Et si huc venire voluerint, nos omnem securitatem damus prout tenemur.

»Copia de commemorali« u c. kr. tajnom arkivu u Beču.
Wenzel Acta extera I. 158.—159.

374.

Do godine 1300.

Testamenat župana iliti kneza Bachalera.

Cum divina attestante scriptura omnis caro fenum sit et tota gloria eius tamquam flos agri, hinc est, quod ego comes Bachaler in lecto egritudinis constitutus, manum domini super me sciens fore aggravatam, compos adhuc mentis mee, coram viris religiosis fratribus Minoribus de Gorbonuk, videlicet fratre Nicolao, fratre Cosma et fratre Blasio, nec non Georgio sacerdote ecclesie sancti Adriani, Tiba comite, magistro Endrey, magistro Herrico filio Mikov, ac consorte mea karissima presentibus, de universis rebus meis temporalibus tale statuo testamentum. Imprimis ob remedium anime mee fratribus Minoribus de Gorbonuk, apud quos requiem mihi elegi sempiternam, lego unum equum meum palefridum zug coloris, sedecim cubulos tritici et triginta duos cubulos vini. Item quandas(!) possessiones meas, videlicet Alazca vocatam lego filie mee dilecte medietatem, aliam vero partem consorti mee karissime(!) pro dote sua ac aliis rebus cum ipsa portatis. Item quandam possessionem meam .s.[1] sanctum Dominicum in Zegeria iuxta Scelniche sitam lego filie mee dilecte et consorti mee karissime. Item quandam possessionem meam, videlicet magnam Zaragad, quam mihi pro meis serviciis fidelibus beate recordacionis rex Bela contulerat, Ladizlao ac Andrea regibus

[1] Scilicet.

[ephanus]
nni reue-
elit redu-
vestri de
sint cum
nostras
norem in
m prote-
n securi-

ta gloria
in lecto
ravatam,
ribus de
nec non
Endrey,
sentibus,
Imprimis
ad quos
lefridum
ni. Item
mee di-
pro dote
n meam
ego filie
essionem
fidelibus
regibus

privilegiorum suorum munimine firmantibus, et terram Cr
nec non partem, que me attingit de Ruiche, Conzka vo
et terram Poloncha nuncupatam secundum pretaxatam con
dem terre. Omnes has possessiones meas prenotatas
dilecte, sponso meo et consorti mee karissime. Item qu
Luky Zarakad appellatam, que mihi a Stephano filio C
est in pignore, lego Andree filio Petrus filio sororis mee,
terram idem Andreas prenotatus, si voluerit, a filia m
redimere perpetuo possidendam, secundum quod de ipsa
narie continetur. Item equum meum zug coloris lego filie
sella et abena(!) pro vestitu, et alium equum meum eiusd
lego eidem pro die subarracionis sue. Item socio spon
desponsacionis sive nupciarum filie mee detur galea mea e
in exennio. Item equum meum pey coloris lego filie mee
equum meum ruh coloris lego consorti mee karissime. Item
zeu coloris lego Zombot servienti meo fideli. Item equam mea
servienti meo. Item quendam equum veridirium (?) ruh col
mee. Item ciphum meum argenteum et cingulum argenteum
dilecte. Item quandam ancillam meam nomine Elenam ob re
mee permitti libertati. Thotam (!) vero familiam meam serv
latu obligatam utriusque sexus, videlicet relictam Bodolo
cam cum duabus filiabus suis, Dragelka videlicet et Kuna,
que filius(!) eiusdem, scilicet Cyce, Buden, Budiuoy, Georgic
filiam quoque Dragilka, nomine Pawa. Item Demsam una
Stephano. Item duas ancillas Cywtna s[cilicet] et Cruppa ne
fratrem eorumdem pariter cum matre eorum nomine Dra
Johannem et Iwan filios Damasa. Item Elisabet filiam Alm
rogo Andream sororium meum, ut ipsam Elisabet filie
Item Ztanimer cum coniuge sua Zuwayciha una cum trib
videlicet Paulus, Zordilo et Danimer. Item Zombot et W
fratre. Item Jure cum filia sua et Mersa. Omnes homines pr
orfanis meis, videlicet filie mee dilecte et consorti mee k
dote sua et pecunia vel rebus cum ipsa portatis.

Original nekoč N. R. A. fasc. 1676. no. 1. u zemaljsk
Zagrebu sada u Budimpešti. Po prijepisu Ivana Tkalčića.

375.

(1300—1350).

Uglešić Tvrdoslav sklapa prijateljstvo s Dubrovčanima

† Ѡбеща се Тврьдиславь Ѹглешить, и кле се кнезѹ и властеломь и ѡпьтинѣ дѹбровьчькои ѹ бога и ѹ божию матерь и ѹ все свете, да ѥ сь ними ѥдно, и да ѥ ѡдь нихь ѥдьнь, како кои годѣ дѹбровьчанинь, и за всакѹ работѹ за дѹбровьчькѹ да добрѹ и за кѹ годѣ да стои колико ѥдьнь ѡдь Дѹбровьника, докле ѥ ѡнь живь.

Miklosich Mon. Serb. 149. no. 129.

376.

(1300—1376,) 30. maja. U Konavlju.

Gjuro (u Konavlju) obećaje Dubrovčanima sigurnost u svojoj zemlji.

† Дае вѣрѹ господинь Гюргь властеломь дѹбровачкимь приꙗтелемь своимь за люди бана босьньскога, трьговцѣмь, поносникомь, влахомь, кто годе грѣде на Слано волꙗ инемѣ пѹтемь ѹ Дѹбровницѣ, вѣра наша поки ѹ Дѹбровницѣ слободно и излѣсти изь Дѹбровника слободно. Ѣгли ако се би некоꙗ свада ѹчинила мегю мномь и мегю баном босьньскимь, да ꙗ господинь Гюргь даю моимь приꙗтелемь Дѹбровчаномь ѹвѣсти с книгом моѡмь, како смь свадиь з баномь, а приевше книгѹ сию властеле дѹбровьчци да се може всаки ѡдь нихь вратить слободно домомь за неделю по книзѣ ѡнoизи. Писана мѣсеца маы .Л. дань ѹ Конавлѣ.

Miklosich Mon. Serb. 185—186. no. 177.

SUMMARIUM.

Additamentum.

INDEX ALPHABETICUS.*

A.

* Složio Emilij Laszowski.

C, K.

*

D.

E.

Ecclesiae:

F.

G.

H.

I, J, Y.

L.

*

M.

Monasteria:

N.

O.

Ordines religiosi:

P.

*

Q.

R.

S.

T.

U, V, W.

Z.